This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



1938

A work in its day of some Currency. Two volumes bound in one. The author, Vol. II p 525 note, speaks of, beside this Latin translation (of a book originally written in French) of still other versions of it into Flemish [or Dutch] & Italian.

The Bourg-Fontaine plot is the merest fable of a conspiracy among the Fathers of Jansenism to smooth the way for a system of Deism. The only merit of the work is its preservation of some Jansenistic details, occasionally of great interest; together with its presentation of the Jesuit side in the great battle between their system & that of the Jansenists.

(Veritas)

TZ

In the Nouvelles Ecclesiastiques for 20 Febr. 1765 p. 36, this Augsburg publication is attributed to Father Luid, a Jesuit of Munich.

M. Folard, Envoy of the French Court to the Elect. of Bavaria, procured the prohibition of the circulation of the book throughout the Diocese of Augsburg; & the revocation of the Approval that the Vicar General of that Diocese (De Forchet) had

Four volumes (I. pp. XXXII-492. II. pp. LXXV & 5.

bound in one. Translations from the original French into Latin. Written in a [illegible] & [illegible] Reuchlin [illegible] Pascal I. p. 322. [illegible] Nouvelles Eccles. 1 May 175[illegible]

With an Appendix to the first volume of Letters from St Vincent de Paul, & another to the second volume containing a Defence of the Book against a work impugning its truth, in Eight Letters to a Friend.

A Symposium of the head of each vol. & an Index at the end of the Last.

An endeavor to shew that Jansenism was the result of a regular Conspiracy, formed at

VERITAS CONSILII

BURGOFONTE

INITI

EX IPSA HUIUS EXECUTIONE

DEMONSTRATA,

SEU

VERUM SYSTEMA *JANSENISMI*

ET

EVOLUTIO MYSTERII INIQUITATIS,

OPUS

GALLICO PRIMUM SERMONE CONSCRIPTUM,

NUNC PUBLICÆ UTILITATIS CAUSSA LATINE REDDITUM.

TOMUS I.

QUATUOR PRIORES PARTES COMPLEXUS.

Cum Approbatione & Facultate Superiorum.

Augustæ Vindelicorum & Friburgi Brisg.

SUMPTIBUS FRATRUM IGNATII & ANTONII

WAGNER M DCC LXIV.

Hæc ſi falſa eſſe dicitis, nimis vulgatis d
rebus obſiſtitis: ſed utinam hoc dicatis; ci
ſint iſta manifeſta, & iis, qui ſcire volue
gnitu facillima, intelligitur, quam vere d
leant, qui hæc vera eſſe negaverint. *S.*
nus de moribus Manichæorum l. 2. c. 20.
riana Editione Veneta Tom. I. col. 743.

Abſit a Chriſtianis poteſtatibus terrenæ
[redacted] ut de antiqua Catholica Fide dubitent

APPROBATIO.

Merito Interpres Opus hoc, cui Titulus: *Veritas Conſilii Burgofonte initi ex ipſa huius executione demonſtrata*, a ſe latine redditum Catholico in Germania Lectori inſcribit; cum enim Janſeniana hæreſis, quæ tantam jam in Gallia, uti his præſertim temporibus fere manibus palpamus, atque alibi ſtragem dedit, pro malignitate ſua cancri inſtar ſerpere latius, & illæſas quoque partes invadere cogitet, præmunitendi animi ſunt, ne hac ſe lue inficiſinant. Et utinam non jam etiam in Catholica Germania ſint, qui ſeu ſiniſtro quodam affectu, ſeu fallaci pietatis & purioris doctrinæ ſpecie, qua Jan-

ſeniani lupi fallunt oculos, ſibi illudi & fucum fieri paſſi fuerint. Videant hi in hoc libro, quænam Janſeniſtarum indoles, quam perverſa & impia Janſeniſmi conſilia, & conſiliorum ſcopus ſit. Integri autem adhuc ab hac peſte

publicum edi poſſe ac debere cenſeo Auguſtæ Vindelicorum die 9 Febr. 1764.

Henricus Sigismundus de Fercher, Ss. Theol. Doctor, Eccl. Cathedr. Auguſt. Can. Capit. & Vicarius Generalis.

Franciſcus Joſephus de Handl, Ss. Theol. Lic. Rev. ac Serendiſſ. Princ. & Epiſc. Aug. Conſil. Eccleſ. Maj. Pœnit. & Librorum Cenſor, nec non insign. Eccl. Coll. ad S. Maur. Can. & Par.

CATHOLICO IN GERMAN

LECTORI
INTERPRES.

Nomen mihi, cum (a) S. Paci
Chriſtiani, cognomen Cath
eſt. Tu benevole Lector, ſi
nomen & cognomen geris, &

Vix ille anno 1755 in Gallia lucem aſpexerat, cum coorti undique in eum Janſeniſtæ mille diras vomere, nec ullum probri ac contumeliæ genus furori ſuo reliquum facere, quo non illum ſibi lacerandum putarent. Janſenianus Ephemeridum ſcriptor a *Notitiis Eccleſiaſticis*, quas ſingulis ſeptimanis in lucem protrudit, famoſum nomen adeptus (cui profecto non modo cum Romanis & Ulyſſiponenſibus, ſed etiam cum Germanis noſtris admodum accuratum & familiare litterarum commercium intercedat neceſſe eſt, id, quod patet ex iis, quæ in Germania, v. g. Auguſtæ, Viennæ, Pragæ, Græcii &c. contra Patres Jeſuitas, eorumque doctrinam, ſcholas, novos libros, conciones ſtatuta geſtaque fuiſſe, cum ſingulari ſemper ſtatuentium elogio, rerumque geſtarum approbatione narrat) Janſenianus, inquam, *notitiarum* Scriptor, omnes Janſeniani ſui ingenii, eloquentiæ ac fervoris nervos intendit, ut hunc librum penitus contuſum & obtritum in nihilum redigat.

Eundem glorioſum ſibi laborem ſumpſit Anonymus quidam Gallus *octo ad amicum epiſtolarum Scriptor*, qui librum Janſeniſticæ ſectæ tam funeſtum ſolidiſſime a ſe refutari poſſe exiſtimavit, ſi per 1143 omnino paginas Sancyranum, Janſenium, Arnaldum, Queſnellum, varios Epiſcopos, Sacerdotes, Religioſos, ſacras Virgines, Janſeniſmi apertos aſſeclas, orthodoxos & ſanctos fuiſſe pro arbitratu ſuo fingeret; tum ex infamibus chartis theatri Jeſuitici, Ethicæ Practicæ Jeſuitarum,

ritus pertinaciter ſeſe opponunt, ab Epiſcopis & Curionibus præberi vult, eaque omnia, quæ pro tuendis Eccleſiæ inſtitutis ac moribus, vel defendenda innocentiæ cauſſa typis eduntur, pro arrogata ſibi in ſacra poteſtate damnare conſuevit, eundem 21. Aprilis 1758. manu carnificis concremari juſſit; poſt quatuor annorum lapſum maius etiam aliquid & atrocius auſura, cum Inſtitutum Jeſuitarum infami rogo addicet; quod etiam menſe Auguſto 1762 flagitioſe perpetratum fuiſſe, & opus hoc magni in Eccleſia Sancti cum omnium proborum horrore ſacrilegis flammis arſiſſe vidimus.

In Italia nefarius quidam præſtigiator & non unius infamis libelli author, in *Critica* ſua, quam omnium calumniarum, quas undique e mendaciorum lacunis & ſordidiſſimis obtrectantium ac maledicentium chartis vel rumoribus contra Jeſuitas colligere, vel e ſuomet maligno ingenio excernere potuit, communem ſententiam eſſe voluit, eundem librum *pag.* 79. peremptorio hoc ſuo effato jugulat: *Vi-*

ritas Conſilii Burgoſonte initi &c. rec
iterum confutata, deſtructa & ad nihil
redacta eſt octo graviſſimis epiſtolis, q
perdidiſſimum quemque, qui unquam extiti
aut exiſtere poteſt, nebulonem in rubor
dare poſſint. Cæteri, qui præ aliis
dentius ſeveriorem morum doctrinam
probabiliſticis Jeſuitarum corruptelis,
mnipotentiam gratiæ per delectatione
comparate ſuperiorem victricis, ac i
poſſibilitatem ſtatus naturæ, ab eoru
dem Semipelagianis erroribus; autho

pro rege Paraquariæ, nec omnes
rſim Jeſuitas pro hominibus debitæ
ſcopis ſubmiſſionis impatientibus, pro
iarum & exercituum rebellium duci-
, pro depravatoribus populi, pro
icæ ac chriſtianæ morum doctrinæ
uptoribus, pro negotiatoribus, ido-
tris, Machiavelliſtis habitum iri; tum
m metuere videntur, ne quorundam
ologorum dogmata, quæ tam prope
Janſeniſmum accedunt, ut non ab iis
na ſeſe ac diverſa ſentire & docere
met Janſeniſtæ profiteantur, non ſint
hoxa; aut Frater Norbertus, nunc
bas Platel, Indiæ orientalis Apoſtolus

Atque hæc iſtius libri gallice conſcripti hactenus fata fuere. Quo autem fine quas ob cauſſas, quo jure hæc dicta, ge ſta, ſcriptaque ſint, poſtquam librum in tegrum attente legeris, facile, ut opi nor, intelliges. Nempe multa hucusqu & acerba vulnera Janſenianæ ſectæ infli xere Catholicorum calami: detexere pe verſam doctrinam, errores, artes, frau des, mendacia, calumnias. At liber hi jugulum petit, & plagam, quæ in ipſ factionis viſcera penetrat, tam letaler

[redacted]

epiſtolarum ſcriptorem ſnppeditat, reducitur; cuius ſi duæ priores propoſitiones veræ ſint, complexio non poteſt non eſſe tam vera, quàm Janſeniſmo exitialis:

„ Janſeniſtæ ſunt rei coniurationis, „ quam ad invehendum *Deiſmum* con„ flaſſe dicuntur, ſi quatuor ad conſi„ lii huius executionem adiumenta Bur„ gofonte propoſita ac conſtituta, a „ prima Janſeniſmi origine ad hoc usque „ tempus adhibuerunt.

„ Nimirum ſi I. omnem dedere ope„ ram, ut libris, exemplo, directione, „ conſiliis ac monitis Fideles a Sacra„ mentis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ar„ cerent, non ita quidem, ut aperte id „ agerent, aut diſerte edicerent, ſe ea „ frequentarl nolle; ſed eorundem uſum „ redderent tam difficilem, tam arduis „ præparationibus obnoxium, totque ac „ talibus adſtrictum conditionibus, ut „ omnis ad ea acceſſus intercludatur:

„ Si

„ Si II. animos per ſublatum utrius
„ que Sacramenti uſum jam præparato
„ & in lapſum proclives conati ſunt im
„ buere doctrina de ſola gratia, omnia ir
„ ſalutis negotio agente; quæque exclu
„ dat gratiam ſufficientem, evertat li
„ berum arbitrium, imponat neceſſita
„ tem cedendi victricibus ſuis viribus.
„ itidem doctrina de morte a Jeſu Chri
„ ſto non pro omnibus hominibus obita;
„ unde facili conſecutione efficiatur, re
„ demptionem generis humani commen-



„ quiis fiduciam eliminare poſſent ac de-
„ berent, ut hac ratione, cum ab eius-
„ modi conſcientiarum moderatoribus ac
„ Confeſſariis nec conſilium petere, nec
„ præſidium adverſus errores admittere
„ auſuri eſſent, facilius certiusque cor-
„ rumpi, perverti, atque in erroribus
„ confirmari poſſent:

„ Si IV. ne authoritas ſummi Ponti-
„ ficis, ſi quando dogmata ad Deiſmum
„ perducentia condemnaret, illos, qui
„ ea incauti & decepti bona fide amplexi
„ eſſent, ad ſaniorem mentem revoca-
„ ret, iunctis viribus moliti ſunt Mo-
„ narchicum Eccleſiæ ſtatum ſubvertere,
„ ariſtocraticum ſubſtituere, iudicium
„ Papæ in rebus fidei ac morum falli ne-
„ ſcium proterere, atque hanc erroris im-
„ munitatem œcumenicis duntaxat con-
„ ciliis tribuere, ad quæ contemptis Pon-
„ tificis deciſionibus provocare, & ſi a
„ Concilio damnandi eſſent, huic tam
„ parum, quam Evangelio fidei habere
„ conſtituerunt:

„ At-

„ Atqui quatuor iſta adiumenta Bur-
„ gofonte propoſita ac ſancita, Janſe-
„ niſtæ ad hoc usque tempus adhibue-
„ runt.

„ Ergo rei ſunt conſilii ac coniuratio-
„ nis, quam ad invehendum *Deiſmum*
„ conflaſſe accuſantur; quæ huius argu-
„ menti concluſio eſt, & totius libri
„ thema demonſtrandum.

Propoſitionem primam ſeu *maiorem*, quam vocamus, in dubium trahi haud poſſe, evidens intimusque Deiſmum inter, tanquam finem, & quatuor Burgofontana dogmata tanquam adiumenta, nexus docet. Difficultas omnis in aſſumptione ſeu *minore* ſita eſt. Hanc autem neutiquam evertet profeſſio ac titulus Diſcipulorum S. Auguſtini, & congeſta in hunc S. Doctorem magnificentiſſima elogia; (ſuum enim eſſe Auguſtinum poſt Prædeſtinatianos ac Wiclefum clamabant etiam Calvinus ac Lutherus) non authoritas quorundam Galliæ antiſtitum Janſeniſmi ſectæ adhærentium (an enim non

etiam

etiam Donatiſtarum, Novatianorum, Pelagianorum, Arianorum aliæque hæreſes ſuos numerarunt Epiſcopos? decipi ac corrumpi potuerunt, ac velle decipere & corrumpere) non multitudo tot Sacerdotum, tot Eccleſiaſticorum & religioſorum, tot virorum fama eruditionis, atque editis quoque libris illuſtrium (ignorantia, inconſiderantia, ſuperbia, ſpes humanæ, odium, invidia, prava exempla quot non aſſeclas dedere aliis erroribus? non variorum, qui Janſeniſmum profeſſi ſunt, in moribus ſeveritas, & integra foris vita (falſi enim Prophetæ non in veſtimentis luporum, ſed ovium veniunt; & ſuos quoque dæmon martyres habet) non ferreæ in laxam morum doctrinam declamationes, non Pelagiani aut Semipelagiani errores adverſariis obiecti (nam & Lutherus & Calvinus lapſam in Eccleſia Catholica morum diſciplinam inſtaurare ſe velle, & ob illius errores ab ea ſe deficere editis libris in vulgus ſparſerunt) nec denique omnes illi errores ac flagitia, quantumcunque fœda & atrocia, ſi vera eſſe legitimis teſtimo-

niis probarentur, quæ Jeſuitis primo L
therani ac Calviniſtæ, deinde Janſeniſ
per ſummam calumniam affinxere, f
ſam hanc *minorem* eſſe evincent: Jeſuit
ſimilis quidem ſacrilegi conſilii reos e
oſtenderent; neutiquam tamen efficeren
Janſeniſtas eius criminis puros eſſe, a
innoxios.

Minoris hujus veritas unice everti, a
totius accuſationis, quæ Janſeniſtis in hc
libro intenditur atrocitas refelli ac pr

quentem Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ uſum & ſuaſiſſe aliis, & ipſos-met frequenter iisdem uſos eſſe: 2. dogmata de gratia, de libertate, de morte a Jeſu Chriſto pro hominibus obita, de potentia ſervandi Præcepta Dei, potius conformari ad Canones Concilii Tridentini, quam ſynodi Calviniſtarum Dordracenæ: 3. nihil acerbæ bilis ac venenati fellis, ſed rorem potius moderationis & charitatis, quæ patiens atque benigna ſit, ex illis libris ſtillare, quibus ſe aut ſuam doctrinam tuendi neceſſitatem ſibi impoſitam putant: 4. prompta eos, ac quæ filios decet, cordis & oris obedientia Vicarium Jeſu Chriſti revereri, eoque ſaltem animo excipere ſanctiones Eccleſiæ, quo & ipſi excipiunt, & ab aliis excipi volunt illa ſummorum Pontificum effata, ac Eccleſiaſticorum Tribunalium edicta, e quibus aliquod contra ſuos Adverſarios, præſertim Jeſuitas, quantacunque demum vi, præiudicium ac nota extundi poſſit.

Hæc legitima ac genuina, hæc ſolida, hæc una librum hunc refutandi, & Jan-

ſeniſtarum anteſignanos a tam ſacr
& blasphemæ molitionis noxa expu
di ratio eſt.

Quodſi autem tanta eſt Janſen
quippe ad invehendum *Deiſmum* tei
tis, flagitioſa malignitas; ſi quatuo
ſubſidia ad infamem hunc finem tam
& opportuna; ſi artes in iis adhib
tam variæ, tam occultæ, tam ſo
a tenebrarum filiis excogitatæ ſunt
apud ſimpliciores & indoctos etia

ſecti, vel conceptum ex privatis offenſis dolorem ulturi; poſterius vero Burgofontanum adiumentum alii, qui iura ſeu in ſcholis, ſeu in libris, explicanda, & interpretationibus ſuis illuſtranda ſibi ſumunt, executioni dare incipiant! quam ardenter ſupplicandum Deo, ne catholica Germania progignat & educet, vel aliunde admittat & recipiat homines, qui ſi non *formaliter*, certe *materialiter*, ut ſcholæ loquuntur, eundem finem Burgofontanum ſectentur, & ad eius ingenium ac formam ſuum ſentiendi & agendi modum effingant atque accomodent. Hos inter quis Catholicorum non merito numeret noviſſimum Scriptorem Juſtum Febronium, cuius *liber ſingularis* (ſic ipſe inſcribit) *de ſtatu Eccleſiæ & legitima poteſtate Romani Pontificis ad reuniendos Diſſidentes in religione Chriſtianos compoſitus Bullioni* (verius *Francofurti* ex acatholica Typographia) ſuperiore anno prodiit? Quis anguis ſub his nominis exuviis lateat, quave ex palude ad nos adnatauerit, ſcire parum intereſt: Germanum eſſe communis fama eſt; Catholicæ autem Fi-

dei profeſſione ipſius gloriatur: ſummum itidem erga Eccleſiam obſequium, & ingens veritatis ſtudium ſimulat: at lege ſis Catholice Lector Partem VI. præſentis *de conſilii Burgofontani Veritate* operis: lege perverſa Janſeniſtarum, & inprimis hac in re eorum anteſignani Simonis Vigorii, unius e Deiſtis Burgofontanis, qui & ipſe Catholici ſibi nomen arrogat, de eodem argumento dogmata: cum Vigorio Febronium, cum Vigoriſmo Febroniſmum, ſeu utriusque doctrinam inter

[redacted]

non ſit, id unum dixiſſe ſufficiat, jam, cum hæc ſcribo, perſonuiſſe vocem communis Paſtoris, reliquos catholicæ Germaniæ Paſtores ac Præſules de periculo admonentis, & hortantis, ut perverſam Febroniani libri doctrinam ab ovium ſuarum animis arceant, & omnibus, quibus valent, viribus perſequantur; quod quidem cumulatiſſime ab iisdem præſtitum, & novum hunc lupum ab ovilibus ac gregibus ſuis abactum iri, ardens eorum religionis ſtudium, & ſumma in Paſtorum Principem obſervantia dubitare non ſinit. Quo autem animo eandem vocem excepturi ſint illi, quibus Febronius vir eſt, *qui* nihil favori, nihil Romanorum artibus & Curialium ambitioni, omnia largiatur veritati, & ſcapham dicere ſcapham audeat, divinare facile eſt. Sunt autem hi, niſi vehementer fallor, fere ex eorum numero, quibus, cum de Eccleſiæ Miniſtris ſermo incidit, non niſi *Poparum* & *Sacrificulorum* nomen per contemptum in ore eſt, & dum nugacium ſuperſtitionum atque abuſuum, qui in Catholicorum mores irrepſerint, odium

ſimulant, ſeque religionis ſubſtantiæ inhærere prædicant, omnem pene religionis cultum ac pietatis uſum averſantur & negligunt. Et utinam inter illos non etiam quidam ſint, qui in Provinciis quoque Catholicis Eccleſiaſticorum immunitatem, diſciplinam & jura Eccleſiæ, ſummi Pontificis & Epiſcoporum authoritatem, ſacros ritus & chriſtianæ pietatis exercitia hoſtilem in modum inſectentur! utinam non ſint, qui, dum Febroniſmo ſeu Vigoriſmo fidem ac patrocinium ſuum

ne hæc religionis labes ac pernicies, quæ infelix demum Janſeniſmi fructus eſt, ſe diffundat latius, & alios adhuc recte ſentientes corripiat! Illi occurrere & obſiſtere, Libro huic, & gallice conſcripto & latine reddito, propoſitus ſcopus eſt: de qua interpretatione, qualiscunque alias ſit, certum te eſſe cupio, fidelem eſſe; conſectari in illa latini ſermonis elegantias & aureæ ætatis nitorem, nec libri argumentum ſinebat, nec lubebat etiam, quippe rebus affixo, non verbis; id tamen ſatagebam, ne a Priſciauo vapularem, & ferrea quadam barbarie veritatem inquinarem. Monumenta, libri, epiſtolæ, opuſcula, atque alia documenta, equibus Author gallus ſua argumenta depromit, pleraque gallico ſermone conſcripta ſunt, atque etiam ab eodem in libro ſuo gallicis ſuis titulis ac inſcriptionibus nominantur; quoniam vero interpretem ago iis, qui gallicam linguam non callent, illa quoque a me latine reddenda, & latinis verbis appellanda eſſe judicavi. Porro aliqua ſunt, quæ utpote in Gallia jam pervulgata & decantata, Au-

thor gallus paucis dúntaxat verbis delibat; cum autem eadem non uni in Germania Lectori peregrina, vel ſaltem non ſatis cognita eſſe poſſint, operæ pretium idque non invito, ut puto, authore, facturum me credidi, ſi in adiectis hinc inde ad calcem notis eorum quædam aliquándo uberius exponerem, hac tamen cautione adhibita, ut iisdem notam ſeu vocabulum *interpretis* apponerem, ut, ſi qua in re aberrarem, huiusmodi halluci-



SYNOPSIS MATERIARUM,

QUÆ

IN PRIORIBUS QUATUOR PARTIBUS

PERTRACTANTUR.

PARS I.

§. *I.* Narratio geſtorum in conventu, quem Janſeniſtæ contra Religionem Jeſu Chriſti Burgoſonte celebrarunt. *pag.* 5. *& ſeq.*

§. *II.* Argumenta, quibus veritas conventiculi Burgoſontani oſtenditur. *pag.* 21. *& ſeq.*

§. *III.* Reſponſum ad ea, quæ Janſeniſtæ contra veritatem huius conventiculi obiiciunt *pag.* 27. *ſeq.*

§. *IV.* Synopſis Conſilii Burgoſonte initi. *pag.* 43. *& ſeq.*

§. *V.* Partitio totius reliqui operis. *rag.* 47.

PARS II.

PARS II.

Continens ea, quæ Abbas Sancyranus, ad inchoandam Burgofontani Syſtematis telam per ſe ipſum egit.

Art. I. Compendium vitæ Sancyrani, Captivitas in carcere Vincennenſi. Mors. *a pag.* 51 • 61.

Art. II. Sancyranus adoritur Myſterium Incarnationis, & viam obſtruit ad frequentanda Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ. *a pag.* 61 • 98.

Art. III. Prava Sancyrani dogmata de gratia actuali & ſanctificante, atque de mor-

PARS III.

Complectens ea, quæ Janſeniſtæ pro executione Syſtematis Burgofontani ad abolendum Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ uſum moliti ſunt.

§. *I.* Antonii Arnaldi ad impium hunc laborem & molitionem delecti indoles. Vitæ ipſius compendium. Liber eius *de frequenti communione.* Analyſis huius libri. Artificioſæ fraudes authoris, ut Chriſti fideles usque ad mortem a ſumenda SS. Euchariſtia arceat. *a pag.* 177 - 224.

§. *II.* De Pœnitentia publica, qua Arnaldus, & eius Sectatores inſtaurare ſe, & in Eccleſiam introducere profeſſi ſunt. *a pag.* 224 - 240.

§. *III.* De Libris a Janſeniſtis ad id factis & vulgatis, ut Fideles a frequenti communione avertant. Venenum libri, cui titulus: *Colloquia cum Jeſu Chriſto &c.* Omnes, qui Sacrificio Miſſæ aſſiſtunt. apud Janſeniſtas conſecrant. *a pag.* 241 - 260.

§. *IV.* Peſtilens liber Medici Hamoni Janſeniſtæ, & fructus atque effectus nati ex hoc libro. Franciſci Pariſii ad S. Medardi Diaconi nefarii contra Sacramenta conatus,

&

& perverſa doctrina de Sacrificio Miſſæ, & Chriſtiana juſtitia. *a pag.* 261 - 306.

§. *V.* Variis exemplis, ex uſu & conſuetudine Janſeniſtarum depromptis, impotens eorum contra SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſentiendi & agendi licentia oſtenditur. *a pag.* 308 - 326.

PARS IV.

Quæ agit de doctrina, quam Conventus Burgofontanus ad evertendam omnem religionem divinitus inſtitutam

[redacted]

lam eludere conſtituunt. Patrocinium Janſeniſtarum a Calviniano Miniſtro ſuſceptum &c. *a pag.* 339 - 366.

Art. IV. Libri varii generis a Janſeniſtis ab anno 1621 ad hodiernum usque diem editi, ut venenum quinque Burgofontanorum dogmatum, ſeu quinque Propoſitionum Janſenii in omnis conditionis homines transfundatur. *pag.* 367.

§. *I.* Janſenii liber depravandis doctis deſtinatus. *pag.* 368.

§. *II.* Arnaldi ſcripta ineſcandis, & Burgofontana doctrina imbuendis nobilibus fœminis. *a pag.* 369 - 386.

§. *III.* Faydovii cathechiſmus ad pervertendos homines plebeios. Conſenſus huius Catechiſmi cum doctrina Calvini, & Janſenii. Communis lætitia & applauſus, quo a Calviniſtis exceptus fuit. *a pag.* 387 - 404.

§. *IV.* Liber Gerberonii ad corrumpendos perfectioris vitæ homines. Concordia huius libri cum Doctrina Janſenii. Fata huius libri. Gerberonii captivitas. Eiusdem ad frugem reditus, & errorum retractatio. *a pag.* 405 - 421.

§. *V.* Queſnelli *Obſervationes morales in novum Teſtamentum.* Quis fuerit Quesnellus, quæ indoles, qui mores, qui caſus. Concordia ipſius doctrinæ, qua purum Deiſmum inſinuat, cum quinque capitibus Burgofontanis, vel quinque propoſitionibus Janſenii. Aliorum Janſeniſtarum impiæ artes ac dogmata contra Jeſum Chriſtum, & Myſterium Incarnationis. *a pag.* 422 - 465.

Ap-

Appendix. Duæ S. Vincentii a Paulo epiſtolæ, quibus ea, quæ in hoc libro de Sancyrano, Arnaldo, ac Janſenio narrantur, confirmantur. *a pag.* 466.



Veritas

Consilii Burgofonte initi ex ipsa hujus executione demonstrata.

PRÆFATIO AUCTORIS.

Omnes, qui sincere fidem Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ profitentur, summo cum dolore vident, impietatem ac religionis contemptum nova in dies incrementa capere: usum SS. Sacramentorum aboleri non sentire non possumus: nullum fere amplius vestigium supereſt ingenuæ illius reverentiæ, quæ Patri communi fidelium, & Episcopis debetur; contemnuntur sanctiones Ecclesiæ: *De-*

iſmus quotidie magis in mores tranſit: ſancta noſtra Religio in Gallia magis & magis collabi vel oculorum judicio deprehenditur: parum a ruina ſua abeſt.

Mali hujus cauſſa cognoſcitur quidem; at forte jam nimis ſero. Experimur, & cernimus in medio noſtrum Novatores, qui fideles, quantum poſſunt, a Sacramentorum uſu avertunt; qui præfractum illis erga Eccleſiam obſequii neglectum ſcriptis ſuis & exemplis inſpirant; qui in multiplicatis, & ad novas ac varias in

rte deplorandi forent; ac fatagendum, charitate errores ſuos dedocerentur. o ultro conſilium iniere pervertendi illisque veram fidem eripiendi? tum ero oporteret eos cane pejus & angue ac deteſtari, ut evitetur depravatio- culum.

jectum eſt Anteſignanis Janſeniſmi, s hoc ſyſtema in fidelium perniciem um fuiſſe: reſponſum eſt ad hanc ac- em a Janſeniſtis, quantum reſponde- it: ſed num ideo accuſatio non ſoli- tur fundamentis? Omnium fidelium ere intereſt id ſcire. Nondum res ditus fuit examinata. Aggrediar id c accurate diſquiram in præſenti ope- nſeniſtæ ipſimet omnia ad id neceſſaria nta ſubminiſtrabunt, ut legitimum um de toto negotio judicium univer- ndus ferre poſſit.

us ipſum ſex partibus conſtabit. Pars omnium aliarum baſis eſt. Afferam narrationem eorum, quæ in famoſo iculo Burgofontano acta ſunt, & ta- idem, qualis ante centum circiter an- lucem prodiit. 2. Argumenta, qui-

bus veritas hujus conventiculi & tempus quo celebratum eſt, oſtenditur. 3. Occurram difficultatibus, quas movebant Janſeniſtæ, ut argumenta, quibus veritas hujus conciliabuli probatur, labefactarent. 4. Dabo Synopſin Conſilii Burgofonte initi; & denique exhibebo diviſionem totius reliqui operis. Ex lectione primæ partis patebit, hunc eſſe naturalem illius locum.



Veritas

Conſilii Burgofonte initi

ex ipſa hujus executione demonſtrata,

PARS I.

§. I.

Narratio eorum, quæ in Burgofontano Conventu geſta ſunt, & talis quidem, qualis ante centum circiter annos primo edita fuit.

Burgofons (*) Carthuſia eſt, in ſylva *Villers-coſte-rezenſi* ſita, Pariſiis 16 vel 17 leucarum intervallo diſſita. In hac primos Janſeniſmi conditores circa annum 1621 convenisſe, & generale ſyſtema ſuæ contra Eccleſiam rebellionis formaſſe, a me demonſtrandum eſt. Eorum, quæ in iſto conventiculo geſta ſunt, iſtoriam litteris prodidit, ac nobis reliquit illovius (**) primus Regis in curia præſidiali ictavienſi (***) Advocatus in ſua *Narratione ridica eorum, quæ Pictavii circa novam octrinam Janſeniſtarum contigerunt.* (a) Ingram illam hoc loco tranſcribam, quia baſis t totius iſtius operis, nec raro mihi opus erit

(a) Tipis edita a. 1654.

(*) Burgofontaine. (**) *De Filleau.* (***) à Poi-

verba illius in præſenti, quam meditor, demonſtratione recitare. „ (b) Adſit hic (ſcribit Fillovius) caterva novorum horum hominum a recta via aberrantium, ut aperiam illis myſterium, hucusque a præcipuis etiam illorum ignoratum. Poterunt „ hic, qui Janſeniſtæ vocantur, & primis deliberationibus non interfuere, ſed primorum duntaxat authorum inſtitutiones ſecuti ſunt, poterunt, ſi velint, errorem ſuum deponere, ac manifeſte agnoſcere, doctrinam, „ quam profitentur, non niſi illicium eſſe, „ quod ad eos ineſcandos propinatur.

„ Hic ego in lucem protraham eorum

„ Antequam myſterium hoc abſcondi-
„ tum, paucisque, qui Janſeniſmum profi-
„ tentur, hucusque cognitum, aperte enun-
„ ciem, præmittam neceſſe eſt, quod vir
„ quidam Eccleſiaſticus per hanc urbem iter
„ faciens, poſtquam Fillovium Regium in
„ hac curia Advocatum, variis oblatis oc-
„ caſionibus palam ſe multumque novæ Jan-
„ ſeniſtarum doctrinæ oppoſuiſſe intellexe-
„ rat, ad eundem inviſerit, & poſt prævias
„ quasdam officioſæ humanitatis ſignificatio-
„ nes, ſermone ad principia, quæ tam libere
„ de gratia ac libero arbitrio diſſeminarentur,
„ delapſo, denique eidem dixerit, hanc ho-
„ minum ſectam nihil aliud ſibi propoſitum
„ habere, quam ut Evangelium abrogent,
„ & fidem de redemptione hominum per
„ crucem & mortem JEſu Chriſti (quam ipſi
„ inter hiſtorias apocryphas numerarent) tol-
„ lant, & opprimant: poſſe ſe luculentum
„ & certum ejus rei teſtimonium dicere,
„ utpote qui primis hoc ſuper argumento
„ habitis conſultationibus interfuiſſet. Re-
„ vera (verba erant Eccleſiaſtici) Autho-
„ res hujus doctrinæ, quæ nunc Janſeniſmus
„ appellatur, pluribus abhinc annis Burgo-
„ ſonte, loco Pariſiis vicino, convenere, ubi
„ ipſe quoque aderam. Sex huic conventi-
„ culo interfuere; ego eram ſeptimus. Unus
„ duntaxat ex ſenis illis adhuc in vivis fu-
„ pereſt, ajebat, & eorum omnium nomi-
„ na ac titulos recenſebat, ſcilicet (I. D. V.

„ DH) (C. I.) (P. C.) (P. C.) (A. A.) „ (S. V.) „

Fillovius quidem, ut vides, cautione vel reſpectu forte intempeſtivo non niſi initiales litteras de eorum nominibus, qui Burgofontano huic conventiculo adfuere, memoriæ prodidit. At Bayleus ex morali Practica (*c*) eruit, quibus ea, quæ deſunt, ſuppleantur. (*d*) „ Ex certis, ſcribit ille, rerum adjunctis ac notis, quæ illam (Fillovii) narrationem comitantur, & ex certorum librorum indole, qui ad præſtanda „ pacta Burgofontana vulgati fuiſſe dicebantur, omnes intulere, literis primi nominis



„ ri ſapientes, & pleno doctrinæ lumine col-
„ luſtrati populis errorem eximant, & ex
„ tenebris, quibus veluti ſepulti hucusque
„ hæſerint, extrahant; hunc in finem oporte-
„ re, ut, qui neceſſaria doctrina, & dotibus ad
„ grande hoc negotium opportunis pollerent,
„ manum admoveant operi, & potentiam
„ DEI longe aliam oſtendant, quam ad hanc
„ ætatem usque oculis hominum exhibita
„ fuiſſet, cumque agnoſcerent ipſi, argumen-
„ tum veræ fidei eſſe unum duntaxat DEum,
„ qui de creaturis ſuis ſtatueret, quidquid
„ ipſi collibitum eſſet; ſeligeret hos, & æter-
„ næ felicitati deſtinaret, quos vellet; illis
„ pro jure & arbitratu ſuo æternos crucia-
„ tus decerneret, quin iſti de tam acerba
„ in ſe ſententia unquam expoſtulare, aut
„ querelam movere poſſint, utpote æternæ
„ mortis rei, eoquod ob prævaricationem
„ primi parentis, corrupta & ipſi maſſa in-
„ voluti eſſent; ut ad præfixum hunc ſibi
„ ſcopum pervenirent, omnino neceſſarium
„ eſſe iisdem populis obtenſum oculis velum
„ auferre, ſuasque inſtitutiones exordiri ab
„ antiquatione myſteriorum, quorum fides
„ eſſet inutilis, & ſolum credulitati homi-
„ num illuderet; præcipue vero illius de In-
„ carnatione Domini, quæ eſſet veluti baſis
„ ac fundamentum reliquorum omnium.
„ Nam cui bono, inquiebat, aliquis Jeſus
„ Chriſtus natus & mortuus ſit pro homi-
„ nibus, quorum ſalus a ſola gratia pendet,

„ quam DEUS largitur hominibus, quæque
„ ſola eſt efficax, & ipſorum bonam, ſi ad-
„ ſit, malamve, ſi deſit, ſortem pro æter-
„ nitate operatur?

„ Qui ſecundo loco ſententiam dixit,
„ ejusdem mentis fuit, pluraque adjecit,
„ quibus propoſitionem, qua prior animi ſui
„ ſenſa explicaverat, amplificavit, & iis ex-
„ ornavit conſecutionibus, quas ex doctrinæ
„ hujus fundamentis, ac principiis inferebat.

„ Tertius, quem eo conſilio ad hoc
, Conciliabulum ſuum advocaverant, ut ad
„ ineundam ſecum tractandi iſtius negotii
„ ſocietatem inducerent, quique in legendis

„ eam ſolo affigerent, roburque ac ſoliditatem impertirentur; ad executionem cœpti „ conſilii non expedire, ut ſtatim & ſe & „ illud proderent; ſed adhibendos alios modos; eosque ſpecioſiores, ſeſe hominum „ inſinuandi animis; vias tentandas magis „ plauſibiles, perficiendi denique grandis hujus operis, & promulgandæ graviſſimæ „ veritatis, cui ferendæ nondum omnes populi pares eſſent: doctos, & indoctos primis ſeſe oppoſituros conatibus, novam „ doctrinam proclamaturos tanquam impiam, „ eamque denuntiaturos Magiſtratibus, qui „ obſtrepere, & de illa acerbiſſimo examini „ ſubjecta, per carceres, cruciatus, & ſupplicia quæſtionem habere poſſent.

„ Politicæ hæ rationes cum & iis probarentur, quorum propoſito adverſabantur, in eam ivere ſententiam, mollioribus „ viis incedendum eſſe, quibus tandem propoſitam ſibi metam, deſtruendi Evangeli „ attingerent, quin adverteretur, quo ſua „ conſilia ſpectarent: nec jam ipſa myſteria „ aperta vi aggredi, ſed fidem, quæ hucusque in Catholicorum animis viguiſſet, calide, & actis veluti cuniculis ſubruere conſtituerunt.

„ Itaque decretum inprimis eſt, duo „ Sacramenta, ab adultis frequentari ſolita, „ Pœnitentiæ nimirum, & Euchariſtiæ impugnare; & tollere. Apertam ad id viam „ fore, ſi doctrina ac cura ſua fideles ab il-

„ lorum

„ lorum uſu averterent ; non quidem ita ,
„ ut aperte declararent, nolle ſe , ea minus
„ frequentari : ſed uſum ita difficilem effi-
„ cerent , & tot conditionibus , quæ cum
„ hac ætate , & hominum vivendi ratione
„ conciliari non poſſint , adſtrictum exhibe-
„ rent, ut fideles hæc Sacramenta , ceu ob-
„ ſepto ſibi omni ad ea aditu , miſſa face-
„ rent, atque adeo per extinctum eorum uſum,
„ qui tam bello obtentu ac ſpecie niteretur , po-
„ ſtea de iis fides quoque extingueretur.

„ Statutum quoque ibidem fuit , gra-
„ tiam ad tam altum gradum evehere , ut
„ ipſa una & ſola operetur omnia ; inficiari

„ titium , eo quod cuncta non niſi a ſola
„ gratia efficace pendeant ; cui reſiſti neque-
„ at ; alias vero , quicunque tandem ad im-
„ plenda DEI mandata conatus exerantur ,
„ eorum tamen aliqua ſervatu ſint impoſſi-
„ bilia , imo gratia deſit , qua fiant poſſibilia.
„ At quid ergo Redemptor aliquis ? ad quid
„ Sacramenta ? ad quid omnia illa conſilia Evan-
„ gelica ? quidquid agatur a nobis , ſalvabi-
„ mur , aut damnabimur , prout DEO placuerit.

„ Verum cum conſcientiarum directo-
„ res , & moderatores (differebat eorum
„ unus) non tam facile , & æque circum-
„ veniri poſſint , ac Catholici quidam debi-
„ lis ac ſimplicis animi ; cumque hi ipſi ,
„ quando ejusmodi dogmata audient , ad
„ eosdem forte directores , qui objectos
„ hos laqueos & nodos diſſolvant , perfugi-
„ um habituri ſint ; plane neceſſe eſt , ut &
„ hoc incommodum præcaveatur. Mox au-
„ tem neceſſariæ illi cautionis adhibendæ
„ negotium in ſe ſuſcepit congregatorum
„ alter & opportunum ſe remedium allatu-
„ rum pollicitus eſt , quod in eo poſitum eſ-
„ ſet , ut ad tollendam , vel certe imminu-
„ endam directorum conſcientiæ exiſtima-
„ tionem & authoritatem , eorum directio-
„ nem exhiberet , ſolius lucri proprii ſtu-
„ dioſam, ſeu totaliter intereſſatam.

„ Sed non minus advertit etiam ipſos
„ Capitis Eccleſiæ oppugnandi neceſſitas ;
„ quamobrem , quia Romanus Pontifex in re-
„ bus

„ bus ac controverſiis fidei adiri ſolet, ut
„ tanquam ſupremus, & ob promiſſum ſibi
„ S. Spiritus præſidium, Judex falli neſcius,
„ ſententiam ferat, ſtatuerunt in hoc Con-
„ ciliabulo, adverſus Monarchicum Eccleſiæ
„ ſtatum omnia conſilia, atque operam con-
„ vertere, & ut hunc evertant, Ariſtocra-
„ ticum introducere: quo aliquando ſtabili-
„ to, ſubin omnis Eccleſiæ poteſtas facile
„ profligari poſſet. Quod ad Pontificis im-
„ munitatem ab errandi periculo ſpectat,
„ placuit eidem libris ac libellis bellum in-
„ ferre; cumque uno mox impetu atque
„ aſſultu expugnari nequeat, eam ſolis Oecu-

„ ultimum ſuum, quem tam cito exprome-
„ re, atque edere non audebant, ſcopum
„ ſeu *Deiſmum* rem perducerent.

„ Et quoniam nullus ex omnibus Ec-
„ cleſiæ Doctoribus fuit, præter S. Auguſti-
„ num, qui tantum indulſerit ingenio, aut
„ cujus verbis ac locis male explicatis, in
„ rem ſuam opportunius quis abuti poſſit,
„ quodque eo uſi quoque ſint Calviniſtæ,
„ ſancitum fuit, ut ſeſe omnes doctrinæ S.
„ Auguſtini defenſores dicerent; ſic ipſius
„ authoritatem doctrinæ ſuæ novitati pro
„ velo, irretiendis imbecillibus animis pro
„ laqueo fore.

„ Denique ne in eodem ſimul tractan-
„ do argumento plures concurrerent, capi-
„ ta inter ſe & principia Doctrinæ ſuæ par-
„ titi ſunt, quorum aliquod quisque ſe ſta-
„ biliturum ſpondebat. Atque hæc con-
„ ventio non ſolum Janſenii libro ſed & ali-
„ is ex ea occaſione in lucem editis, in qui-
„ bus de indicatis ſuperius capitibus ageba-
„ tur, anſam præbuit, quemadmodum do-
„ cti advertent facile, quin neceſſe ſit, hoc lo-
„ co ſingillatim ad peculiaria deſcendere.

„ Poſtremus liber, qui ſecundum la-
„ tos in hoc Conciliabulo Canones Pariſiis
„ prodiit, eſt ille de duobus capitibus, per
„ quem ſtatum Monarchicum Eccleſiæ ever-
„ tere, aliumque ab eo penitus diverſum
„ conſtituere cogitabant. Quem tamen i-
„ pſum per alium rurſus ſcriptorem deſtru-

„ xiſſent,

„ xiſſent, niſi in illam ipſam, cui inſidia-
„ bantur, poteſtatem ſummo vigore prædi-
„ tam incurriſſent, quæ hoc opus iniquitatis,
„ quo per multiplicationem capitum Eccle-
„ ſiæ Monarchiam abolere volebant, penitus
„ contudit & obtrivit.

„ Ecce, quo pacto hæc conjuratio con-
„ flata fuerit, ſermonem proſequebatur Ec-
„ cleſiaſticus. Revera conventus hic, in
„ quo ea fabricata eſt, & cui ipſe quidem
„ mala mea forte interfui, at deinde faven-
„ te DEO nuntium remiſi, non niſi contra
„ ſacratiſſimam perſonam JEſu Chriſti con-

§. II.

Argumenta, quibus veritas hujus conventiculi & tempus, quo celebratum eſt, oſtenditur.

Si legitima refutandi ratio in acerbis declamationibus ſita eſſet, nemo Janſeniſtis accuratius, ſolidiusque hanc narrationem refutaſſet. Ab eo tempore, ex quo ea primam lucem aſpexit, ad noſtram usque ætatem ſcriptores factionis, Paſchalis, Gerberonius, Epiſcopus (*) Montis Peſſulani, auctor Commentariorum (**) Foſſeanorum, Novelliſta Eccleſiaſticus, aliique acriter inter ſe decertare viſi ſunt, quinam eorum pinguioribus convitiis & relationem, & ejus authorem oneraret. Arnaldus, qui in hoc ſcribendi genere & convitiandi modo præ reliquis eminet, *in ſua diabolicæ de Burgofonte fabulæ refutatione* (*e*) hæc habet: *Libellus hic, qui imaginarium iſtud colloquium refert, nonniſi inſignis calumniatoris, qui mentiendi imperitus artifex neſciebat conciliare tempora, opus eſt, ac ſupplicium potius, quam fidem meretur.* At longe alia illorum mens erat, & judicium, quibus Doctor hic ſummam venerationem debebat. Reginæ matris Ludovici Magni juſſu, Filo-

B

(*e*) Moralis Practicæ Tom. VIII, *pag.* 382.
(*) De Montpellier. (**) Duſoſſe.

lovius *Narrationem* ſuam *Juridicam* prelo commiſerat. Abſolutis typis Eadem hunc illi honorem habuit, ut peculiari epiſtola 19 Martii 1654 data; ſua ipſi de illo ſenſa in hæc verba ſignificaret: *Has, quas ad te ſcribo, literas teſtes tibi eſſe cupio. quam ego tuum, quod in hoc negotio profeſſus es, ſtudium probem, ac ratum habeam.* Itaque Regina Fillovium plane pro *inſigni calumniatore* non habuit. Deinde magnæ Fillovii neceſſitudines cum iis, qui in curia Romana, ac Pariſina plurimum & authoritate, & religionis ſtudio valebant, præclarum de

quidem ſummo horrore corripitur, nec eam in animum cogitationem admittere audet, eſſe tam prava voluntate, atque corrupto intellectu homines, qui ſibi perſuadeant, religionem Chriſtianam eſſe, *fabulam*, hiſtoriam de Incarnatione eſſe *apocryphum*, *Deiſmum* eſſe ſolam religionem veram; ac quod ex eo conſequitur, conſilium ceperint, jacto ſupra ruinam religionis JEſu Chriſti fundamento Deiſmum conſtruendi. Creſcet id cogitandi difficultas ex eo, quod ad hoc usque tempus Hæreſiarchæ, cujusmodi erant Calvinus ac Lutherus, reipſa quidem ſtatuerint principia, quæ ad *Deiſmum* ducunt, & *Deiſtas* faciunt, veritati tamen religionis Chriſtianæ, ejusque fundamento nunquam refragati fuerint. Certe nunquam illi directe id ſpectabant, ut *Deiſmum* in regna ac provincias inveherent. At hoc loco omnia conſilia directiſſime & unice eo referuntur, ut mundus Deiſmo inficiatur. Hæc legenti, ſane portento ſimilia, atque omnem humanam fidem ſuperare videntur. Verum ſi lectionem proſequatur, eamque ad finem perducat, animi ſic comparati horrorem excipiet grandis admiratio, cum videt, Narrationis juridicæ ſcriptorem ante centum & amplius annos ea omnia jam conſignaſſe literis, quæcunque ab eo tempore ad præſens usque Janſeniſtæ contra Eccleſiam machinari, & agere auſi ſunt, atque in ea ita ad minuta quæque adjuncta deſcendiſſe, ut

rerum potius geſtarum hiſtoriam, quam deſtinationem gerendarum ſe legere putare poſſit. Et quibus amplioribus argumentis opus eſt, ut convictus omnino id ſecum conſtituat, Burgofontanos *Deiſtas* voluntate potuiſſe eſſe, ac intellectu tam perverſo, ut ſyſtema quoddam formarent, ad quod exequendum tot improbæ mentis, ac profligatæ conſcientiæ homines per tot libros, qui data opera ad ſtabiliendum directe *Deiſmum* conſcripti ſunt, tam ardenti ſtudio collaborare videmus?

Atque hic ultro, veluti ex natura ſua

pro inſigni calumniatore proclamatus ſuerit, quam quod abominandam factionis cujusdam molitionem detexerit, cujus ſummopere intererat, eandem denſiſſimis tenebris involutam teneri.

Idem Fillovius ad narrationis ſuæ juridicæ calcem aliquid plus & majus, quam ut inter conjecturas duntaxat locum habeat, profert in medium, & ex Janſenii ad Sancyranum Epiſtolis probat 1. conſpirationem quandam inter illos contra Religionem fuiſſe: 2. exiſtimaſſe ambos hos naſcentis ſectæ Anteſignanos, neceſſarium eſſe, ut ad mutuum inter ſe colloquium venirent: 3. eos reipſa conveniſſe, & collocutos fuiſſe, 4. nonneminem illorum, qui conventiculo interfuere, mutaſſe ſententiam, id, quod ceteris vehementer ea defectione commotis magnam perturbationem attuliſſet. En! quomodo ex commemoratis Epiſtolis, quas Previllius (*) in lucem edidit, & quarum autographa in Collegio Ludovici M. Pariſiis depoſita ſunt, ſua ille argumenta ac probationes eruat.

I. *Conſpiratio fuit contra religionem inter Sancyranum & Janſenium, qui cenſent neceſſarium eſſe, alios quosdam ſibi adjungere.*

„ Conjurati hi (ait Fillovius) cum non „ id intenderent, ut vera religionis principia „ ſtabilirent, ſed ea, quæ vera fides in hunc „ mundum intulit, deſtruerent, & Eccleſiam.

*) De Preville.

„ atque Evangelium oppugnarent, conſilia ſua „ tamdiu celare volebant, dum plures alios „ in partes ſuas pertraxiſſent. Apparet hoc „ ex Epiſtola 16, in qua Janſenius in hæc verba ſcribit: *Nemini uni fateri audeo, quinam mei ſecundum principia S. Auguſtini de multis ætatis noſtræ opinionibus, & ſingillatim de illis, quæ ad materiam de gratia & prædeſtinatione pertinent, ſenſus ſint, donec omnia matureſcant, reique opportune agendæ tempus acceſſerit; metuo enim, ne Romæ idem mihi contingat, quod aliis.* „ En! ſatis clare indicatum Dei- „ tarum conſilium; quemadmodum obſerva- „ vit vir ille Eccleſiaſticus, qui conventui præ-

„ *credere incipiat, negotium iſtud finiri non* „ *poſſe, niſi conſpiratione multorum.* Poſtre- „ ma hæc verba plane oſtendunt, de conjura- „ tione agi, non de negotio, quod religioni „ utile ſit *conſpiratione multorum.*

„ In Epiſtola 20 promittit Janſenius, ſe „ Sancyrani obtemperaturum conſilio, neque „ ideam ſuam de Pilmot (libro ſuo) in lucem „ emiſſurum. *Obſequar accurate* (ſcribit Jan- „ ſenius) *conſilio tuo de negotio Pilmot, hoc eſt* „ *de ſacro negotio, nec de hac charta ad Epi-* „ *ſcopum vel verbum faciam: & lætor, rem* „ *tibi curæ eſſe, nec niſi generales quasdam præ-* „ *parationes a te adornari; nam & hic negoti-* „ *um longe adhuc a maturitate abeſt.*

„ An non hic machinationes ſe produnt „ contra religionem conſpirantium? ſed ad- „ huc magis id elucet ex Epiſtol. 21 ad Abba- „ tem Sancyranum, in qua hæc Janſenius: „ *Quod ad cetera negotia attinet, gaudeo, quod* „ *illos tibi ac ſacro negotio conciliare, atque for-* „ *mare feliciter cœperis, qui fulciendo ac promo-* „ *vendo ſacro negotio apti ſunt. Probe enim in-* „ *telligo, eam conſociationem non minus, quam* „ *ſummam in moderando negotio prudentiam ne-* „ *ceſſariam eſſe.*

„ In Epiſtola 23 ratum habet, quod San- „ cyranus ideam operis ſui, quod ſemper „ *Pilmot* appellat, non præmatura feſtina- „ tione præpoſito Generali Oratorii, quem „ vocabulo *Semir* deſignat, aperuerit: *Pla-* „ *cet,* (ſunt iterum verba Epiſtolæ) *quod Cæ-*

„ *lias* (Sancyranus) *nullam apud Semir de*
„ *negotio Pilmot mentionem fecerit; nondum*
„ *enim res habent maturitatem ſuam, quamvis*
„ *ea quodammodo meliores progreſſus nactæ ſint,*
„ *ac mihi ipſus polliceri auſus ſim. Nam Sul-*
„ *pitius* (Janſenius) *ait, putare ſe, quod ali-*
„ *quantum plus lucis ſibi affulgeat.*

„ In Epiſtola 5 laudat Sancyrani conſi-
„ lium, quod dederat, ne quid efferretur fo-
„ ras, ſed ut omnia fideli ſilentio preſſa, ar-
„ cana haberentur. *In hac ipſa materia* (ſcri-
„ bit) *ſentio verum eſſe, quod ſæpe dixeras,*
„ *ſermonem bonum non profanandum eſſe, ſed*

[redacted]

„ *colloquium, de quo tamen faciendo ab aliquot*
„ *jam annis inter nos agitur.*

III. *Janſenius, Sancyranus, & alii intra* 5 *Mart. & 4 Nov.* 1621 *convenere.*

„ Epiſtola 5 Mart. 1621 num. 16 oſten-
„ dit: eos tum nondum conveniſſe; at quæ
„ 4 Nov. 1621 data eſt, probat, mutuo
„ collocutos fuiſſe, agitque de dolore, quem
„ mutuus a ſe invicem diſceſſus attuliſſet; his
„ autem verbis utitur: *Lacrymæ tuæ, quas*
„ *meus tibi diſceſſus ac profectio expreſſit, tan-*
„ *tum in aſperam meam & frigidam indolem*
„ *valuerunt, ut & ego imperare dolori, & ab*
„ *iis mihi temperare non potuerim.* Hæc ipſa
„ epiſtola docet etiam, eos poſt illud collo-
„ quium altero iterum congreſſu capita con-
„ tuliſſe. Epiſtola 19 Novemb. 1621 ſcripta
„ Sancyrano ſignificat, melius jam ſe ha-
„ bere poſt languorem capitis, ac tuſſim,
„ quam ex peracto cum Sancyrano itinere re-
„ tuliſſet. . . .

„ Verum, quæ Conventum Burgofon-
„ tanum, quem *cap.* 2. hujus narrationis com-
„ memoravi, extra omnem controverſiam
„ ponit, & ſimul tum ſuſcepta in eo conſilia,
„ tum conflata non ſolum Janſenii & Sancy-
„ rani, ſed & aliorum pacta mutua, quæ no-
„ bilis ille Eccleſiaſticus Fillovio detexit, in
„ plena luce collocat, eſt epiſtola 26 Febr.
„ 1622 data, qua Janſenius Sancyranum hor-
„ tatur, ne ſacras quasdam virgines dirigen-
„ di munus admittat, idque eo magis, quo

„ minus illud cum magno negotio concilia
„ poſſit; quibus ſubjungit: *Condixiſti jam a*
quando ad agendam cauſſam, nec poteris a
alienos reddere, quibus facti a te promiſſi vi
culo devinctus es. Quamobrem obſecro, ne u
in negotio deſitiuas, cujus felicia quædam ja
initia vidiſti, & pro quo exequendo fidem t
am obligaſti. „ Hæc fidei obligatio proc
„ dubio in Conventu Burgofontano accepta
„ & reddita eſt.

IV. *Non nemo eorum, qui conventicu*
intererant, mutavit animum, quæ res ceter
magnopere conturpavit.

„ Ex Epiſtola 24 Febr. 1623 data conji

re vult (qua quidem in re eo majorem
ıltatem experitur, quo minus illi quid-
de Burgofontano conciliabulo innotue-
hæc ſubjicit: *Divinare non potui, quæ
ti inter Janſenium & Sancyranum con-
mutatio fuerit; cum eo omnia referen-
'e ſcribat, oportuit rem ſummi momen-
ſſe, & aliquem ex eorum factione ma-
animum, qui probabiliter religioni fa-
xcerit, finere ſeſe tam peruerſe nega-
mplicari.*

anſenius in ſua epiſtola 4 Mart. 1623
, iterum de hac conſilii mutatione lo-
ır his verbis: *Mutatio conſilii meretur
e colloquium, ut ſciamus, quem in
m nos collineare oporteat.* Atque hæc
›iendi Peronam itineris Janſenio cauſſa
ut cum Sancyrano colloqueretur,
ıadmodum ex his epiſtolæ 49 verbis
: *Vigeſima nona hujus menſis Aprilis
ub veſperum Peronæ, ut ſub menſem
m Galliæ pedem inferre poſſim.* Veri-
: etiam eſt, Janſenium & Sancyranum
ſibi invicem collocutos fuiſſe, quem-
›dum ex epiſtola 51 colligitur.

§. III.

io difficultatum, quas Janſe-niſtæ objecere.

ens Janſeniſmus cum infamia rediiſſet in
nebras, e quibus vix tum emergere cœ-
pe-

perat, ſi conventiculum Burgofontanum vulgo tam certum, ac erat, exiſtimatum fuiſſet. Neceſſum igitur erat, ut ſectæ capita orto inde incommodo quam citiſſime occurrerent. Sed en ſolidiſſimum ſeſe defendendi modum! Fillovius eos, qui huic colloquio interfuerant, non niſi initialibus nominum literis, & quintum literis A.A. indicavit. Dubium jam eſt, an duplex hæc litera A.A. Antonium Arnaldum, an illius fratrem natu majorem Arnaldum d'Andilly denotet. Et in hoc tota difficultas ſita eſt; nam Janſeniſtæ omni vi ac ope contendunt, gemino A.A. Antonium Ar-

hoc loco oſtendi, quem duplex iſtud A
t, & quem non indicet.
octor Arnaldus itaque, ut oppoſitionem
contra veritatem Burgofontani conciliа-
x duplici litera A. ſumptam ad quandam
atis ſpeciem effingeret, rem in hunc mo-
aggreſſus eſt. Contendit ad hoc, ut Bur-
anum colloquium (*b*) *pro infelici fru-*
ubolica malitia, & fabula ſtultiſſima,
que, ſi unquam ulla, concinnata habea-
ſatis argumenti eſſe, quod Fillovius
on fratrem ſuum duabus litetis A.A. de-
e voluerit. Hic enim vero preſſe opor-
ſius veſtigiis inſiſtere; nam licet bona illi
deſit, acumen tamen ingenii non deeſt.
n *ſecunda ſua epiſtola ad Ducem at Pa-*
Francia ex ſuo unius ingenio fingit, &
, eos, qui conventui Burgofontano in-
ſe accuſantur, fuiſſe ſex Theologos:
mnes ſex nominatim appellat: poſtea
allide conſpectui velut ſubtrahit, & de
alio, niſi de ſe ipſo loquitur, acſi a Fil-
dictus fuiſſet totius cœtus caput, & ani-
progreditur dein ulterius, ſibique ſoli,
uid in illo ſyſtemate odioſum eſt, ipſe
it; mox non ſecus, acſi ab aliis id om-
ſi uni tribueretur, de facta injuria que-
; *Mihi*, inquit, (*i*) *inter hos Theolo-*
onorificum locum aſſignant, me primis
t meæ nominis ac cognominis indicant.

Ex

oralis Practicæ T. VIII, pag. 511.
§. 112.

Expoſtulat quoque, quod a Fillovio repræ-ſentetur (*k*) *tanquam Deiſta, qui a* 30 *annis in omnium Myſteriorum Chriſtianæ religionis ruinam conſpiraverit --- qui hunc in finem* (*l*) *impium laborem impugnandi Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſibi ſumpſerit --- qui librum de frequenti Communione* (*m*) *ad hujus ſyſtematis leges ac normam conſcripſerit.* Denique, quoniam narratio Juridica affirmat, anno 1654, quo illa prodiit, ex ſenis Deiſtis Burgofontanis non niſi illum ſupereſſe, cujus nomen initialibus literis A. A. exprimitur, Doctor Arnaldus hanc quoque circumſtantiam arripit, ut ex ea ex-

nione tanquam secundum hoc systema
s; verbo; vix non arbitrari quis
ctoris animum a Fillovio non occu-
i rebus solius Arnaldi, tanquam in
ventu actoris principis: & tamen
in sua *narratione Juridica* non nisi
naldum nominat, & de libro ipsius,
equente communione est, obiter dun-
quasi per transennam, nec nisi ra-
entionem facit.

quæres, quid ergo intendit Arnal-
n mundo persuadere vult, se, &
em suum per duplex illud A fuisse
m? Qua mente & consilio omnem
; Burgofontani invidiam amoliri ab
in se unum derivare manifesta affe-
conatur? En consilii scopum! Ar-
nventui non interfuit, nec etiam in-
otuit; puer admodum, & ineunte
um ætate erat, ut ipsemet solide
quippe qui anno 1612 natus, A. 1621
ovem ætatis annos numerabat. Jam
conventui non interfuit, omne id,
a Fillovio tribui, versuta subtilita-
, nullo fundamento, aut veritatis
itur; ergo colloquium Burgofonta-
est habendum, nisi pro *stultissima*
pessimeque, *si unquam ulla*, *concin-*
oc totum est, quod Arnaldus ex
a hac sua argumentatione confice-
t. Et vero fateri oportet, ex sen-

tentia

tentia non nihil hanc illi ſubtilem aſtutiam ſucceſſiſſe, atque illud effeciſſe, ut ab ejus rei cura diſtraherentur animi, Catholici vero impedirentur, ne ex inſani Janſeniſmi origine omne illud emolumentum caperent, quod inde conſequi potuiſſent.

Certum igitur, & exploratum eſt, Antonium Arnaldum habito Burgoſonte colloquio præſentem non fuiſſe: at certum itidem eſt, Fillovii mentem non fuiſſe, illum duabus literis A. A. denotandi. Atque de hoc Fillovius optima fide Arnaldum ab Authore libri (o): *Portus Regius contra SS. Sacramentum cum*

rani, & quidem jam prius, & ante tempus hujus conventus. 2. Huic amico debuerunt ſenſa Sancyrani in materia religionis arriſiſſe. 3. Debuit illum Sancyranus judicaſſe aptum, cui ſecretum tam horrendæ conjurationis committeretur. 4. Habilem quoque, & ea dexteritate ac ingenio, ut ad executionem ſyſtematis Burgofontani operam ſuam aliqua in re conferre poſſet; ſecus enim hic A. A. inepte, & ſine cauſſa ad hunc cœtum admiſſus fuiſſet. 5. Præterea eo nomine fuiſſe oportuit, ut illud duplici initiali litera A. A. deſignari potuerit. 6. Anno 1621 eam ætatem attigiſſe, ut decenter in hoc Conventiculo comparere poſſet. Et 7 denique, ut anno 1654, quo narrationem ſuam juridicam Fillovius edidit, adhuc ſerperſtes inter vivos fuerit.

Hæc omnia & ſingula tam accurate in Arnaldo Andilio natu majore Doctoris Arnaldi fratre concurrunt, ut animo aſſequi non poſſemus, qua fronte Janſeniſtæ auſi fuerint inficiari, hunc eundem ipſum fuiſſe, quem Fillovius literis A. A. indicare voluerit, niſi id more ac modo ſuo feciſſe cogitaremus, quo omnia etiam compertiſſima impudenter pernegare ſolent.

Et inprimis Arnaldus Andilius ſuit intimus Sancyrani amicus, ſique res hæc teſte indiget, ſiſtit ſe ipſe frater natu minor Doctor Arnaldus, cujus teſtimonium tantundem valet, quantum plurium aliorum. *Eſtne hoc*, ait

ille (*p*) *arcanum & myſterium aliquod?* (ſcilicet Andilium. Abbatis Sancyrani amicum fuiſſe) *an non Andilius in omni ſua vita gloriatus eſt, ſumma ſe neceſſitudine cum magno hoc ſervo DEI conjunctum fuiſſe? An non id palam profeſſus eſt, cum ipſius* (Sancyrani) *epiſtolas pietatis documentis ac exemplis plenas Archiepiſcopis, & Epiſcopis Galliæ nuncupavit? an non epiſtolam ſuam, qua iisdem hoc opus inſcribit, auſpicatur ab his verbis: Reverendiſſimi, ac Illuſtriſſimi Domini! tam arctum amicitiæ vinculum, quo placuit DEO, me cum defuncto Domino Abbate Sancyrano connectere &c.* Ergo intimæ amicitiæ fœdere inter ſe devincti erant. Et quidem hæc illorum amicitia uno an-

aliorum amicitiam ſit noſter amor, quodque cum omni vigore ſuo ac perfectione natus ſit, non ſecus ac animæ, Angeli, aut verbi Divini inſtar, in uno momento &c. Equidem non parum impietatis in poſtremis his verbis ſe prodit; at de hoc modo hic non agitur: interim duo hi homines ab uno ante conciliabulum anno, ſeu anno 1620, intimi amici erant.

II. Andilius plene exploratam habuit novi ſui amici mentem in materia religionis, eamque approbavit. Inter alias impias phraſes, quibus epiſtola anni 1620 referta eſt, Sancyranus, dum de religione loquitur, putavit, poſſe ſe ita animum ſuum nudare Andillyo, ut non dubitaverit ſcribere: *Religio non eſt aliud, quàm confraternitas hominum, vivorum & morientium ſimul.* Hoc ſolum perverſæ doctrinæ ſpecimen, quod ſane prodire non poteſt, niſi ab animo penitus depravato, movere Andillyum debuerat, ut è veſtigio hominem tam impium repudiaret. Tantum vero abfuit, ut amicitiam illi renunciaret, ut etiam hanc in dies confirmaret magis, nec niſi mors Sancyrani dirimeret, quem (*) Lancellotus, & Fontanus (r) ultimis tabulis præcepiſſe teſtantur, ut cor ſuum traderetur Andillyo, hac tamen lege, ut in Portum-Regium concedere, & ibi ſolus ſecum

(r) Comment. Lancelloti Tom. I. pag. 256, item Commentarii Fontani Tom. pag. 558

(*) De Lancelot. De Fontaine.

cognomen Andillyi habebat, primam eſſe. Quid ergo obſtare poterat, ut non duplici litera A denotaretur? *per A. D. A. deſignari debuerat*, ait Doctor Arnaldus. (*s*) Demus hoc illi; & interpoſita quidem hac D litera Fillovius præveniſſet grammaticale jurgium; at ea, quæ adduximus hactenus, ſatis ſuperque, niſi fallor, prætermiſſionem literæ D ſarcire poſſunt. (*t*)

VI. Et ut nihil ad eam ſupplendam deſit, addamus & hoc, Arnaldum Andillyum eo, quo conciliabulum cogebatur, tempore pro dignitate in illo comparere potuiſſe, utpote

[redacted]

go Arnaldus de Andilly in catalogo eorum, qui colloquio Burgofontano interfuerunt, per literas A. A. indicatur: ſique hoc non eſt evidens, ſaltem eſt vero quam ſimillimum.

Bayleus cauſſam Janſeniſtarum hoc loco, quoad ejus fieri poteſt, ad ipſos demerendos tuetur. Poſtquam ſententiam tulit, ab autho*re* Vindiciarum, quæ pro Janſenii cognatis prodiere in publicum, ſolidis rationibus oſtendi, his duabus literis. A. A. Arnaldum Andil*lyum* non denotari, unicam dein ex iſtis vindiciis depromptam in medium adducit. Cogit me viri ingenium, & culta cum Janſeniſtis amicitia, ut credam, non niſi *ſolidiſſimam*, quam afferret, ab eo ſelectam fuiſſe. Eſt autem iſta: Dominus Arnaldus de Andilly Regem Ludovicum XIII in omnibus itineribus & expeditionibus, quæ tam ante, quam poſt Burgofontanum conventum contra rebelles hæreticos Regi ſuſcipiendæ erant, comitatus, in iisdem locum & tempus nactus eſt, majus in dies ſtudium pro religione Catholica declarandi. At vero Andillyi affectus erga Portum Regium, & propenſiſſima in Sancyrani opiniones voluntas luculento argumento ſunt, illum non ita ex his itineribus profeciſſe, ut melior ac ferventior evaderet Catholicus.

Addunt eodem loco Defenſiones, quas laudat Bayleus, hæc itinera non fuiſſe talia ſubſidia, atque adjumenta, quibus Andillyus etiam evaderet Theologus, qualem tamen eſſe oportuit, ut, quæ ipſi Burgofonte im-

poſita fuiſſet, perſonam ageret. At ſane deficiunt apta argumenta hominem, qui ejusmodi vana & levia objicit. Volens & lubens annuo, Arnaldum Andillyum non fuiſſe Theologum; ſed & Fillovius nunquam aſſeruit, ſex illos Burgoſonte congregatos fuiſſe *ſex Theologos*. Et certe neceſſe non erat, Andillyum eſſe Theologum, ad id, ut amico ſuo Sancyrano ea præſtaret officia, quæ deinde in eum contulit, & in executione Burgofontani ſyſtematis ſummi momenti perſonam ſuſtineret, quam geſſit, prout omnibus manifeſtum eſt.

§. IV.

eſt illa de duplici A, conabuntur pri
e caput hujus cauſſæ oculis ſubducer
autem illud non in eo poſitum, num h
lli Burgoſontano conventiculo adſuerint,
n illi, qui adſuerunt, contra noſtram
im Religionem conſilium illud inierint,
in eo iniviſſe accuſantur.

Itaque noverint Janſeniſtæ, ſe a me rite,
æquo, ac bono admoneri, quod *ſyſte-*
Burgofontanum reipſa thema illud ſit, de
igere conſtitui. Hoc *ſyſtema* ſubjiciam
s: hujus *ſyſtematis* veritatem demon-
animus eſt. Abdico autem, ſi quidem
tant, omnia argumenta, quæ hactenus
xi; acquieſco, eaque pro nullius fidei,
inſtruendam duntaxat calumniam con-
haberi ſino, pro quibus a centum & am-
annis omnes Janſeniſtæ eadem habuere
us. Uni unico argumento inhæreo,
i, quod ſub ipſos etiam ſenſus cadat,
quilibet comprehendat facile, cuique
ponи poſſit; eſtque ipſa hujus ſyſtema-
cutio. Hanc ut demonſtrem, preſſo
veſtigio, ut rem fatear, Narratio-
lovianam ſequar, ſed non aliam ob
quam ut in iis, quæ mihi hoc ope-
enda erunt, in certa capita digeſtis,
ſervem; cæterum valeat illa narra-
, quantum valere poteſt. Unde,
e opus hoc refellere cogitant, ajo,
, & laboris jacturam facturos, ſi
bi infirmanda ſumant, quæ ſive de

Burgofontano conventu, ſive de fabricato in eo ſyſtemate hucuſque retuli: quandoquidem iterum me omnibus illis renuntiare ultro profiteor. Sed ſi refutationem meditentur, quæ omni ea ſoliditate polleat, quam intentata ipſis tam gravis accuſatio exigit, hoc unum ipſis agendum ſupereſt, ut, omiſſa mecum narratione Fillovii, & ſuo eidem, qualecunque meretur, pretio relicto, clare oſtendant, nihil unquam a ſe pro ſyſtemate, de quo narratio loquitur, exequendo tentatum, nihil actitatem fuiſſe: hoc ſolo & unico capite probe firmato, facile omnia reliqua, quæ objici poſſunt, infirma eſſe fatebimur. Quodſi

ium offendiſſet animos, & horrore perſtrinxiſſet, quem vel ſola lectio non concitare non poteſt. Altera, quod aliorum hæreſiarcharum more vecores & timidus, non ſatis animi ſibi eſſe ſentiret, ut patiens ferret, hoc conſilium ſuum ad magiſtratus deferri, & in illud *arceribus . ac ſuppliciis quæſtiones exerceri.* Ex duplici quoque ratione facio ego id, quod ipſe non fecit. Expono luci publicæ ipſius conſilium, ut mundus pro eo, ac debet, ab illo abhorreat: deinde, ut hac ia impediam, ne animæ JEſu Chriſti ſanguie redemptæ aliena pravitate corrumpi ſe ſint, alioquin æternis olim *carceribus, ac ſupiciis* addicendæ, in quos execrandum hoc conum illas non poteſt non præcipites agere.

Infame itaque hoc conſilium a Sancyrano rgoſonte propoſitum eo ſpectabat, ut puputus Deiſmus ſupra ruinas everſi Evani, & ſanctiſſimorum myſteriorum fidei, ſertim illius de Incarnatione Verbi, quod ium aliorum baſis eſt, ſtabiliretur. Mens ntentio ipſius erat, totam religionis ſumi ad unicum hoc reducendi principium, unum & ſolum argumentum fidei noſit unus Deus, qui de hominibus, quidlubet, ſtatuit, ſalvat aliquos, alios at, pro arbitratu ſuo, quin hi de arbihac in ſe ſententia unquam conqueri t. En veram ideam hujus conſilii ac ſyis, quod authore ſuo ſane dignum tanſe fermones excitavit.

Viæ

Viæ ac modi propagandæ tam horri lis doctrinæ, & ita quidem, *ut non adver retur, quo res pertineat*, in cœtu Burgoſo tano præcipue quatuor in deliberationem nère, omnes opportuniſſimi, ut recta ad De mum eatur.

Primus, ut eriperetur fidelibus unum potentiſſimis auxiliis, quo ſe in cultu noſt ſanctæ Religionis conſtanter tueri, ac ſuſtin re poſſint, nempe frequentior Sacrament rum Pœnitentiæ, & Evchariſtiæ uſus. Co ſtitutum itaque eſt, eorum faſtidium fi le bus ingenerare, idque per hoc, quod dig



um agi, & ad partes ſuas traduci non ent, exoſi reddantur fidelibus, eisque re-ſentantur velut homines, *qui nonniſi pro-n lucrum ſpectarent, & utilitatibus ſuis ex ſervirent.*

Fideles Sacramentis ſpoliati, perverſis im-opinionibus, & ab animarum ſuarum pa-bus alienati, non aliud reliquum habe-: evitandæ depravationis remedium, quam em Matris Eccleſiæ, & docilem ad eam num. Ut & hoc perſugium illis adime-, & ſic omni ope deſtitutos in malorum ginem præcipitarent, ea ad ultimum a ɔofontanis Deiſtis ratio ac via inita eſt, ppugnaretur authoritas Capitis Eccleſiæ, dele s huic contemnendæ aſſuefierent: ut ontentionem vocaretur ſtatus Eccleſiæ

Concilium in doctrinam hanc damnatic
ſententiam tulerit, ejusdem decretis non p
fidei haberetur, quam *Papæ, & Evange*
cujus ruinam quærerent.

Redacto in hanc formam ſyſtemate,
conſtitutis ad illud exequendum ſubſidiis,
gulis eorum, qui conventui aderant,
cujusque ingenio ac dotibus partes ſuæ ag
dæ commiſſæ ſunt. Sed quænam cuilibet
ſtinenda perſona obtigit? *a fructibus eo*
cognoſcetis eos. Opera, & opuſcula, q
ſinguli de hujusmodi argumentis in public
dedere, nomine Authorum ſuorum loqu

ficeret, ut omnis ad illa accessus inter-
esset. Cornelius Jansenius alterum de
caput executus est, & in corpus quod-
doctrinæ perversæ sectæ dogmata rede-
Philippus Cospean noluit venire in par-
Consilii. Petrus Camusius curam susce-
nscientiarum arbitris odium & invidiam
ndi, eosque exhibendi ceu homines non
aestui & emolumentis suis funditus addi-
Simon Vigorius ingenii sui & eruditio-
es impendit evertendæ summi Pontificis
itati, & convellendo Monarchico sta-
clesiæ. A tempore Conventiculi, hoc
centum & quadraginta circiter annis
starum Primipili systemati, quod a Pa-
suis Burgofonte adumbratum est, ad-
hactenus, & etiamnum pertinaciter
ent.
uibusnam vero libris primi Jansenismi
res, quænam sibi provincia commissa
planum fecerint, in fronte cujuslibet
hujus operis ponetur ob oculos, cujus
distributionem exponi oportet.

§. V.

Partitio operis.

a pars hujus operis, non est, quod sa-
jam patet, nisi necessaria quædam ad
strationem, quam promittit titulus,
io: reliquæ partes corpus hujus De-
ationis constituunt.

Se-

Secunda itaque pars evolvet ea, qu
Abbas ſancti Cyrani ipſemet, tanquam d
& anima conſilii Burgofontani, egit pro p
ducendo ad exitum ſe adhuc vivo, quantu
conniti viribus poſſet, abominabili ſuo ſyl
mate. Reliquæ partes proferent ea, qu
idem Abbas ad hodiernum uſque diem ſe
per ſuos ſocios, eorumque ſucceſſores.

Tertia ergo pars oſtendet, qua conte
tione Doctor Arnaldus, & poſt eum relic
Janſeniſtæ adlaboraverint, ut abrogaretur ul
Sacramenti Pœnitentiæ, & fideles fraudule
tis obtentibus a JEſu Chriſto in SS. Euchariſ
averterentur.

[redacted]

In ſexta denique parte in ſcenam pro- Simon Vigorius, ejusque & peritiorum ſcriptorum vani conatus patebunt, bus a tempore conventus Burgofontani gebant, ut labefactata Vicarii JEſu Chriſti horitas deſpectui, ac ludibrio eſſet, to- que Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici regiminis ma penitus everteretur.

En totam promiſſæ a me demonſtratio- ideam! Ut illi ex æquo reſpondere queam, nia ad eam neceſſaria adjumenta ipſi Janſe- æ mihi ſuppeditabunt; imo multo plus um, ut adeo nemo dubitare poſſit, me lentia ſubminiſtratæ mihi materiæ parcius um eſſe. Æqui bonique conſulo tam juſtam ſin: id ſolum peto, ut Lector meminerit, ta, quæ prætereo, vel quod a me igno- tur, vel quod non certa fide nitantur, ne hæc tractatio nimium excurrens ſatie- tem legentibus afferat apud illos, quibus a cognita ſunt, æque, ac hæc ipſa, quæ adduco, ad demonſtrandam ſyſtematis Burgofontani executionem valere poſſe.

Veritas Conſilii Burgofonte initi, ex hujus executione demonſtrata.

PARS II.

Continens ea, quæ Soncyronus ad exordiendam ſyſtematis Burgofontani telam per ſe ipſum egit.

Quamquam hæreſis, quæ à ſæculo & amplius Eccleſiam Gallicanam miſere vaſtat, nomen ſuum a Janſenio

ſtram ſanctam religionem delecta, effectui dare conniſus eſt.

Articulus I.

Synopſis vitæ D.ni Abbatis a S. Cyrano.

Joannes Vergerius de Hauranne, vulgo Abbas ſancti Cyrani nominari ſolitus, anno 1581 Bajonæ in Vaſconia Galliæ provincia, natus eſt ex familia, quæ ex negotiatione & commerciis inclaruit. Cum Lovanii Theologiæ operam daret, amicitiam cum Janſenio contraxit. Anno 1604 Pariſiis iterum in mutuum conſortium venere, & quod male olim religioni cederet, initam quondam amicitiam inſtaurarunt. Poſt aliquot annos Vergerius Bajonam redux omni ſe cura familiæ ſuæ penitus abdicavit, & in villam patris ſui Campipratum ſeceſſit, atque integro biennio totum ſe & unice literarum ſtudiis dedit: ſub illius finem amico ſuo Janſenio, quem pædagogum Pariſiis reliquerat, author fuit, ut veniret ad ſe, & dulci ſecum ſeceſſus ſui otio frueretur. Venit Janſenius, & ibi ab utroque ſimul prima Janſeniſmi fundamenta jacta ſunt.

Primus horum ſtudiorum fructus, quem Vergerius protulit, erat liber, cui titulus: (*) *Quæſtio Regia.* Anſam illi componendo

(*) Bayleus in Dictionario Critico ait, inſcriptionem libri fuiſſe *Caſus Regius: enumerari in eo 34 caſus, in quibus ſe ipſum liceret occidere. Interpres.*

præbuerat caſus aliquis in aula propoſitus. In illo nihil minus, quam quæ ex eo caſu naſcebatur, cauſſam agit, ſed fuſe lateque docet, fas eſſe, ſibi ipſi violentas manus afferre; imo caſus ſe offerre poſſe, in quibus ad conſciſcendam ſibi necem quis religione obſtringeretur. Unum ex principiis, quibus in hoc libro utitur, illud Gnoſticorum eſt: *omnia mundo ſunt mundis.*

Ex hac ſua ſolitudine Pictavium profectus, aditum nactus eſt, quo ſe in Pictavienſis Epiſcopi Ludovici (*) Rupepoſæi gratiam inſinuaret. Vehementer poſtea Præſulem hunc pœnituit benevolentiæ, qua hominem

lli pepercit induſtriæ, nec quidquam
orum, quæ ardor religionis dictabat
as, ut errantem ad ſaniora reduce-
fruſtra fuit. Pater Gondrenus itaque
ſenſus, & conſilia plane cognita ac
habebat: & hinc in ſupremo mor-
cuidam ejusdem ſecum Oratorii, qui
næ Duci Aurelianenſi a ſacris con-
s erat, aperte confeſſus eſt, uno ſe
oc ſcrupulo angi, quod Laubarde-
tum, cum Sancyranus Regis juſſu
enderetur, quis, qualisque is eſſet,
uiſſet.

cius Sancyranus rem geſſit cum Pa-
illo, quem ſibi devincire, & ſuo,
æferebat, ſtudio, nova ejusdem
tionis in Gallia & Flandria compa-
rementa, diu fallere novit. Picta-

læ Regiæ comitatu anno 1620 Pictavium veniret. Poſt primum cum eo colloquium Sancyranus famoſam illam, cujus jam memini, epiſtolam ad novum hunc ſuum amicum dedit.

Paulo poſt Pariſios profectus eſt, ubi Andillyum cum omni reliqua Arnaldorum familia impenſe coluit. Amicitia hæc aditum ipſi in Portum Regium aperuit, in quo duæ Andillyi ſorores religioſæ vitæ inſtitutum amplexæ fuerant. Ambæ Sancyrano admodum idoneæ viſæ ſunt, quæ novitatibus ſuis capi, ſuoque tempore famam his & celebritatem accerſere poſſent. Jamque tum monaſterium hoc

beratum habebat. Locutus P. Joſepho Capucino (a) & Abbati (*) Prierenſi, rogaverat, quid de hoc orto recens novitatum magiſtro ſentirent. Mentem illis ſuam aperire non auſis, ipſe ſuam aperuit: Vaſco eſt (ajebat) homo calidis, & ex corporis habitudine ardentibus viſceribus: nimius hic calor ſurſum ad caput vapores attollit: ex his melancholicæ naſcuntur imagines, quas ipſe ſublimes eſſe contemplationes, aut certos S. Spiritus afflatus ſomniat, atque adeo ſua ſibimet delira in cæleſtia oracula, & myſteria transformat.

Sed ex alio latere ſub idem fere tempus aeriter petebatur: Pater Gondrenus, & Vicentius a S. Paulo, quem deinde Eccleſia in Sanctorum numerum retulit, palam Sancyrano adverſabantur, & execranda ipſius dogmata e tenebris ſuis in apricum proferebant. Itaque Cardinalis plurium in ipſum defixos eſſe oculos, moresque ac dicta attentiore cura obſervari juſſit. Moleſtæ ac graves Sancyrano accidebant hæ excubiæ; expedire omnino cenſuit, ut hominum ſe oculis ſubduceret,

(*) P. Joſephus hoc nomine vulgo in Gallia appellatus, magnis in ordine ſuo muneribus functus, demum a Cardinale Richelio, cui P. Joſephi ingenium ac merita ſummo in pretio erant, tractandis publicis regni & regis negotiis adhibitus eſt, primæ apud eundem Cardinalem ſemper admiſſionis, & omnium arcanorum particeps; ac rerum adminiſter. *Interpres.*

(*) de Priéres.

ceret, & in abdito quodam angulo lateret interea, dum coorta in ſe tempeſtas conquieſceret. Non niſi poſt ſex menſes Pariſiis iterum in conſpectum prodiit. Eo redux ſocium ſibi adjunxit Patrem Seguenotium ex Oratorio: impetravit ab eo, ut epiſtolæ, quam gallice reddiderat, S. Auguſtini de *Virginitate*, & adjectis a ſe notis nomen ſuum præfigi pateretur. Cum eæ craſſis erroribus contra vota, præſertim caſtitatis refertæ eſſent, liber hic in magnam proborum omnium offenſionem incurrit, & lata a Sorbona ſententia peſtiferarum opinionum reus declaratus, & proſcriptus eſt. Ubi Cardinalis de rumoribus ac turbis quas periculoſa Sanctorani doctrina &

quit, cum pro conſueta illa ſua modeſtia (b) ſcriberet, *Cauſſam, cur carcere Vincennenſi detineretur, eam eſſe, quod illuc conſilia ſua ac ſtudia retulerit, ut veſtigia S. Thereſiæ, ejusque de rebus divinis doctrinam quam proxime ſequeretur.*

Cogitatum ſubin eſt de conquirendis teſtibus, ut actio in illum conſtitui poſſet. Quæſtionibus ex forma juris habitis, Abbas Prierenſis, Tardiſus intimus Sancyrani amicus, Antonius Vigierus PP.um de doctrina Chriſtiana Præſes, (*) Pormorantius Pſenæ Sylvæ Abbas, Nicolaus Victonius Sacellanus regius, Maria Aquaviva e regno Neapolitano Ducis de Atria filia, Franciſcus Cauletus (*) Apamienſis Epiſcopus, pluresque alii graviſſima de iis teſtimonia dixere, quæ & qualia ſuis ipſi auribus ex ore Abbatis Sancyrani exceperint. Ex certis his, quæ attulere, indiciis comperta habemus doctrinæ Sancyranæ principia, quæ poſthac ſæpius revocabo in memoriam. Epiſcopus Lingonienſis, & S. Vincentius a S. Paulo cum P. Gondreno renuebant tribunali ac judici profano teſtes ſe ſiſtere; ſed chirographa ſua & exarata in iis teſtimonia Cardinali tradidere.

Sancyranus interea tempus, & otium in carcere ſuo fallebat conſcribendis ad varias nobiles perſonas ſacris epiſtolis, quas Arnaldus Andilly us poſt amici ſui mortem in lucem

(b) Literæ ſpirituales: Lit. 23. pag. 179. Edit. 1.
(*) De Pormorant.
(*) De Pamiers.

dedit, seu veras illas, seu fictas tantum, & suppositas, ut factioni famam nomenque colligerent: ideam quoque & epitomen quandam libri contra frequentem SS. Eucharistiæ usum confecit, suosque de hoc argumento commentarios juveni Baccalaureo discipulo suo, Andillyi fratri, Antonio Arnaldo dono dedit.

Mortuo Cardinale Richelio, cum ei Comes Chavignyus in administrandis negotiis publicis suffectus esset, facile huic fuit, captivum suum amicum in libertatem asserere; qui tamen huic in se beneficio non diu superstes fuit. Morbo laborare cœpit sub finem Septembris anni 1643. *Monebat is identidem suos, teste vitæ ipsius scriptore, (c) ne, cum primum in morbum incidisset, ultima sibi morientium præsidia adhiberi negligerent; nam si contingeret*, ajebat, *me sine susceptis Sacramentis mori, ansam inde inimici mei arriperent, comminiscendi varia & sermones edendi in vulgus, peculiari id DEI vindicis judicio tribuendum esse, aut me Hugonotti instar obiisse.*

Sed quantacunque demum ea cautio fuit permittente DEO evenit tamen, ut cum duodecim circiter dies ex morbo decumberet, per omne illud tempus nulla nec ipsi nec amicis de adhibendis sacris mysteriis cogitatio in mentem venerit. Ante meridiem 5 idus Octobris ad ægrum invisit Singlinus; cubi-

(c) ommentar. Lanceloti Tom. I. pag. 245. & seq

ulum ingreſſus apoplexia oppreſſum c
it, nemine omnium præſente. Tui
ivero ad maturanda moribundo Sacra
ta curæ converſæ ſunt. De præſenti
eciani ſui periculo admonitus ad Jacobi
id in ſuburbio de Altopaſſu, Abbas de
s, propere quidem accurrit, ut illum ſacro
extremum inungeret. Verum vix una
ltera unctione peracta ſub undecimam ma-
nam intra ipſius brachia extinctus eſt. De-
ti Abbatis amici, *ne Hugonotti inſtar obiiſſe*
retur, palam jactarunt, per quandam pro-
i ſpeciem ſatis adhuc temporis ante obi-
reliquum fuiſſe, ut ab Honorato Mal-
ejusdem paræciæ Sacellano, antequam
Curio accederet, cæleſti Viatico ad iter
nitatis muniri poſſet; utque hac de re
longe lateque manaret, operam dede-
t a publicis rerum novarum commenta-
lenni præconio orbi nunciaretur in hæc
: *Undecima hujus menſis* (Octobris) *Ab-*
Cyrani poſt aliquot dierum ægritudinem
laxia obiit, recepto ea cum pietate, quæ
ipſius virtute digna erat, ſacro Viatico.
le Pons omnium, quæ tum contige-
s oculatus in quadam ad amicum epi-
omnem memorabili hac narratione
us eſt:

id, quod rogas, num D. Sancyra-
rema morientium Sacramenta rece-
emo me certius, ac melius reſpon-
erit; vocatus enim a domeſticis,
undo *ſacram unctionem* impertirer,

„ ani-

„ animam efflavit, antequam eam totam per
„ ficerem. Vidi ad ægri lectulum duas fæmi
„ nas, juvenili unam, provectiore jam æta
„ te alteram, quæ tenero eum affectu proſe
„ quebantur: domeſtici ajebant, magna eas cu
„ ra illi inſerviiſſe, nec minorem eundem in ii
„ collocaſſe fiduciam. Atque hoc omne eſt, quo
„ pro certo & explorato habeo . . . Collega me
„ us Malcyus teſtatur, defunctum etiam reliqu
„ Sacramenta recepiſſe. Poſtularunt hoc ab i
„ lo teſtimonium, quibus ſummopere cordi era
„ mortui Abbatis honori conſulere; & vero a
„ homine pecuniis empto, etiam extorſerunt.

Fratres Sammarthani in ſua *Gallia Chr*

alvinianæ ſectæ Miniſtri (*) Mareſius & Ju-
ieus *ſanctum hunc virum* tanquam e ſuis unum,
t earundem ſecum opinionum Magiſtrum ſibi
indicarunt. An vero illum non jure iisdem
ucedi oporteat, ſequentes articuli docebunt.

Articulus II.

Sancyranus impugnat myſterium Incarnationis, & Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ uſum reddit difficillimum aut potius omnino tollere inititur.

Qua erat Sancyranus æſtuoſa indole, ac in-
genio, ut nihil diſſimulari aut tegi, ſed
perta fronte Deiſmo invehendo; & ſu-
er ruinas Evangelii conſtituendo manus
moveri vellet. Hoc æſtro actus, cum
rgofonte primus verba faceret, ſociis
s ſuaſor & author fuit, ut *magnum ſuum*
s ab everſione myſteriorum, & præſertim
v de Incarnatione inchoarent. At cum
ad-

---

ogio ornatum, ejusdem ſumptibus contra Jeſui-
i edidit. Verum cum Dictionarium iſtud poſt
rtem authoris varias manus ſubierit, a quibus
vis identidem acceſſionibus locupletatum uſt,
n tandem in 4 Tomos excreſceret, quis ægre
t, ſi negemus, eam Sancyrani laudem ex Mo-
i calamo fluxiſſe? Id proxime fidem eſt, fœ-
tam Janſenianæ ſectæ manum fuiſſe, quæ Ver-
um intruſerit, & hunc Lectori fucum fecerit.
ge alium author hujus operis ex propriis ipſius
is & factis exhibet De ſacræ Hierarchiæ libro,
jecto a clero Gallicano elogio paulo poſt re-
ſermo. *Interpres.*
marvin Jurieu.

admoneretur, nimia hac feſtinatione ſuffla
natum potius, quam provectum iri negotiu
imo proximum fore periculum, ne *exa*
vinculis & cruciatibus horridum ſubire co
retur, facile ceſſit, ratumque habuit, ut
tiores in ſpeciem rationes inirentur, quil
illud confici poſſet. Primum itaque adjum
tum, quo uterentur, illud ſtatuerunt,
impugnarentur duo Sacramenta, ab adultis
quentius uſurpari ſolita, Pœnitentiæ nimiru
& Euchariſtiæ; data itaque opera eorum
ſum tot difficultatibus implicandum eſſe,
ab illis abhorrerent fideles, & cum hac
omnis fere ad ea acceſſus intercluſus eſſet,

oronæ globulo ſeu grano deſtinatum eſt aliquod DEI attributum, circa quod fanaticus uthor deliramenta ſua venditat. Patienter ramus laborem eorum legendi aliqua, in ibus abominanda illius intentio perſpicue ſe anifeſtat.

„ 1. *Sanctitas.* Ut JESUS Chriſtus ea ratione ſit in SS. Sacramento, ut ne extra ſemetipſum exeat, hoc eſt, ut ſocietas, quam cum hominibus inire vult, ſit modo ab ipſis ſeparato, & in ipſomet reſidente, eoquod rationi conſentaneum non ſit, ipſum ad nos appropinquare, imo nobis etiam in ſtatu gratiæ exiſtentibus nihil inſit dignum ſanctitate DEI, ita quidem, ut oporteret nos SS. Sacramentum iisdem verbis alloqui, quibus S. Petrus Jeſum Chriſtum: *Recede a nobis Domine, quia peccatores ſumus.*

8. *Eminentia*: Ut JESUS Chriſtus intret in omnia ſua jura: ut ſe glorioſe elevet in omnibus ſuis præeminentiis; ut faciat *ſeparationem* magnitudinis inter ſe, & creaturam; ut animæ tenuitates ſuas acceptent in homagium hujus magnitudinis; ut Jeſus Chriſtus ſit *aliquis DEUS DEUS, hoc eſt, ſe retinens intra ſuas divinas magnitudines*; ſecundum quas non poteſt in ullo eſſe minor, quam ipſe. t quis horum verborum ſenſus: *aliquis Deus eus, hoc eſt, ſe retinens intra ſuas magnitudi-*

tudines? voluntne, ut æque, ac ipſe Sancyranus, offenſionem ſumamus ex demiſſione alicujus DEI-Hominis? quænam enim alia ſignificatio eſſe poſſit, plane non video.

„ 9. *Poſſeſſio*: Neceſſe eſt, ut animæ „ in Chriſto JEſu adorent poſſeſſionem, quam „ habet ſui ipſius, *neque eam cogitationem* „ *in animum admittant, num illi placeat* „ *ipſas poſſidere, vel non*; quoniam ſatis „ eſt, quod ſe ipſum poſſideat.

[redacted]

talis maneat, qualis est, & nos sinat esse quales sumus?

„ 13. *Independentia*: Ut JEsus Chri-
s agat tanquam prima caussa sine subje-
ne ad fines, quos sibimet ipsi præfixit,
quidem, ut etiamsi hoc sacramentum sit
num amoris, ipse tamen, si velit, ex eo
hat effectum justitiæ: *ut non respici-
ad id, quod animæ merentur*; sed om-
pro arbitrio suo statuat, & disponat.
*que animæ renuncient potestati, quam
bent, subjiciendi se DEO*, in eo,
od existentibus in gratia se ipsum dare
omiserit, *ut spem nostram non in i-
s collocemus*, sed perseveremus in bea-
incertitudine, quæ independentiam
EI veneretur.

„ 14. *Incommunicabilitas*. Ut *Jesus
bristus non se demittat* ad communi-
tiones, quæ infinitæ ipsius capacitati
rum congruunt; ut animæ persistant in
noscenda sua indignitate tam sublimis
divinæ communicationis; ut relinquant
EO suum ipsarum esse, nec hoc ideo,
ipsæ vicissim participent de esse di-
. . . eoquod existiment, feliciter sibi
ospectum esse, quod divinorum donorum

„ non fiant participes, quoniam gaudeı
„ talia ac tanta eſſe, ut illis capiendis pa
„ eſſe nequeamus.

„ 15. *Illimitatio*: Ut JESUS Chriſt
„ agat in extenſione ſua divina, ita, *ut*
„ *hil ipſius interſit omne id, quod*
„ *nitum eſt. &c.*

„ 18. *Inapplicatio*; Ut JESUS Chı
„ ſtus ſe ſemetipſo occupet, neque ullam
„ ſe patiatur creaturam, vel nihilum; *ut*
„ *hil curet, quod extra ipſum agitur*
„ *neve animæ ſe illi offerant tanqua*
„ *aliquid attentione & cura ipſius di*
„ *num, ſed potius ab illo rejiciantur*
„ propterea, quod ſe debeat præſer
„ omnibus; amplectantur itaque hanc ina
„ plicationem JESU Chriſti, *ac potius e*
„ *gant, ut Ieſus Chriſtus ipſarum ob*
„ *viſcatur*, quam ut ex ipſarum memor
„ locus ſit exeundo ex applicatione ſ
„ ipſius per hoc, quod ſe applicet creatı
„ ris. „

Novi itaque Evangelii lex ſectatoribus ſu
has partes imponit, ut Jeſum Chriſtum an
mo ſuo repræſentent ceu *aliquem DEU*
DEUM,

M & nihil amplius. Sublimitas virtu-
ejusdem Evangelii præſcripto, ac norma
poſita eſt, *ut fiat ſeparatio magnitudi-
nter Jeſum Chriſtum & creaturam*,
ulla nos cura angat, aum is *poſſideat
noſtra*, *vel non poſſideat*; principalia
erunt *renunciare poteſtati*, *quam ha-
bet*, *ſubiiciendi ſe DEO*, & non inni-
inis promiſſis: nec vult temerarius re-
tor, ut animæ *ſuam in iis ſpem collocent.*
im blaſphema ſputa ac ſordes Hæreſiar-
m quispiam unquam vomuit? at non-
inis. Conjunctio cum Jeſu Chriſto hominis
iani in vivis agentis ſumma felicitas eſt:
ipſius DEI-Hominis deliciæ ſunt ſe ipſum
tiri animabus puris, & integris, eaque
iisdem familiaritate uti, quæ nulla ora-
concipi, ac verbis exprimi poſſit. At-
oc diſplicet Sancyrano: hinc præcipit
ſuæ doctrinæ diſcipulis, ut Jeſum
um jubeant a ſe *recedere*, velintque,
e usque *ad ipſos ſe demittat*: has ſui ab-
ies eſſe ipſo *indignas*, nec oportere, ut
tio ipſius verſetur in illis, *quæ finita
ſunt*; hoc eſt, oportere, ut ſe quaſi
im gerat, & indifferens ſit ad ſalutem,
mnationem eorum, qui tam caro ipſi
ſtetere. Vetat itidem Sancyranus di-
s ſuis, ne ſe offerant Jeſu Chriſto, aut
eidem offerant, ideo, & ita vult hoc
ut rogent, ne *de ipſis cogitet*, ut *ipſos
t*, ut *ipſorum obliviſcatur*, caſi de nihi-
nunquam educti, *ac procreati* ullibi

exiſterent. Quod quid aliud eſt, quam ſimulationem & ſpeciem chimericæ cujus perfectionis, ac ſub obtentu, majore re ac pietate proſequendi JEſum Chriſtum quam *DEum DEum*, velle & contend ut animæ illud cum ipſo cordis commer abrumpant, quod eidem tam gratum, cundum, ipſismet vero animabus tam tare & aptum eſt, ut in amore JEſu C conſerventur, & ad majora ejus increr in dies provehantur. Vah! quam plena roris ſunt iſta? an non hæc evidens fidel pravandi ratio eſt? Et ex his de ipſo dep tionis authore feratur judicium, ac dec

[redacted]

aec addit, quæ peculiari rubrica ſi-
digna ſunt, *eo ſpectare hæc omnia, ut in-
ſcant opiniones, effectibus divini erga nos
, quem DEus in ſanctiſſimo Euchari-
Sacramento, & Incarnationis myſte-
ecipue elucere voluit, ſumme contrarie.*
hæc corona Romæ pariter confixa &
cripta fuit. En itaque Sancyranum legi-
authoritate illius flagitii damnatum,
ex ſyſtematis Burgofontani norma in
erium Incarnationis impium bellum mo-
Verum hoc nonniſi primum fraudulen-
rtis ſpecimen fuit.

Corona hæc vulgo *Sancyrani corona* ap-
batur, & magno ſtrepitu excepta pluri-
ſermonis dabat hominibus. At poſtquam
omæ, & a Sorbona tam tetrum ſtigma
uſtum eſt, credidere Abbatis amici, &
ndecorum ac turpe, & naſcenti ſectæ no-
fore, ſi tam cito factionis caput hujus-
cenſurarum invidia oneraretur. Ita-
omni conatu id egere, ut ab eo omne
irentur odium, & in Agnetem a S. Pau-
Arnaldinam, religioſam in Portu Regio
nem transferrent; proinde famam ſpar-
coronam hanc ipſius opus eſſe; nec alia
tempore ipſorum vox ac ſermo fuit. At
yranus ipſe jam ita perfricuerat frontem,
obro ſibi duxiſſet, perturbari, aut angi
s, quæ Roma contra ſe decerneret. Ergo
tam mollis & teneri ſenſus *fuit*, ac erant

ſui amici; nam poſtquam ſecretam ſuam coronam a Janſenio amico ſuo, graviſſimo ſcilicet teſtimonio, & approbatione muniri petierat, in qua approbator hic pro comperto eſſe vult, hac corona *exprimi impetus animæ puriſſimo amore ebriæ, nihilque in ea aſſerri, quod non plene cum orthodoxa fidè ac doctrina conſentiat*, Abbas deſperatam ſuam cauſſam acturus, operis quamvis tam ignominioſa damnatione ambuſti defenſionem elucubravit, & edidit, quam & ipſam Janſenii iterum & Liberti Fromondi judicio confirmari curaverat. Apologia hæc multos in ſe concitavit adverſarios, a quibus ſumma contentio-

ſententiæ prorſus orthodoxæ, & divinæ in ſacris literis locutioni maxime conformes, cumque ſint ſublimiſſimæ & altiſſimis ſenſibus plenæ, hinc ſacra quadam caligine nonnihil obſcuræ ſunt. Enimvero omnis fere religio extincta ſit oportet in homine, qui audaciam ſibi ſumit patrocinandi operi, quod undequaque iis verborum formis confoſſum, ac damnatum eſt, quæ non niſi ſtulti cujusdam & impii authoris operi convenire poſſunt.

Siniſter *ſecretæ coronæ* eventus, ac coorta ob eam contra Sancyranum tempeſtas ictum hunc piſcatorem ita ſapere docuerunt, ut ambagibus quibusdam uteretur, nec ita directe adverſus ſacroſancta noſtra myſteria progrederetur. Itaque ad ſyſtema Burgoſonte formatum rediit, & impoſterum utrumque Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentum ſibi impugnandum ſumpſit, ita tamen, *ut non aperta fronte oſtenderet, velle ſe, ut ea rarius frequentarentur; ſed eorum uſui tot difficultates objiceret, quibus omnis ad ea acceſſus, veluti ſupra omnes humanas vires arduus redderetur.* Per quos vero gradus, & quibus artibus ad proſequendum ſuum inſtitutum, & conſequendum hunc ſcopum circa Sacramentum Pœnitentiæ proceſſerit, nunc examinandum: qua ratione autem circa Euchariſtiam rem ſuam geſſerit, poſtea diſcutiemus.

Uſus exponendi in ſacro tribunali noxas veniales, iemper in Eccleſia tanquam bonus,

iisque, qui ad animos suos magis emacular
dos illum sibi familiarem reddidere hactenus
magnopere salutaris habitus, atque compro
batus fuit. Ut vero morem hunc aboleret
& hac ratione ad tollendum omnem Sacra
menti usum propius accederet, viamque stei
neret, en deliria, quæ Sancyranus callide hin
& illinc, præcipue in suis, quas vocat, ep
stolis spiritualibus (*f*) spargebat: *Confess*
peccatorum venialium in Ecclesia plerumque in us
non erat, nisi admodum sero, ut eorum pe
catorum venia impetraretur; nam mille & am
plius annis justi, qui in ejusmodi peccata
culpas prolapsi erant, sæpissime non aliud ag

Tridentini parabat refellere; at San-
ſuccuſſo capite id unum pro reſponſo
bat: *ſi Tridentino conſentis, conſentis*
, quo dicto ei tergum obvertit. E-
nihil hac doctrina præciſe & defini-
; contra uſum confeſſionis peccatorum
n dici poteſt.
quando hæc principia apud eos, coram
lla novator venditabat, aditum inve-
tum eos jam aptos ratus, qui ferrent
a, ac graviora, promovebat gra-
que auribus & animis inſinuabat, (*h*)
***neceſſariam confeſſionem peccatorum mor-
tuoad numerum, nec quoad circumſtan-
tiem mutantes, modo dolor talis eſſet, qua-
porteret.*** Hæc doctrina moralis, quæ
nii rigoris arguenda non eſt, confeſſio-
n reddit prope inutilem. At nempe

„ nem ad Sacramentum Pœnitentiæ pro
„ missione peccatorum esse absolute nece
„ riam; attritionem vero cum Sacrame
„ non sufficere; quæ de hoc argumento
„ ceret Concilium Tridentinum, intellig
„ da esse de contritione perfecta, aut fat
„ dum, in hac re Concilium errasse. „ Eand
hanc suam doctrinam tanquam indubitat
dogma præsente Abbate Prierensi acriter t
batur, idque pro complemento addebat,
solutionem non esse, nisi judicium declarat
remissionis peccatorum; etsi Concilium Trid
tinum Sess. XIV. c. 6. absolute ac præ
definiat, *non esse solum nudum ministerium*
clarandi peccata esse remissa. Omnes fere reli
testes, ex legitima judiciorum forma citati
auditi idem testimonium de ea Sancyrani
ctrina dixere. Ex quo inferri potest, qu
tum ista principia Concilio Tridentino a
adversantia huic Novatori cordi fuerint.
vero directe ad Sacramentum Pœnitentiæ
nitus abolendum tendunt.

Ponamus ergo ad momentum tempor
duo hæc principia veritate niti; primum,
tribunali Pœnitentiæ nullum peccatum
perfecta contritione remitti; alterum, sac
dotem, cum absolvit, nihil aliud agere, qu
quod declaret, peccata nostra esse remissa.
autem, quam illa cum Sancyrani scopo
hæreant; nam si hæc principia non fallar
tunc absolutio nobis omnino nihil utilita
afferet. Et cur ais? num enim non sola
mihi

esse debet, quod audiam, peccata mea esse remissa? id inficias non eo: at ipsa itio hoc tibi non indicat. Cur istud an non declarat sacerdos, ea esse re-, dum mihi absolutionem impertitur? io, si contritio fuerit perfecta; an autem ta fuerit, vel non perfecta, hoc sacer- eque scit, neque scire potest: ergo id indicare, & declarare nequit; n, & quantamcunque demum tibi ab- nem largiatur. Itaque absolutio prop- i erit inutilis. At non confiteor, in-, nisi ut recipiam absolutionem, quæ salutaris sit; quodsi ergo ex hac, quam sacerdos impertitur, nihil emolumenti redundet, ad quid ego grave onus subeam endi peccata mea? Confecutio hæc est legitima, & veluti sponte sua nasci- k stabilitis a Sancyrano principiis. At- oc erat, quod spectabat Sancyranus, ut s a confessione averteret, etiam quando Communio obeunda est. Neque ego intentionem Sancyrano gratis tribuo, e solido fundamento. Vadem illius ha- Episcopi Lingonensis commentarium. Af- at hic Præsul, unum ex arcanis myste- Sancyrani fuisse: „ Per Sacramentum Pœ- entiæ non extingui peccata: communio- plus virtutis inesse, quam confessioni ad lenda peccata, hominesque ad bonam ortem comparandos; adeoque pluris in- esse, ut hominibus in periculo mortis exi- ntibus, *e. g. peste infectis*, præbeatur

„ SS.

„ SS. Euchariſtia, quam adminiſtretur Sacra-„ mentum Pœnitentiæ. „ Enim vero privilegium valde commodum, quod Sancyranus pro plenitudine poteſtatis & authoritatis ſuæ ægris ac moribundis concedit!

Barcoſius in apologia pro avunculo ſuo edita negat, unquam hoc a Sancyrano aſſertum fuiſſe. At inficiatio hæc nullius momenti eſt, neque attendi meretur. Per hæreditatem quidem a charo avunculo principium & conſuetudo in caſu neceſſitatis negandi omnia, in nepotem tranſiit, non tamen ſimul ejusdem apta pro uſurpando hoc principio calliditas, id, quod ſatis hoc loco oſtendit;

n omnium, quæ in hoc inferiore mundo ſi
, & producuntur, omnium arborum, omnium
arum, omnium elementorum, omnium ho-
um ſpiritualium, & in ſtatu gratiæ exiſten-
n. Quo ergo pacto tam grande donum, ac
tam ſublime, quod DEus ad utilitatem
inum in terris ſtabilire dignatus eſt, negli-
aut indifferenter tractari poteſt? Illi, qui
atores ſunt, non poſſunt alibi invenire re-
ionem ſuorum peccatorum: qui juſti, non
ſuam juſtificationem; nec illi, nec iſti in-
entum remiſſionis & juſtificationis uſque ad fi-
vitæ ſuæ. Ita Novator hic fraudulenter,
modo inepto, ac offenſionum pleno hujus
ramenti effectus extollit, ut tollat uſum Sa-
nenti alterius, probe gnarus, quemadmo-
ſubinde hoc ipſum, quod modo nimium
ebat, depreſſurus ſit.

Sunt animæ quædam recto corde, quæ firmiter adhærent doctrinæ Eccleſiæ, l umbram novitatis horreant, & ab ea aveant; a qua etiam nunquam ſibi ni-cavere poſſunt. Hæ, ſi in manus & onem Sancyrani incidiſſent, certe do-n, quàm modo commemorabam, & novitas omnibus manifeſte patet, aver-iſſent. Interea tamen & his Sacramen-enitentiæ eripere intendit Reformator, ficio prorſus diverſo. Piæ animæ ple-

rum-

rumque non ſatis cautionis adhibent, ut ſe contra nimium rigorem muniant. Cum his itaque acturus Sancyranus, longe aliam perſonam, ac larvam induit: non amplius ille eſt, qui Sacramentum Pœnitentiæ ad nihilum redigit, ſed alius, qui illud in tam ſublimi faſtigio collocat, tamque arduam animi præparationem exigit, ut ægre demum ad impetrandam abſolutionem pervenìri poſſit. Teſtimonia contra ipſum edita, & præſertim modus, quo in gubernandis Portus Regil ſacris virginibus uſus eſt, ſub nova hac eum forma nobis exhibent.

Antequam Sancyranus huius Portus Re-

hominum, quæ in hoc inferiore mundo ſi- & producuntur, omnium arborum, omnium um, omnium elementorum, omnium ho- ſpiritualium, & in ſtatu gratiæ exiſten-

Quo ergo pacto tam grande donum, ac tam ſublime, quod DEus ad utilitatem um in terris ſtabilire dignatus eſt, negli- aut indifferenter tractari poteſt? Illi, qui tores ſunt, non poſſunt alibi invenire re- nem ſuorum peccatorum: qui juſti, non ſuam juſtificationem; nec illi, nec iſti in- ntum remiſſionis & juſtificationis uſque ad fi- itæ ſuæ. Ita Novator hic fraudulenter, odo inepto, ac offenſionum pleno hujus menti effectus extollit, ut tollat uſum Sa- enti alterius, probe gnarus, quemadmo- ſubinde hoc ipſum, quod modo nimium ebat, depreſſurus ſit.

Sunt animæ quædam recto corde, quæ firmiter adhærent doctrinæ Eccleſiæ, el umbram novitatis horreant, & ab ea caveant; a qua etiam nunquam ſibi ni- n cavere poſſunt. Hæ, ſi in manus & tionem Sancyrani incidiſſent, certe do- am, quàm modo commemorabam, & s novitas omnibus manifeſte patet, aver- fuiſſent. Interea tamen & his Sacramen- Pœnitentiæ eripere intendit Reformator, rtificio prorſus diverſo. Piæ animæ ple-

rum-

rentiam ingerebat, quæ non ſegnius easdem ab uſu hujus Sacramenti abſtrahebat.

Vult ergo Sancyranus, ut aut Sacramenti Pœnitentiæ nullus uſus ſit, quia hoc Sacramentum eſt inutile; aut ſiquis eo uti velit, hoc ipſo fiat inutile, quia illius uſus eſt tam difficilis, ut prope in opus deduci non poſſit: id eſt, vult omnibus Chriſti fidelibus eum hujus Sacramenti contemptum ingenerare, quo ipſemet laborabat. Revera hujus Sacramenti profanatio, eaque modo quodam ſacrilego perpetrata, Sancyrano pro ludo & joco erat. Argumenti loco erit, quod Abbas Prierenſis ex forma juris teſta-

[redacted]

peccato abſolveret. Sic hominem obligabam, ut arcani fidem præſtaret, & ſilentio premeret, quod forte absque ea aliis aperuiſſet. Addit Prierenſis, Sancyranum, cum iſtud narraret, adeo in effuſos riſus ſolutum fuiſſe, ut nunquam tam immoderatos eum cachinnos tollere, vidiſſe ſe meminiſſet, neque nepotem ejus Barcoſium riſum continuiſſe.„

Animæ, quæ ab hujusmodi ducibus diguntur, an non ſumma commiſeratione dignæ ſunt? Et tamen Gallia a tempore, quo inix hic ſectæ Anteſignanus, cui hic larvam traho, caput extulit, ejusmodi directoris referta eſt. Utinam fideles id tandem noſcerent, & ſibi cavere inciperent ab iis, i eodem cum Sancyrano ſpiritu animaeadem cum eo ſeveritate gloriantur, & n ſecus, ac ille animas ducunt ad ſummam rum licentiam, ad obdurationem animi, l deſperationem, ac denique ad omnis reionis contemptum, idque ex inſidiis, & n callide, & occulte, ut *ruina* nonniſi nis ſero advertatur. Sed finiamus ea, quæ Sancyrani doctrinam de Sacramento Pœnitiæ pertinent; ſatis ex iis, quæ jam expoimus, conſtat, qua ille toto vitæ ſuæ tempre animi comparatione fuerit, ut Sacramenti hujus uſum aboleret.

Falſa dogmata in argumento de S. Communione, quin imo in omni eo, quod ad

Euchariſtiam referri poteſt, adeo ſunt en
mia, ut ea exponere non audeam, niſi c
de iis loqui res exiget. Sequamur ergo
vatoris veſtigia, quin adhuc ſciamus, c
tandem nos deducere velit.

In ſua *Theologia familiari*, quæ, licet V
ticano fulmine Romæ percuſſa, quotid
ni tamen uſus in Portu Regio Catechiſm
erat, hanc quæſtionem proponit: *In quo*
tu nos eſſe oportet ad Euchariſtiam digne recipi
dam? (n) *neceſſum eſt* (reſpondet) *ut ſi*
in ſtatu gratiæ, ut de peccatis noſtris egeri
pœnitentiam, utque nec voluntario mentis ſen

r eam plene manifestari consilium Bur-
initum, nimirum id efficiendi, ut
tatis hominibus omnis ad Eucharisticam
aditus occludatur. Vah! ubinam ter-
c gentium Seraphinus ille est, qui
m *per negligentiam adhæreat rei cuidam,*
displicere possit? Ergo aut multa in-
nt sacrilegia, aut pothus nulla am-
ibitur S. Communio. Atque hic sco-
quo Sancyranus collineat.
ostri Rigoristæ hac ætate in rubo rem
iod doctrinam sui coryphæi meridia-
expositam videant, eam utique miti-
lent. Si id tentent, garriant per nos
uidquid velint; at nos non nisi subli-
o Magistro ac directori Sancyrano au-
beamus, cum non fidelior doctrinæ
erpres, ac is ipse sit (*o*). *Illi*, (ait) *qui*
ie hærent in minimis nævis, & imper-
us, indigni sunt Eucharistiæ Sacramento
n S. Dionysium. Jam & hic quoque
a Jansenistis injectam cavillationem
nus, necesse est. Sancyranus, in-
non aliud docet, quam quod S. Dio-
quæ ergo temeritas, eum propterea
, ac criminari? Equidem Sancyranus
ui authorem ac testem appellat S. Dio-
, sed appellat vel ex linguæ græcæ ig-
a, vel ob consectaria, quæ inde pro
ıtis sui emolumento deduci possunt. At
Dionysii nequaquam mens & sententia

ſuit, ut P. Petavius (*p*) luculenter probavit, & bonus quidam Janſeniſta, cui periculum carceris in Caſtello S. Angeli ſubeundi, quod ob ſparſos Romæ errores illi imminebat, ſatis celebre nomen fecit, ipſe in amico ſuo Arnaldo reprehendit, dum ipſi (*q*) genuinum hujus in S. Dionyſio loci ſenſum exhibet, quo Arnaldus haud ſecus, ac magiſter ſuus Sancyranus, abuſus fuerat. Sed redibit ſæpius occaſio lectorem admonendi, Sancyranum & ipſius diſcipulos opportunum ſibi hunc morem ab hæreticis mutuum accepiſſe, ut doctrinam ſuam hoc fulcro ſuffulciant, quod eam cui-

[redacted]

„ runt, per duodecim ſæcula, hanc regu-
„ lam ſecuti ſunt, ut ex omni Eccleſiaſtica hi-
„ ſtoria ſcimus, voluerintque, ut ipſius ſa-
„ cerdotis ſententia ad hanc a SS. Euchariſtia
„ abſtinendi pœnam condemnarentur, reſer-
„ vata tamen ſpe ad illam redeundi, eaque
„ fruendi, poſtquam a ſuis peccatis & ma-
„ culis per plenam & integram ſatisfactionem
„ fuiſſent expurgati. At quoniam hic ſanctus
„ & antiquus mos minus uſitatus, & com-
„ munis modo eſt in Eccleſia, atque alius in
„ ea dominatur, ſed multo minus præſtans,
„ & quem laxitas morum apud Chriſtianos
„ tanquam magis uſitatum & ordinarium in-
„ vexit, contra principale votum, & inten-
„ tionem Eccleſiæ, cui prior ſemper magis
„ cordi fuit, eritque ſemper uſque ad finem
„ mundi. &c. „

Exprimamus modo ex hac doctrina, quæ adeo pretioſa eſſe jactatur, medullam, ac quintam veluti eſſentiam. Itaque hodie ab Euchariſtica menſa ob minima peccata mortalia abſtinere, atque abſtinere tamdiu, dum quis ab omnibus ſuis maculis per plenam & perfectam ſatisfactionem fuerit emundatus, *ſanctus quidam & antiquus mos eſt?* Verum hunc morem Eccleſia nunquam novit; ergo nec tam ſanctus, nec tam antiquus eſt. Hæc ab Euchariſtica menſa ſegregatio admirabile arcanum eſt *ſanandi cor dolore peccatorum ſuorum ſaucium.* Quid ſibi volunt hæc verba ſonantia, ſenſus inania, quorum involucro

novator hic errores ſuos vult tegere? an non vulnus, quod animæ dolor de peccato infligit, res eſt omnium maxime deſiderabilis, ac ſalutaris? vulnus enim hoc, eſt vera contritio, eſt effectus amoris DEI; vulnus, quod divinus cibus auget; ergo ad eum recipiendum oportet accedere. Vulnus, ait, quod voluntaria ab Euchariſtia abſtinentia haud dubie *ſanat*; hoc eſt, tam grande bonum imminuit, & nobis ad omnimodam illius jacturam viam ſternit. Catholicus inferret: ergo oportet ab hac ſibi ſegregatione & abſtinentia cavere. At Sancyranus in nova ſua reformationis forma illam tanquam eximium ſancti-

fectus, quo Sancyranus erga abstinen-
a SS. Eucharistia fertur, ubique do-
tur; ubique illum animis eorum inserere
ur, quibus ipsius doctrinam auscultare
e non est. Libellus ipsius *Cor novum* me-
um complectitur, animam recens ad
M conversam provehendi ad perfectio-
: non poterat author in eo non comme-
re etiam aliquid de S. Communione.
ero totum, quod de illa dicit, atque
e conversæ ad augendas per Eucharistiam
permittit: nempe (e) *obstupescere, quod*
se nobis in animarum nostrarum ali-
m dederit: addit tamen præceptum (t),
ndiu abstinendi ab hoc cœlesti alimento, tan-
cibo nimis solido, & debilitati nostræ non
iente: denique per speciem compen-
quod tam exiguum prius concesse-
ionet, (u) *curaret anima, ut hæc a ea-*
o abstinentia conjuncta sit cum arcano ge-
uod se tam eximio bono privatam vide-
tque res hæc apud Jansenistas ita ho-
consuetudinem abiit, ut ad exemplum
istri sinant, animas gemere, quamdiu
modo non communicent. Hinc ple-
ipsorum libri adhortationum ad suspi-
gemitus, lacrymas, singultus, &
: addunt nihil.

cyranus in directione eorum, qui
sese ipsi dirigendos commiserant,

. Famil. Edit. V. pag. 202. (t) ibid.

majorem etiam ſibi ſumebat audaciam, cu
que crederet, non habere ſe cauſſam, de
rum in ſe animo diffidendi, ſuggerebat il
(x) *frequentationem Sacramentorum ſæpius
cere, quam prodeſſe*; (y) *invocationem non
JESU æque efficacem eſſe, ac receptionem
Euchariſtiæ*; quemadmodum juridica co
ipſum teſtimonia docent.

Hæ erant artes, quibus pedetentim
quentem S. Communionis uſum antiqu
& extinguere hic factionis Primipilus alle
ſuos docuit. Sublato vero hoc uſu, fidel
aliud adhuc reſtabat vinculum, quo Il

tis eſſe, id ſolis verbis docere; verbis junxit opus, & pro ſolita ſua modeſtia ſe aliis pro exemplari, quod imitentur, propoſuit. Jucundum erit intelligere; quo ille perfectionem doctrinæ ſuæ moralis Anti-Euchariſticæ provexerit: (*z*) *ad me quod attinet* (ad Doctorem Sorbonicum ſcribentis verba ſunt) *ſi abſque neceſſitate adirem alium, & aliquot horas cum illo agerem, agre poſſem inducere in animum, ut altero die ſacrum dicerem, & ſic etiam, ſi alium accedentem ad me admiſiſſem, & diu cum eo de libris & rebus literariis, quæ tamen non aliquâ ratione ad bonum Eccleſiæ pertinerent, ſermones miſcuiſſem.* Ad alium ſcribens rem omnino decidit, aitque (*a*) *ejuſmodi colloquia ſat gravem cauſſam eſſe prohibendi ſacerdotem a dicendo poſtridie ſacro.* Et addit: *atque ita & ego ipſemet facere ſoleo.* Quid igitur poſthac nobis mirum accidat, tam raro ſacerdotes Janſeniſtas ſacris operari? nec enim ex ea ſemper cauſſa ac fine in aliorum congreſſum ac colloquium veniunt, aut inviſentes ad ſe admittunt, ut loquantur de rebus, quæ *aliqua ratione Eccleſiæ proſint*, imo nec ut loquantur *de libris & negotiis ad rem literariam pertinentibus.* Prævidit quidem Sancyranus, quidquid ipſe cum hac ſua Ethica obſtaret, multos tamen fore ſacerdotes, qui a peragenda re divina non abſtinerent, & ſic fidelibus

(*z*) Epiſt ſpirit. Tom. II. Epiſt. 60. pag. 600.
(*a*) Ibid. Epiſt. 26. pag. 309.

nonnunquam defuturam occaſionem, ut eidem intereſſe poſſint. At ſi illum arbitratu ſuo rem agere ſinamus, eo tamen pertinget, ut fideles ab audienda Miſſa avocentur.

Amabo, an non audivimus paullo ante ejus verba & ſententiam, quibus ad S. Communionem requirit, ut ſimus in ſtatu gratiæ, ut de peccatis egerimus pœnitentiam, & neque deliberata voluntate, neque per negligentiam adhæreamus ulli rei, quæ DEO diſplicere poſſit? Atqui an non idem Sancyranus dicit in epiſtolis, loquens de ſacra Communione & auditione Miſſæ: (b) *haud multo mi-*

t, *quam DEO pro illis offerre ſacrificium pa-*
tiæ, quam quidem Deus in hac cauſſa &
afione tantum amat, quantum amat ſacrificium
ericordiæ: omne aliud ſolatium, quod illis opta-
poſſit, nihili eſt, & pro illis, & pro no-
ſi conferatur cum eo. quod a nobis procedit.
go ſacrificium Miſſæ, quod a nobis non
ocedit, *nihili eſt pro mortuis, nihili eſt pro*
is, ſi comparetur cum patientia.

Denique ut aſſuefaciat fideles, quin res
ertatur, irreligioſæ incuriæ, ex qua Je-
n Chriſtum in Miſſa intra manus ſacerdo-
non amplius adorarent, en quam bellum
npore Miſſæ exercitium commentus fuerit,
quo ad elevationem hunc actum (*d*) præ-
ſcribit: *adoro te elevatum in cruce, in judicio*
verſali, & ad dexteram Patris æterni. Actum,
uam, pro eo loco ac tempore tam ineptum,
eſſet is, quo Regi dicerem: ſaluto majeſ-
tem veſtram in caſtris, in quibus elapſo
no fuit, & in ſolenni curia ac tribunali ju-
iæ, in quo proximo anno erit.

Poſt tam enormes, & peſſimi exempli
nos errores, ſi quis putet, Sancyranum
: ſuis contra Euchariſtiam molitionibus ter-
num poſuiſſe, næ ille nondum ſatis co-
tam habet Sancyrani indolem. Attoniti hæ-
nus ad conſpectum librorum, qui noſtra
ate a novatoribus editi ſunt, & in quibus
erdotalis, & Epiſcopalis ordo tam propu-
ſe deſpicatui habetur. Sed hi libri ædifi-
cium

(d) In Theol. *famil.*

cium illud ſunt, cujus fundamentum Sanc
ranus poſuit. Principia, quibus hic ſect
Patriarcha vias ad evertendum utrumque,
ſacerdotii, & Epiſcopatus ordinem præmunii
eum animis horrorem injicere poſſunt,
ea non niſi ſparſim hic illic, ceu temere
caſu, licet inter ſe maxime colligata, indic
re auſus ſit. Principium quoddam mini
malum comparet in ipſius Theologia familiar
in qua interrogat, (*e*) ***quis habeat poteſtate adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ?*** & r
ſpondet: (*f*) ***ſacerdotes, qui eam ab Eccle
acceperunt.*** Quodſi autem ſacerdotes n
habent ſuam poteſtatem a DEO, ſed

a impudicitiæ, & *qualibet infractio ca-*
r perimit ſacerdotium, & illud homini au-
Audiamus ipſum Sancyranum: en il-
verba: (*h*) *Imo tanto facilius extingui-*
acerdotalis dignitas, quam regularis ſtatus
atque caſtitas deficit; ut non ſolum deletio
i caſtitatis, ſed qualibet ejus infractio
at ſacerdotium, & illud homini ex antiquo
ſtaſticæ diſciplinæ jure auferat. Et ex hac
na quam terribile dubium ac metus
ur, num illi, qui ad areas comparent,
veri ſacerdotes? Quis enim comper-
habere poteſt, an non illi infeliciter
buerint in occaſione quadam periculo-
poſtquam charactere ſacerdotali inſigniti
Porro ut promoveamus gradum, ordo
opalis eſt eſſentialiter fundatus in ſacer-
Si itaque Epiſcopus adeo ſui fuiſſet

tis (*s*) tam apertis verbis docet, ut Wic
fus, & Joannes Huſſius, a quibus hanc h
reſin mutuatus eſt, hac de re errorem ſu
magis dilucide non expoſuerint (*k*). *Inept*
& inſcitum eſt, ait Abbas, *quærere, an E*
ſcopatus propria media habeat ex ſtatu ſuo, q
bus a peccato ad gratiam revertatur. Et
hoc quærere ineptum, & inſcitum eſt? C
riſſimum enim eſt, reſpondet, *Epiſcopum pec*
torem reſurgere non poſſe per media ſtatui
propria, cum hoc ipſo, quod peccator eſt, ſtat
ſuum amittat ex primævo jure, nec ampl
in eo ſit. Equidem ſi non eſt amplius in
tu Epiſcopi, ſtatus ipſius non amplius ull

pio, & locis aliis ſtragem intulit. Ad manus ſunt argumenta, quæ epiſtolæ ſubminiſtrant id ipſum ſcriptæ, una cum aliis chartis, quando ad carcerem ducebatur, interceptæ. Alia ex iis excerpta prodent, quousque prorehere potuerit pravos ſenſus de pretio, atque æſtimatione abſtinentiæ a ſacramentis.

Credo (ſcribit ad eum 1. Jan. 1635 Anna Maria de Lage, Antiſtita Virginum a Viſitatione Pictavii) *abſtinentiam a communione multum illis profuturam, quibus ſuaſiſti, ut illa interdicam.* In Epiſtola 12 Jun. 1634 data Mater Agnes a S. Paulo, Arnaldi ſoror hæc habet: „ Exiſtimo, mi Pater, perſonæ illi „ in Jubilæo a S. Communione abſtinendum „ eſſe: accedet ad eam, quando DEUS id „ illi per te manifeſtare voluerit.... Vide„ tur mihi DEUS huic animæ author eſſe, & „ inſpirare conſilium, quo ſe tam prompte „ tuæ directioni ſubjicit. Æſtimo illam feli„ ciſſimam, quod in te inciderit, & me adhuc „ feliciorem; video enim omnes, etiam eos, „ qui rebus divinis ſunt dediti, longe adhuc „ ut mihi ſignificas, a vera ſemita remotos.„ En! abſtinentia a ſacramentis eſt via, quæ appellatur *vera ſemita*, & qui hac incedunt, non ſuſpirant, niſi conſcientiæ arbitros, qui artem calleant, eos a Sacramentorum uſu avertendi.

Eadem Monialium Pictavienſium a Viſitatione Antiſtita, quantopere ſibi hujusmodi di-

directores probentur, his verbis ſignificat: „ „ Quam vellem, mi Pater, ut presbyter, „ qui nobis in hac domo a confeſſionibus „ eſt, ea eſſet indole, & ingenio, ut prin„ cipia tua intelligere, & admittere poſſet; „ at, cum ea ſint adeo ſingularia, & a com„ muni via remota, neſcio, an id facile fieri „ poſſit. „

Antiſtitæ in Portu Regio idem omnino ſenſus erat. „ Prope eſt, (ſcribit illa ad di„ rectorem ſuum) tempus, quo ad confeſſio„ nem accedendum eſt puellis noſtris, venit „ mihi in mentem egregius ille ſacerdos ad S. „ Pauli, quem ajebas confeſſiones excipere

entis, hominum animis inſpiraret. Hoc poſtremum de Sacramentis num conſe- ſit, docebit nos ejusdem Antiſtitæ te- nium de propria ſua, atque aliarum ex- ntia. „ Cenſeo, inquit in eadem epiſto- cor mihi obduruiſſe, cum ſenſu careant ntritionis, & demiſſionis ex hoc, quod ſacramentorum uſu privatam conſpi- m; & in hoc ſtatu omnem meam vitam nſigere poſſem, quin de illis cura me ali- & anxietas ſolicitaret. 7. Maji 1638 hæc, ntis verba ſunt: „ Quid cogitem, neſcio, ando mihi de adeunda S. Communione ueris. Hoc myſterium ex tolerata huc- que illius privatione mihi evaſit terribile, c animo conſequi poſſum, cur modo ad inam hanc communicationem me revo- s. Supplico tibi, mi Pater, ut uſque ad um aſſumptæ in cœlos Virginis me in ercitio pœnitentiæ verſari ſinas. Quod- hanc dilationem ratam habeas, ſpero fore, DEUS mihi largiatur gratiam, ea uten- melius, & pœnitentiam magis perfectam rum agendi. Nunquam finem facio læ- ndi, & mirandi gratiam, quæ præ vulgo bis data eſt, ut ad lumen, quod nobis cendiſti, hujus pœnitentiæ impoſitam no- s neceſſitatem agnoſcamus. “ Tam belle lum ſuarum telam Sancyranus texuit, niſeras iſtas virgines decepit: hortator erat, ut ad S. Communionem accede- , poſtquam eaſdem ita jam dementave- ut tantum amplius iis *animi* non eſſet,

„ duntaxat ſit ſufficiens: evertere libertatem
„ mani arbitrii, eique imponere neceſſitat
„ cedendi gratiæ victrici: divulgare & p
„ dicare ubique, Dominum noſtrum JE
„ Chriſtum non eſſe mortuum pro omni
„ hominibus. „

Sancyranus in argumento, & uſu hu
ſecundi pro ſtabiliendo Deiſmo ſubſidii
tam copioſe & prolixe, ac in aliis tribus,
ſatus eſt, cujus ratio facile, eaque obvia
nativa reddi poteſt: non agebatur hoc
duntaxat de ſimplicibus fidelibus decipi
dis, ſed de fallenda, ſi id effici poſſet,
verſa Eccleſia docente, & renovandis

conſervaret, ac novos conciliaret &c. e prudentiæ ratio id poſtulabat, ut in ſo- m quemdam curam omnem transferret, logmata hæretica, quæ Catholicis veri- as ſubſtitui vellet, in ſyſtema redigeret; vero hæc eadem dogmata ſolum ſcriptis callide inſereret, in colloquiis voce ac nibus ſpargeret, & hac ratione viam eret hæretico ſyſtemati, quod deinde *Jan-* appellatum eſt. Hanc proin in ſe- nciam ſuſcepit Sancyranus: ſcripta ipſius ſine multa arte loquuntur; fateor id qui- ; at denique loquuntur: audiamus.

In *Theologia* ſua *familiari* tradit defi- em gratiæ, quæ accipi poteſt & in ſi- atione ac ſenſu ab Eccleſia non rejecto, ſenſu hæretico: (*l*) *gratia eſt*, inquit, *Dei, quod nobis per merita Jeſu ti communicatur, ut animam noſtram t, & corroboret, eamque faciat age- inia, quæ Deus ab illa fieri deſiderat.* itio hæc ejus indolis eſt, ut cum neceſ- urgebit, effugii loco eſſe poſſit. Dex- tis novatorum eſt, hujusmodi callide endi vias ſibi parare.

Dum Sancyranus de ſancto quodam ſa- te, *Petris Bernardi* nomine appellari , loquitur, diſſimulare non poteſt in- ationem ſuam ex eo, quod cerneret, c virum DEI, per principia & doctrinam

(*l*) Lett. 12.

ſuæ e diametro oppoſitam ſanctum evaſiſſe
multas iniit vias, & fontes excogitavit, u
de ea viri ſanctitas naſci potuerit. Cum r
tionem ſextam exponit, determinare inci
ſenſum, & vim, quæ ſuæ de gratia defi
tioni ineſſet: omnia eo loco tribuit gratia
quin verbo meminerit de cooperatione libe
arbitrii: „ DEus, ait (*m*) ut extollat virt
„ tem ſuam, & gratiam, atque oſtendat h
„ minibus, qui multis de illa diſputationib
„ ſe, aliosque implicare ſolent, eam oper
„ omnia, quæ in ipſis bona ſunt. atque ind
„ cere, applicare, ac determinare volunt
tem in perſona huius ſacerdotis perfectu

„ DEI, & tentationem dæmonis, quod gra-
„ tia flectat cor, faciat, ut agat, & velit
„ id, quod ipſa jubet. At tentatio, quan-
„ tuncunque violenta ſit, non poterit cor ho-
„ minis juſti ad conſenſum abripere, niſi quan-
„ tum ipſe vult. „ Si hoc diſcrimen inter vim gratiæ, & tentationis legitimum ac ſolidum eſt, *neceſſum etiam eſt, voluntatem vi gratiæ victricis cedere.*

Atque hoc nixus principio Sancyranus facile calamum continere poterat a *neganda* aperte *gratia ſufficiente.* Hinc de ea nullam ubi in ſuis libris ac libellis mentionem facit; quamquam eandem in familiaribus colloquiis ultro & ſtudioſe impugnaſſe videatur; id, quod ex verbis Abbatis Cauleti facili conjectura judicare poſſumus. Teſtatur is: „ in variis cum eo colloquiis audiiſſe ſe, defendi ab „ ipſo, quod gratia ſufficiens non ſit data omnibus hominibus; addidiſſe, quod ſi teſtis (Cauletus) aliis id de ſe (Sancyrano) proderet, „ præciſe negaturum, ſibi unquam illud excidiſſe. „ Non adeo horremus, ac fugimus lucem, ut fixum ac ratum ſit etiam turpiter mentiri, quando id, quod dicimus, bonum eſt, aut bono ſenſu dicimus. Hinc Sancyrani Apologiſta perperam ſibi tuendum ſumpſit ſenſum, quem huic propoſitioni ſubjicere nitebatur ipſius avunculus; perperam Cauletum criminatus eſt, (o) ceu teſtem, cui tam parum bonæ fidei, quam ſcientiæ ineſſet. Cæterum

(o) Apol. Part II. art. II.

tum, cum Abbas Cauletus in judicio contra Sancyranum teſtem ageret, etiamnum probe erat Catholicus. Ubi ad inſulas Apamienſes evectus, ſe ſectæ Janſeniſticæ addixit, & fulcrum Janſeniſmi evaſit, factio ample & copioſe læſum honorem reparavit; ſanctum enim effecit, & unum (*p*) *e ſanctiſſimis ætatis noſtræ Epiſcopis*. Interea tamen hic *ſanctus abſque bona fide* juridicum ſuum teſtimonium nunquam retractavit: ergo veritati conſentaneum eſt; aut peccatum *contra bonam fidem*, & quidem in materia graviſſima non eſt in nova Eccleſia Janſeniſtica obſtaculum ſanctitatis.

„ quam ob rem Regius Vates omnium no-
„ ſtrum nomine dixit ad DEum : *in manibus*
„ *tuis ſortes meæ :* caſus & eventus vitæ meæ
„ in tuo arbitrio poſiti ſunt. „ Larva, ſub qua
hic dogmatiſta latere vult, facile illi auferri
poteſt : diſcrimen nempe, quod inter gra-
tiam ſtatus innocentis, & ſtatus naturæ re-
paratæ facit, conſiſtit in hoc, ut dicatur cum
omnibus Catholicis, Adamum potuiſſe reſiſte-
re gratiæ ; & ex altera parte dicatur cum Cal-
vino, nos, non poſſe reſiſtere gratiæ. Atque
hac ratione evertit novator hic *libertatem hu-
mani arbitrii, eique imponit neceſſitatem cedendi
gratiæ victrici.*

Verum ulterius adhuc idem Sancyranus gradum promovet. Calvinum ſemper ducem ſecutus cum eodem docet, gratiam ſanctificantem amitti non poſſe ; quæ quidem hæreſis nunc valde frequens eſt apud Janſeniſtas. Appendamus omnia ipſius verba : (r) „ Vi-
„ ta gratiæ eſt eadem, quæ vita gloriæ, non
„ habens niſi pondus & velum corporis, quod
„ geſtamus, & commorationem terreſtrem,
„ in qua hæremus, quæ utramque inter ſe
„ diſcriminat. „ Quivis Calviniſta idem ſentiet, ac dicet cum Sancyrano, nec aliam, quam ipſe, differentiam inter beatum in cœlo, & juſtum in terra admittet. Verum Eccleſia Catholica aliam adhuc, eamque eſſentialem agnoſcit, nempe, quod beatus in cœlo nunquam poſſit perdere vitam gloriæ ; at juſtus in terris poſſit

(r) *Diſpolitio ad ſacerdotium cap. 5.*

adhuc facillime vitam gratiæ amittere: vetſari huic doctrinæ, & cum Calvino, S cyrano, & utriusque ſectatoribus contrar ſentire, ac dicere, idem eſt, ac aditum illis extremæ morum licentiæ aperire.

Syſtema duarum delectationum, ſeu c rum amorum, cùpiditatis, & charitatis, famoſum, & in libris factionis longe late diffuſum, Sancyranum pariter, ſi non au rem (nam Bajus eſt) certe primum ſuum ſtauratorem habuit. Idea hujus ſyſtem his verbis a Sancyrano expreſſa legitur: „ Vis potiſſima ac principalis (qua dæmon „ bis dominatur) poſita eſt in cupiditate ani „ quæ ſola fons & origo eſt infirmitati „ quibus anima obnoxia eſt, ita, ut adjument „ quo hæc evadat illa fortior, ſolum illud „ ut conſequatur, & habeat anima in ſe „ quod cupiditatem deſtruat; hæc autem „ ſtrui non poteſt, niſi a fide per amorem „ & charitatem operante. „ Alibi ejus v ſunt: (*t*) „ neceſſum omnino eſt, ut q „ quid facimus in vita gratiæ, procedat ab „ altero corde ſupernaturali, quod eſt ch „ tas, & amor DEI. „ Ubique obſervare hominem, qui ſe, quoad poteſt, tegit: tum tamen loquitur, quantum ad mai ſtanda animi ſui ſenſa, ſatis ſit. In ſuo *L Aurelio* eundem errorem probare cogi (*u*) *Tota* (*nova lex*) latina ipſius verba ſi

cu

(*s*) Epiſt. ſpiritual. T. II. Epiſt. 46. pag. 499.
(*t*) *Cor novum* pag. 196.
(*u*) *Vindic.* pag. 135.

m præceptis, inſtitutis & obligationibus ſuis charitate conſiſtit, ut docent ſcripturæ t locis, nec in ea quicquam præcipitur, niſi ræcipue amore charitatis, nec niſi eodem more, ſicut lex primario poſtulat, impleri nteſt. Condixerant Burgofontani Deiſtæ, *. Auguſtini authoritate uſuros ſe, & pro lo, quo novitatem doctrinæ ſuæ tegerent, & pro laqueo, quo imbecilles animos irretirent, ac deciperent.* Atque hoc artificium ancyranus hoc loco uſurpat, dum pergit: *no S. Auguſtinus aperte docet, ſcripturam ihil præcipere, niſi charitatem, quoniam omia ex charitate fieri - - - præcipit.* Equiem S. Paulus nos docet, facienda omnia *in aritate*, ſecus omni apud DEum merito catura; at nullibi in ſacris literis præcipitur, t omnia faciamus *ex charitate*; hæc doctrina t ab Eccleſia anathemate percuſſa.

Itaque non niſi duo reformator hic actiom noſtrarum principia ſtatuit, cupiditatem nquam unicum malarum principium, & haritatem tanquam unicum bonarum. Hinc mnes actiones ſeu infidelium, ſeu Chriſtianom in ſtatu peccati exiſtentium, quantumis alias honeſtæ ſint, in nullo ſenſu bonæ nt. Et hæc quidem etiam Calvini mens ac ox eſt dicentis: (*x*) *hi pulchros & aſpectu pecioſos, guſtu etiam ſuaves fructus generare oſſunt; bonos nequaquam. - - - Hinc in damna-*

x) Calvin. *Inſtit. l. 3. c. 14. n. 4.*

nationem cedit homini, quicquid facit, antequam Deo per fidem reconcilietur. Sancyranus altius aſſurgit, & aliquid plus petit. Unum ex ipſius principiis eſt, (*y*) ***omnia opera & actiones extra ſtatum gratiæ nullius eſſe valoris ac meriti.*** Sic & Calvinus: at Sancyrani principium præterea aſſerit, ***imo eſſe incrementum tenebrarum***, in quo Sancyranus longius, quam dux ſuus progreditur. Propterea Calviniſta Jurieus de hoc principio differens (*z*), ***hæc ultima verba***, inquit, ***ſunt aliquando nimis dura; hæc ſi excipias, hanc propoſitionem veram eſſe agnoſcimus.*** At ſcriptor apologiæ pro Sancyrano miratur,

Denique Sancyranus nefandum ſuum conſilium tam perſpicue prodit, ut illud in dubium trahi non poſſit, cum *palam pronunciat, Jeſum Chriſtum non pro omnibus hominibus mortuum eſſe.* Anteſignanus horum reformatorum, qui a ſæculo & amplius tam frequenter amorem DEI in ore habent, docet diſcipulos ſuos, cæco impetu eundem amorem invadere, dum facem præfert ad impetendum illud, quod ex omnibus fidei noſtræ myſteriis, maxime ad ſenſum, hunc DEI amorem nobis demonſtrat.

DEus amat, & ita ſincere vult omnes homines ſalvos fieri, ut proprium illis filium ſuum dederit, qui & pro iis omnibus ſanguinem ſuum fudit, æque pro reprobis, quam pro iis, qui ſalutem conſequuntur; etiam pro Juda proditore, ut docet S. Auguſtinus in Pſ. 68. v. 27. Atque hæc eſt conſtans, ac perennis Eccleſiæ doctrina; hæc eſt veritas ſolatii plena, quam SS. Patres inculcare identidem, atque animis & auribus ingerere non ceſſant. *Apoſtolus*, ait idem S. Doctor (*b*) *ex hoc probavit omnes mortuos eſſe, quia pro omnibus mortuus eſt unus: impingo, inculco, infercio recuſanti.* Et Sancyranus Coryphæus eorum, qui cum excellentia & præſtantia ſupra omnes alios, ſe diſcipulos S. Auguſtini magnifice prædicant, Calvini ſemper premens veſtigia, potentiſſimum hoc amandi DEum inci-

(*b*) L. 6. contra Julian. cap. 4.

incitamentum nobis molitur eripere, eaque cum impudentia, cui nonniſi hæreſiarcha par eſt, aſſerit, Deum non velle omnes homines ſalvos fieri, ſed eos duntaxat, quos ſalvat? Ex quo conſequitur, Jeſum Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus hominibus, ſed tantummodo pro electis; cum non potuerit mori, niſi pro illis, quos DEUS ſalvare voluit. Materia hæc tanti momenti eſt, ut, quibus ſancta noſtra religio cordi eſt, improbaturi non ſint, ſi prolixius exponam methodum ex fraudibus contextam, qua hic novator uſus eſt, ut quemadmodum Burgoſonte conſtitutum fuerat, doctrinam adeo ab omni verita-

l inferos, non ſolum, ut ex iis libe-
nimas juſtorum, qui ante ipſius paſſio-
nortui erant; verum etiam, ut meri-
ii ſanguinis applicaret iis, qui ante illud
s in ſuis peccatis infeliciter deceſſiſſent,
: omnes ab æternis ſuppliciis eximeret.
ſum Valentinum conſurgit contra hanc
n, & cenſuram, quam in eandem tulit, in
erba concludit: Credi oportere, JEſum
ım obtuliſſe pretium ſui ſanguinis pro
quibus loquitur, cum ait: *Sicut Moyſes altavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari-ret filium hominis, ut omnis, qui cre-ipſum, non pereat, ſed habeat vitam m.* Deinde, acſi Concilii Patres mi-avillationes prævertere voluiſſent, qui-odie ipſorum verba maligni interpretes eriorem ſenſum trahunt, addunt, in ſe-i Canone: Ex in, qui redempti ſunt, liquos, qui æternam ſalutem conſequun-quoniam bene utuntur gratia redemptio-& eſſe alios, qui ſalutis æternæ jactu-aciunt, quia vita ſua male acta Redem-beneficium ſibi ipſis reddunt fructu m, & inutile.

Jam vero Sancyranus, neglectis poſtre-verbis, errori, quo hominum animos are nititur, aperte contrariis, ſyſtema-i fundamentum iis prioribus collocat; poſteaquam in ſuo *Petro Aurelio* præmi-a majoribus quibusdam, ac gravioribus overſiis, in quibus Epiſcoporum judi-

cia

cia ac ſententiæ concordes non ſunt, nihil a concilio Provinciali ſine Pontificis Romani conſilio, ac judicio decidendum, ac pronunciandum eſſe, deinde ſubjungit, in quæſtionibus, de quibus ſacræ literæ & Patres mentem ſuam ſatis clare expoſuere, ut adeo Epiſcopis, quid ſentiendum ſit, nullum dubium ſuperſit, omnino tum eos ſententiam ferre, & rem decidere poſſe, quantumcunque inferioris ordinis Theologi inter ſe diſſentiant. Poſt hoc exordium rationi & veritati adeo conſentaneum, cui homini Catholico in mentem veniat, exemplum quæſtionis a divinis literis, & SS. Patribus ſatis dilucide jam explicatæ,

tensis, Viennensis, Lugdunensis, Episcoporumque Provincialium authoritate, quasi doctrinam a Patribus traditam, a sede Apostolica commendatam, & omnibus Christianis colendam.

Ex intrepida animi, ac sermonis confidentia, qua Sancyranus id concilio Valentino affingit, an non inferres; crassum esse errorem eorum, qui credant; DEUM velle salutem omnium hominum, &, quod consequens est, JESUM Christum mortuum etiam pro aliis; quam pro illis, quos DEUS reipsa salvos facit? an non colligeres, discedere illos, qui in ea sententia sunt, a pura doctrina Ecclesiæ; ac caput quoddam fidei ejurare; *ab omnibus Christianis pro comperto, & certo habendum* Et tamen perspicuum nobis, & ante oculos positum est, absolute contrarium definiri a concilio. Verum hoc erat semper novatorum refugium, ut fingerent, a Scriptura; Conciliis, ac Patribus dici, a quibus seu cogitandis, seu asserendis & Scriptura; & Concilia, & Patres alienissimi fuere.

In alio loco Sancyranus pestiferam suam doctrinam de JEsu Christo pro Solis Electis mortuo primum S. Augustino, deinde toti Ecclesiæ tribuit; idque victoris in modum, eaque certitudinis specie, quam veluti consiliis suis opportunissimam, omnes hæresiarchæ, qui id spectabant, ut circumvenirent alios, & in errorem inducerent, hactenus usurparunt;

(*e*) *Deus*, inquit, *omnes homines vult ſalvos fieri; quod quemadmodum non de ſingulis hominibus intelligi debeat, ſed de iis ſolis, qui ſalvantur, jam pridem Eccleſia plaudente, frementibus Pelagianis, gementibus Moliniſtis expoſuit D. Auguſtinus, & poſt eum diſcipuli ejus.*

En igitur, quibus verbis hic Janſeniſmi Patriarcha ſenſus ſuos foras extulerit de eo, quod *Jeſus Chriſtus non ſit mortuus pro omnibus hominibus*, aut potius, quod non ſit mortuus, niſi pro ſolis electis. Calvinus, ut venenato hoc dogmate fidenter ac libere mundum poſſet inficere, ultro deſcivit ab

Articulus IV.

Tyrannus Directorum conſcientiæ authoritatem deprimit.

iculum exequendi Burgofontanum ſy-
ma potiſſimum, & quod præ omni-
tentione & cura totius Conventiculi
i erat, metuebatur ab oppoſitione
rum, & *Moderatorum Conſcientiæ*, quæ
s ſuas, ne cogitata perficerent, con-
, & elidere poſſent. Tot pii & do-
erdotes ſæculares, tot Religioſi or-
Eccleſiæ ex animo addicti, difficulter
tari, & in partes trahi, vel ad con-
am induci poſſe putabantur. Et ta-
niſi id efficeretur, nulla de invehendo
ali Deiſmo ſpes eſſe poterat. Verum
: findendo ligno cuneus repertus, &
tata ratio eſt tollendi hunc obicem. Et
iomodo in Burgofontano conventiculo
im hoc pertractatum ſit, ad rem enim
t repetere hoc loco, quæ jam ſupra
morata ſunt.„ Verum cum non ita
e (ajebat unus ex illis) Directores, &
eratores conſcientiarum circumveniri
nt, quemadmodum aliqui ſimplici &
ecilli ingenio Catholici, cumque hi
quando ejusmodi dogmata audient,
isdem directoribus conſilium, & rerum
obſcurarum ac difficilium explanatio-
petituri ſint, opus ſane eſt, ut huic

„ tam incommodo noſtris conſiliis eventui „ occurratur. Hnic autem malo comparandi „ remedii provinciam ſibi decerni voluit unus „ e congregatis, illudque præſentiſſimum fo„ re edixit; nam conſcientiarum directoribus „ omnem ſe authoritatem & exiſtimationem „ detracturum, aut certe attenuaturum pro„ miſit, eumque in finem authorem ſe fore „ fidelibus, ut illorum directionem, tan„ quam ſolis ſuis privatis emolumentis, ac „ commodis addictam intuerentur. „

Tertium itaque adjumentum ad everten-
dam omnem religionem a Chriſto inſtitutam

[illegible]savit, in colloquiis præsertim cum illis, [illegible]os, ut partibus suis accederent, solicita[illegible]. Erga Religiosos vero nulla omnino mo[illegible]ratione usus est.

Abbas * Pormorantius eundem de rebus [illegible]æ suæ aliquando consulebat: non nove[illegible] hominem, nisi ex nomine & celebri fama, [illegible] Factio Sancyrano adsciverat, de san[illegible]te ipsius & dexteritate in dirigendis con[illegible]ntiis. Narrabat huic Pormorantius, du[illegible] se sua exposuisse viris quibusdam Religiosis, [illegible]gni a pietate & doctrina nominis: cui San[illegible]ranus: *Religiosi, & alii viri sacri hujus tem[illegible]ris non intelligunt Evangelium, nec semitas JESU Christi*: & mox: *se vere in se posside[illegible] Evangelium, & perfectam scriptorum S. Pau[illegible] intelligentiam.* Plura hujusce modestiæ, [illegible] novator hic verba sua temperare no[illegible]vit, specimina etiam posthac identidem re[illegible]current.

Ut fideles, ne se directioni Religiosorum [illegible]mmitterent, impediret, aliam adhuc viam [illegible]ripuit, consilium scilicet statum religiosum [illegible]emetipso & natura sua deprimendi. D. Tar[illegible]s in judicio testatus est, Sancyrani men[illegible] & doctrinam esse, quod *vota non solum [illegible] imperfecta, sed sæpe peccatorum instar, [illegible]erio & castigatione digna.* Perversus il[illegible] liber, quem sub alieno Seguenotii nomine

* de Pormorant.

(*f*) edidit, & ſpecioſa inſcriptione *de virginitate*, *&c.* inſignivit, ſcatet plurimis id genus contra tria vota religioſa principiis. *Votum*, ait, (g) *nihil ſuperaddit perfectioni Chriſtianæ, nihil illi promiſſo, quod in ſuſceptione Baptiſmi factum eſt, niſi exteriorem quandam ſpeciem, in qua perfectio ſita non eſt. Obedientia non eſt Evangelicum conſilium*: „ S. Lucas „ non habet id, quod S. Matthæus: Beati ſunt „ pauperes ſpiritu, ſed tantummodo: Beati „ ſunt pauperes. Et quod me attinet, non „ dubito, inquit, quin intentio DEI filii „ fuerit commendare pure & ſimpliciter

[redacted]

e defendendi. „ Interrogentur interea Minimi, ſeu PP. ex ordine S. Franciſci de Paula (ſcribit Barcoſius) (*h*) quorum in ſylva Vincennenſi aſceterium eſt, quique præcipue toto eo tempore, quo in carcere Vincennenſi captivus hærebat, Sancyranum adibant, quis erga Religioſos, & bonos quidem ejus animus fuerit, donec ſuo tempore in lucem edantur tam illuſtria teſtimonia, ut ipſius inimicos in ruborem dare poſſint. „ Eo ipſo tempore, quo hæc Barcoſius magnifice jactabat de avunculo ſuo, reſa parabat factio commentitii hujus in Religioſos ſtudii *illuſtre teſtimonium* mundo obtrure, nimirum Sancyrani *epiſtolas Chriſtianas ſpirituales*, quas tum Arnaldus Andillyus tys excudi curabat. In iis adeo immoderata aſntatione ſtatus religioſus extollitur, ut Editor ndillyus callide his lectorem verbis occupanm cenſuerit: (*i*) *Si quibusdam Dominus ncyranus aliquantulum nimio in religioſos Orues amore ferri videatur, velint, quæſo, hos imi motus, & in vitam religioſam ſtudium ndonare homini, qui in juvenili ſua ætate tanm ſibi optabat virium, ut in Chartuſiam quanm ſe abdere, & in ea omnem ſuam vitam ere poſſet.*

Diſcipuli hoc in argumento fideliter ſoam magiſtro ſuo operam jungunt. Sancymus acerbiſſimos ſtatui religioſo ictus infligit:

(*h*) Apol. *pag. 169.* (*i*) *Præfat. pag. 7.*

diſcipuli hoc ejus odium & intemperiem la
quadam obtegere ſatagunt; at caſſo id co
tu; nam Sancyranus ſeipſum prodit, eti
tum, cum maxime exquiſitus, aſſentatoris
morem, laudibus ſtatum religioſum cumul
& quod plerumque eorum fatum eſt,
aſtutia ſe ſua involvere, & mentis intem
riem diſſimulare volunt, in iisdem epiſt
in alium ſcopulum impingit, nempe in al
rum extremum erroribus ſuis oppoſitum f
tur: exempli cauſſa, ut nepoti ſuo Capuci
grandem de votis ſuis religioſis ideam indat
animum, hanc ei ineptiam conſiderand
proponit (*k*), *gratiam, quam in ſolenni vo
rum nuncupatione rece, iſſet, eſſe primam Eu
gelii.* In alia Epiſtola, cum ſtatum relig
ſum quam maxime laudare ſe ſimulat,
piditas eundem deprimendi Sancyranum
agit, ut deſipiat penitus, & delirēt; p
quam enim dixerat, (*l*) *ex communi Ch
ſtianorum lege frangendum eſſe corpus, &
nunc eruendum oculum, nunc brachium am
tandum*, ſubjungit: *his regulis, quæ ad om
Chriſtianos pertinent, religioſi addidere alia
quæ in ſpeciem magis auſtera ſunt; at rei
rigorem illum temperant, qui in communi Ch
ſtianæ religionis regula perſentiſcitur.* Ra
vero, qua probat, vitam religioſam
mitigationem vitæ communis, ea eſt, quo
*quando quis eſt bonus religioſus, nulla amp
laborat difficultate, eruendi ſibi oculos, & abſc
den-*

(*k*) *Epiſt.* 52. Edit. I. (*l*) Tom. II. Epiſt. 2. p
179. *Edit.* II.

...di brachium. Hoc si ita est, Sancyranus ...n tantis indigebat corporis viribus, ut ...ra, quam extra Carthusiam viveret: quid ...go vult sibi illud desiderium, quo Sancy...nus Carthusiam adeundi flagrasse dicitur?

Quando novator iste personatus est, & ...b larva adsciti sibi ficti nominis loquitur, ...nge liberius, & sine verborum caligine ...entem suam aperit. In suo *Petro Aurelio* ...statu religioso decernit, (*m*) *nullis eum ...gis convenire, quam lapsis, & facinorosis.* ...eodem opere, suum semper ad scopum, ...samandam scilicet, quam religiosi præsta...nt fidelibus, animorum directionem col...eans, hæc habet: (*n*) *Ipsi Patres docue...nt, scriptisque mandarunt, Monachos parum ...neos ad Ecclesiæ munia videri, & paucos ad...dum sua memoria extitisse, qui ea feliciter ad...nistrassent.* Enimvero tam rarum parado...um fulcro indigebat authoritatis omnium ...S. Patrum: & tamen plerique ex his ipsis ...S. Patribus, a quibus tot ornamenta in Ec...esiam profecta sunt, Monachi, & Religiosi ...ant. Satis ergo his verbis ignorantiæ, aut ...ultum malignitatis inest.

Quamquam autem Sancyrani odium ad ...nnes se Religiosos porrigeret, ob opem, ...uam directione sua fidelibus afferunt, & hinc

(*m*) Vindiciæ pag. 319. (*n*) Ibid. pag. 236.

omnes illi conſiliis ipſius officere, & obſtare poterant; præ omnibus tamen averſabatur Jeſuitas, in quos proinde omnem amariſſimi ſui fellis ſentinam effudit. Et vero non deerant cauſſæ, quæ tam vehementer ipſi commoverent ſtomachum. Religioſi hujus ordinis ex Inſtituti ſui legibus obligantur omnem operam procurandæ ſaluti animarum impendere, idque viis & modis omnibus, qui eam in rem opportuni ſunt: hinc juventutem bonis moribus, & literis inſtruunt, confitentibus aures præbent, dicunt ad conciones, fidei Chriſtianæ elementa rudi ætati explicant, dirigunt conſcientias, piis exercitiis civitates

cum aliis Sancyrani chartis interceptæ planum faciunt, neutrum eorum ullum consilii sui successum sperare, nisi Jesuitarum societatem profligarent, ac perderent. Odium Jansenii erga hos Patres tantum erat, ut illud plenumque his S. Codicis verbis exprimeret (o) *perfecto odio oderat illos*; quibus plane nihil emphaticum magis dici poterat. Sancyranus eadem phrasi & emphasi suum & ipse odium declarare poterat, quemadmodum ex iis liquet, de quibus Abbas Prierensis in judicio testimonium dixit: „ Primis duobus diebus sui cum „ Sancyrano colloquii, eundem non nisi con„ tra Jesuitas sermonem habuisse, ac dixisse, „ bonum Ecclesiæ exigere, ut funditus extir„ pentur; & quodsi ipse testis (Prierensis) „ genuinus S. Bernardi filius esset, muneris „ sui esse sciret, ut implacabilem religiosis suis „ subditis animorum alienationem contra eos„ dem Jesuitas inspiraret. „ Cumque Prierensis aliqua pro Jesuitis dicere pararet, Sancyranus excandescens vetuit, *ne amplius sibi de Jesuitis ullum verbum faceret.*

Unus, eorum fructuum, quos arcta Sancyrani cum Jansenio necessitudo protulerat, erat famosus ille liber: *Petrus Aurelius*. Catalogus quidam & index is dici potest omnium calumniarum, & mendaciorum, quæ a sæcu-

(o) In oratione funebri Jansenio dicta Lovanii tribus post mortem ipsius annis, a P. de la Pierre Præside Collegii *Præmonstratensium*.

culo & amplius ex eo deprompta, & ad Societatis Jeſuitarum famam, atque authoritatem profligandam ubique ſparſa ſunt. Janſenius, ut ex ejus epiſtolis ad Sancyranum datis patet, manibus, pedibusque laboravit, ut amico ſuo ad hunc librum materiam ſubminiſtraret. Duo ſibi in hoc opere Sancyranus tractanda argumenta ſumpſit, ſpecioſum unum, defenſionem ſcilicet Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, quo labore quam belle perfunctus ſit, ſuo loco videbimus: alterum verum, quod in eo verſabatur, ut omnes Religioſos, & nominatim Jeſuitas committeret cum Epiſcopis, omni criminationum genere illo-

ponere, quoniam ſciunt, Petrum Aurelium perpetua reſponſa, ac vindicias oppoſiturum. Teſtimonium adeo liquidum, ex ipſius authoris ore exceptum, de ipſius intentione dubitare non ſinit. Sed en! adhuc clarius, quodque rem magis evincat, librum ipſum! Non eſt in eo pagina, in qua non furibundus æſtus concerpendi Jeſuitas, in eas injurias & dicteria prorumpat, quæ nunquam ulli honeſto homini exciderunt. A prima jam libri pagina contra eos furendi initium facit: *Canes ſunt*, ait (*q*) *quos in ampliſſimum Epiſcoporum conſeſſum latrantes audiimus. Furioſi ſunt*, (*r*) *qui in errorum, & maximarum ſuarum hæreſum ortu, mutas eſſe cupiunt omnes omnium linguas, conticeſcere judicia, jacere tota Eccleſia poteſtates, relictoque ſolo & unico Eccleſiæ ſummo apice, cui honoris tantum parcunt, - - - - Hæreticis in omnibus ſuis ſimiles, - - -* (*s*) *Atque his quo ſimiliores eſſent, ſubdolorumque operariorum numero clarius adſcriberentur, non eorum ſolum fines, ſed artes etiam & nefaria æmulari voluerunt.* Paullo inferius (*t*) intra ſpatium 5 vel 6 verſuum fulguranti figura utitur, ut oſtendat, Jeſuitas eſſe blaſphemos, amentes, impios, atheos, hæreticis impudentiores, paratos bellum cœlo & DEO ipſi denunciare. Credidi dandum eſſe ſpecimen ſtyli, quo totus hic liber con-

(*q*) Petrus Aurelius pag. 1. (*r*) Ibidem. (*s*) Ibid. pag. 2. (*t*) Ibid. *pag.* 7. & 8.

conſcriptus eſt. Videamus modo, Sancyranum pro principali argumento & ſcopo, cum ſcriberet, habuiſſe, ut *directioni* Jeſuitarum *omnem authoritatem & æſtimationem eriperet*, dum eos exhibet ſuis duntaxat privatis utilitatibus affixos, & ſi ita loqui fas eſt, *totaliter intereſſatos*.

Hi Patres, quemadmodum univerſus mundus teſtis eſt, omnes rationes ineunt, omnia ſubſidia & adjumenta, quæ cogitando inveniri poſſunt, arripiunt, quæ ad promovendam animarum ſalutem apta & opportuna ſunt. Hoc illorum inſtitutum eſt, hæc vitæ ratio, atque unicum negotium; neque

directione abhorremus. Hac machina Cal- s facerdotio moliebatur ruinam: hac que Sancyranus fidus Calvini Librarius, tis minatur perniciem, eosque ad præ- tum ullum Eccleſiæ obſequium prorſus biles reddere connititur. Videamus hæc la nonnihil in ſuas partes tributa.

Unum ex ſummi momenti officiis, quæ ſacræ, quam profanæ reipublicæ exhi- poſſunt, eſt juventutis ad pietatem & tas inſtitutio. Omnibus probe cogni- eſt, quo ſtudio Patres Jeſuitæ in uni- mundo in hanc rem incumbant. Au- ius ipſum de ea Sancyranum. Si verum itur, totus orbis habet, cur unanimi ſuffragio applaudat. Homo hic atra bile tus, cum indignatione intuebatur nume- imam juventutem, quæ Pariſiis in Col- Jeſuitarum ſcholas frequentabat. Nu- us hic adeo illi præter fidem ac modum videbatur, ut neſciret, cui melius, quam i formicarum compararet. (u) *Pueri- tantum inferiorum claſſium gregibus exun- , quorum turbas - - - volvi videas quaſi for- rum.* Solatium tamen adhibet indigna- ſuæ, dum acerbum, eaque maligna ita- quam invidia & ira ſuggeſſerat, criti- agit, & ex grandi hoc numero, qui accendendam inter juvenes æmulatio- opportuniſſimus eſt, hanc conſecu- tio-

(u) Octo cauſ. &c. pag. 231

tionem deducit: (x) *Hinc nimia ex eorum fa lis imperitorum & vitiosorum cohors, furosque modum videas, qui selectiora illic solidae viri femina concipiant.*

Cedo, an non dicendus est sua mal excæcatus, dum hæc loquitur? Hæc una stat, ut ne apertis etiam oculis videat, dum Jesuitas ignominia notat, eodem lami ductu atrocissimam litem intentare c nibus, qui in collegiis Jesuitarum literis o ram dedere, id est, iis prope omnibus, in Ecclesiastico, & omnibus aliis reipubl statibus tam in Gallia, quam alibi, nom honore, muneribus, & meritis clarent: acerbus Criticus depingit, tanquam ignor tes, & vitiosos, eosque tales e disciplina scholis Jesuitarum prodiisse mentitur. N puto, hanc crisin magno applausu except iri.

Post aliquot versus, contorto semper Jesuitas sermone, subjicit, neutiquam eos nam juventutis educationem propositam habere, sed non nisi *lucrum, incremen potentiæ, familiarum implicationem, non juv tutis bona intueri.* Equidem non ego his suitarum defensionem adornare, eorum caussam agere institui, sed id unum spec ut Burgofontani systematis executionem oculum demonstrem: interim æquitas, beneficiorum memoria jure a me postul viden-

(x) Ibidem.

[illegible]tur, ut veluti præteriens rogem eos om[illegible], qui Jesuitis literarum magistris usi sunt, [illegible] revocare in memoriam; quale; & [illegible]antum minerval ac mercedem pro docen[illegible] labore Jesuitæ ab ipsis exegerint. Quod [illegible] me attinet, hoc illis secundum fidem & [illegible]quitatem debeo, ac lubens reddo testimo[illegible]nium; toto eo me tempore, quo in eorum [illegible]egiis literas didici, experientia ipsa com[illegible], nihil gratuitum magis ac liberalius [illegible] in informanda juventute opera esse; [illegible] ullibi magis sine præstanda mercede ac [illegible]tio scientiarum studiis vacari posse; nisi [illegible] eo modo, quo nepos Sancyrani in col[illegible] Lovaniensi, cum hujus Præses esset Jan[illegible]us, se iis discendis addiceret. (y)

Jesuitæ ubique conciones habent, & con[illegible]ones excipiunt: e sacro suggestu æque, [illegible] in sacro tribunali hortantur omnes, qui [illegible] eos accedunt, & in via salutis ab ipsis

(y) Jansenius epist. 29 Martii ad Sacyranum data hæc [illegible]bit: „Quod Barcosium spectat, nimium solici[illegible] es de suppeditandis iis, quibus indigebit, ne[illegible] mihi solita tua libertate uti videris. Toties tamen [illegible] certum, testatumque volui, nihil inde mihi [illegible]venire incomodi, & libere tibi significarem, si quod [illegible], non quod ipse tanta habeam, qui præter vitam [illegible] nihil, sed quia pecunia collegii, quæ est in ma[illegible] meis, id mihi, & aliquid etiam amplius per[illegible], quin cum annuæ rationes reddendæ erunt, [illegible] id resciscat. Idem omne præstabo Argu[illegible] (erat is alter Sancyrani nepos) quando indi[illegible].

ſe duci ſinunt, ut frequenter ad ſuſcipien
Sacramenta accedant. Res hæc toti mun
explorata, atque conſtanti fama pervulg
eſt; eſtque unum graviſſimorum illorum c
minum, quod ipſis a Sancyrani tempore e
rum inimici objicere, & exprobrare non c
ſant: inſuperhabita hac criminatione pergu
hi Patres eadem identidem via incedere; h
mines, qui docili aure eorum conſilia a
diunt, & ſequuntur, ſoli intelligunt, & e
periuntur emolumenta ſpiritus, quæ in
in ſuas animas redundant. Sancyranus, que
iſta agendi ratio male admodum habet,
ea ſententiam fert, hominis inſtar, qui ac

[redacted]

[illegible]ntur. Pares assultus nunquam non fe-
[illegible]di ipsis erant ab hæreticis, quorum se er-
[illegible]ibus opposuerant; eorumque summum
[illegible]cus est, tam contumeliose accipi ab iis, qui
[illegible]gam Christi dilacerant: foret autem eorum
[illegible]decus, ac infelicitas, si unquam de suo re-
[illegible]gionis studio remitterent, & isto in agendis
[illegible]us negotiis languore, inimicorum, quos
[illegible]bent, furorem mitigarent. Pergamus ergo
[illegible]bere.

Postquam Sancyranus Jesuitas aterrimis
[illegible]oribus depinxit, tanquam maximos, qui
[illegible]quam fuere, hypocritas, eos etiam exhi-
[illegible]et omnium Religiosorum ditissimos, majo-
[illegible]m identidem opum avidissimos, & ad eas
[illegible]rradendas aptissimos, testemque sui essa-
[illegible] totum mundum appellat. (a) *Totius or-
[illegible]s fides - - - - Jesuitas, sicut Religiosorum
[illegible]nium ditissimos, ita ditescendi & cupidis-
[illegible]mos, scientissimosque existimat.* Deinde abs-
[illegible]ue ulla hæsitatione imperterrite pronunciat;
[illegible]s esse (b) *homines iniquissimos, qui non
[illegible]lum divitiarum, sed etiam paupertatis præ
[illegible]teris omnibus possessionem, & præcellentiam
[illegible] se trahant.* Difficile erit, conscientiarum
[illegible]rectores magis graphice tanquam *totaliter
[illegible]teressatos* per ora hominum traducere. Tam
[illegible]avis accusatio gravibus utique etiam argu-
[illegible]entis confirmari postulat. Et vero ad eam

(a) Ibidem pag. 144.
(b) Ibidem.

omni Rhetoricæ apparatu, ac pigmentis com probandam quatuor omnino paginas impen dit (*c*)

Primum horum argumentorum eſt, quod Jeſuitæ in Gallia, & pene in omnibus aliis regnis, ac provinciis civitates tantum labo ribus ſuis excolant, agros vero negligant; quia ſcilicèt ruri argentum non eſt; labores vero, quibus nihil argenti feritur, ac metitur, Jeſuitis inviſi ſint: *Labores pauciſſimi ambiunt, qui ſine mercedis odoratu venustque ſuſcipiantur.* Tum ad calculum revocat multa librarum millia, quæ in ſola urbe Pariſina tempore verni jejunii ex concionibus ab iis corrogari ſoleant. Pariſiis egreſſus, tranſit in provincias, aitque, octo quandoque, imo decem Jeſuitas in una eademque civitate ejusdem majoris jejunii functiones obire: & quanti tandem illi oratores? tanti, & tales, qui *omnium judicio & ſine controverſia* omnibus aliis ſacris oratoribus ſeu ſæcularibus, ſeu regularibus longe inferiores ſunt; plerumque juvenes, primum e Rhetoricæ ſchola emerſi, qui comædorum inſtar geſticulantur in cathedra, nec niſi fabulas venditare populis, & contra gratiam DEI latrare norunt: *qui dum ſupercilioſo faſtidio minora & uſitata ceterorum ſtipendia repudiant, majora, & illis inuſitata eliciunt.* Ergo ex mente Anteſignani Burgofontanorum Dei-

(*c*) *ibid. pag. 144. 145. 146. 147.*

arum Jeſuitæ ſunt *totaliter intereſſati*, homines *iniquiſſimi*, qui nil niſi argen- amant, & cupiunt. Sed hic iterum ſui emor eſt Sancyranus, & non advertit ium, hæc probra, quæ in Jeſuitas con-, cadere in ipſas civitates, in quibus hi es ad conciones dicunt; ponit enim eas depravato guſtu eſſe, ut e tanto nume- nſignium Oratorum malint tam miſeros iones ſibi ſeligere, & conſtituto tanto o mercari. Forte hoc convitio id cogitat re, ut hæ urbes nobilioris guſtus glo- excitatæ ceſſent poſthac Jeſuitarum opera Et hoc utique illud foret, quod cum yrani ſcopo optime conveniret.

Si eidem Sancyrano fidem habemus, Je- *omnes faciendorum quæſtuum vias ver- s* habent; Argumento eſt Domus Pro- Pariſiis, quæ, ut ipſe ait, ſola plus elee- næ colligit, quam omnia alia ejusdem urbis icilia religioſa, quæ tamen (adjungit) multa ſunt. *Denique jam eo uſque* (Je-) *proceſſerunt, - - - ut vere, & ſine veritatis ſuperlatione aſſeverare liceat, m nec Regulare, nec Eccleſiaſticum eſſe unc, quod cum iſtorum omnis generis fa- tibus æquiparandum videatur.* Atque ut es convincat, ſe pro eo, ac ſancte erat, nihil exaggerare, argumentum icit, cujus evidentia omnium oculos non e non poteſt; eſt autem illud ex ſuperbis bus, quas Jeſuitæ ubique habent, &

ſumptuoſis, ac magnificis ædificiis, qualia in nullo alio religioſo ordine inveniuntur, deſumptum: *Declarant id*, inquit, *ut cætera omittam, ſplendidiſſima paſſim ædificia variis ſurgentia regionibus, quibus nihil ſimile, in cæteris ordinibus ſumptu, magnificentiaque cernitur.* Poſt hanc demonſtrationem, quæ vel ipſis manibus teneri poſſit, ſi non univerſus mundus cum Sancyrano concludat, Jeſuitas eſſe *ſceleratos* corradendis pecuniis ac opibus tantummodo intentos, ſane id. Sancyrani culpæ tribuendum non eſt, de quo fateamur oportet, nihil eum negligere, atque omittere eorum, quibus *illorum diſtin-*

[redacted]

effudere, *ingenti & pene incredibili alieno ſe implicaverint.* Homines, qui, quam omne ſuum ærarium exhauſerunt, condendum ſplendidum templum debita ſue contrahunt, an non *ſcelerati ſunt*, theſauros ſuos recondunt, & compriit, nec niſi colligendis pecuniis inhiant? ujusmodi ratiocinandi, & argumentandi um, quisquis ſanæ mentis eſt, repudiat xplodit, ſtulti certe illum adoptabunt. ie ita Sancyranus ſe novit aptare omni- & cuique mercem, quæ arrideat, ven exponere.

Declamationes has claudit feſtiva rei huce incognitæ narratio, quæ a me prætera non eſt; exprobratio criminis cujuseſt, cujus ſæpe inſimulantur Jeſuitæ, unquam ſine æmulorum, & invidorum otate; digna ſane, quæ authori & inven- ſuo laudem, ac famam conciliet. Poſti igitur Abbas Sancyranus Jeſuitas usque motiſſimas Europæ oras, ac provincias atus eſt, ut ſubinde eos totius mundi s ceu homines lucri avidiſſimos & *totaintereſſatos* exponeret, plus aliquid mo; cogitationibus ille ſuis, & acerrima inandi vi trajicit maria, & ſolicite in Patres in ſuis ſacris expeditionibus inter os idololatras inquirit. Gravidus dein s, quas vidit, redit Pariſios, & in *Petro Aurelio* narrat, quid tandem Jeſuin disjunctiſſimis illis regionibus barbaris

agant, qui eorum labores, quodnam neg
tium ſit. O quantum igitur tota Europa
cundæ Sancyrani imaginationi debet? ad te
pora uſque hujus Abbatis ignorabat illa, quo
nam eſſet tot Jeſuitarum conſilium, quid
ſibi propoſitum haberent, quos ſingulis annis
omnibus prope Galliæ, atque aliis Euro
portubus in Aſiam, Africam, & Americ
vela facere videbat: reipſa compertum
bebant omnes, non eſſe oram & region
hactenus cognitam, quantumcunque bar
ram, in quam non hi Patres ſecum nom
JEſu Chriſti intulerint, ibique vexillum c
cis defixerint. Quamobrem nemo erat,
non crederet, Jeſuitas ob id ſolum difficil
mis, & periculoſiſſimis itineribus illas o
petere, ut noſtram ſanctam religionem i
dem promulgent; atque hac unica pulch
rima cauſſa ſe ſolari in ſuis laboribus, &
ad ipſum etiam ſanguinem pro JEſu Chriſto
animarum ſalute fundendum animari. Sapi
tiſſimus Pontifex Benedictus XIV cum t
reliquo orbe non aliud ſibi perſuaſum habu
& hanc mentem ſuam verbis, quæ cum ſu
ma horum Patrum laude & honore conj
cta ſunt, perſpicue expoſuit in Decreto
Sept. 1742 *edito in cauſſa Beatificationis &*
nonizationis, ſeu Declarationis Martyrii
venabilium Servorum DEI, Ignatii Azz
da, & triginta novem aliorum e Soci
de JEſu. Sanctiſſimus Pater inter alias
tiones, quibus ad condendum hoc decret
adductus fuiſſet, affert etiam *decus inſ*
re-

religionis, quam prædicti Servi DEI ſortiti, ac profeſſi ſunt, de Sede Apoſtolica, & fide Catholica optime meritæ, utpote quam ſuſo largiter non ſudore modo, verum etiam, ubi opus eſt, ſanguine fortiter tuetur.

Itaque manifeſtum & evidens eſt, quæ fuerit ſemper, & etiamnum plurimorum de Jeſuitis, transmarinarum regionum Miſſionariis perſuaſio ſit. At Sancyranus, poſtquam ea, quam dixi, via in veram rei notitiam venit, putat ſe poſſe, ac debere eam in omnium conſcientiam adducere, & falſa hactenus ſpecie deceptis errorem ſuum eximere. Monet ergo, & docet, Jeſuitarum tanta animi & corporis contentione mundum concurſantium, non eum ſcopum eſſe, ut animas JEſu Chriſto lucrifaciant, ſed ut quæſtu & lucro ex commerciis domos Societatis ſuæ in Europa locupletent; hinc habere eos in potioribus opulentiorum civitatum emporiis menſas argentarias, & collybiſticas, unde naves mercibus onuſtas in Indias, & omnes alias maritimas regiones emittere ſoleant *Quid rurſus enumerem*, inquit, *non jam ſpiritualia, ſed prorſus temporalia eorum mercimonia, pluribus locis inſtituta, unde naves in oras Indicas, & variorum marium regiones deſtinarunt.* Res hæc tam nova, & hucusque nunquam audita, Sancyrano tamen adeo certa & perſpecta viſa eſt, ut abuti tempore, & lectoris patientia ſe crederet, ſi argumentis & exemplis eam confirmaret: &

propterea id unum agit, ut indignitatem hujus commercii belliſſimis ſuis declamationibus omnium oculis, & odiis exponat.

Non omnes tam debili, aut perverſa mente ſunt, quanta opus eſt, ut ejusmodi emoti animi delirationibus fides habeatur. Neque ipſe Sancyranus tam hebeti & obtuſo ingenio erat, ut non cogitatione præciperet, tam tetris coloribus, quibus Jeſuitas pingeret, non apud alios fidem iisdem, & authoritatem detractum iri, quam quibus facultas deeſſet, & occaſio, eorum mores, & inſtituta penitius cognoſcendi

uas poſſint contemnere) atque objecto hoc
bro efficeret, ut ſinguli Epiſcopi ex metu,
idem in ſe maledictum provocent, ſtatuant
ium nulla poſthac Jeſuitarum opera ac mi-
erio uti. Subſidium hoc quidem violen-
a, at genio novatoris conſentaneum erat;
ut diſcipuli ſui ex Magiſtri exemplo diſce-
t, in ejusmodi caſibus neminem revereri,
ſcopum inſectationum ſuarum Præſulem
ſelegit; omnium, qui Galliam tum illu-
bant, illuſtriſſimum, ſanctum & celebrem
dinalem Franciſcum * Rupifucaldium.

Magnus hic Præſul omnes ordines reli-
os ſingulari ſemper benevolentia comple-
atur, omnemque, quam poterat, dabat
ram, ut in Gallia fama & exiſtimatione
erent; id, quod Sancyrano ſatis cauſſæ
:, ut ei non parceret. Præcipue ſanctus
Præſul Jeſuitis favebat, nec ullum tener-
i in eos ſenſus ac ſtudii genus unquam
termittebat: atque hoc illud delictum
:, cujus Sancyranus ipſi gratiam facere
poterat, non ſecus ac hodie adhuc ejus
atores ad illud condonandum inexorabiles
t. Quibus ergo modis eum accepit, &
ltavit Sancyranus? nempe quibus volebat
tari a diſcipulis ſuis eos omnes, qui eo-
n cum Rupifucaldio ingenio, indole, &
ribus eſſent. Tractavit, iisque verbis ma-
m hunc Cardinalem aggreſſus eſt, qui-
penitus a Jeſuitis alienari debuerat, niſi
gulari animi conſtantia omnibus major in-

ju-

* Rochefi. occult.

juriis, deſpexiſſent, & ſurda aure præteriiſſet, quidquid apertus hic Eccleſiæ hoſtis contra ipſum vomuerat.

Poſteaquam Cardinalis Rupifucaldius ſuo ſe Epiſcopatu * Silvanectenſi abdicaverat, nihil moratus eſt Sancyranus obſequi genio ſuo, & maledicendi libidini; cumque eum petulantiſſime probris appeteret, ac proſcinderet, nihilominus Epiſcopos Galliæ revereri, & colere videri voluit. Non eſt Rupifucaldius, inquit, amplius Epiſcopus Galliæ, neque inter Epiſcopos locum habet; & hinc ejus tanquam Epiſcopi ratio habenda non eſt: eſt tan-

immenſe ac ſingulariter mancipatum eſſe conſtat, & pluribus ejus factis publice declaratum eſt, ut a quocunque homine in quacunque Jeſuitica controverſia judicium ejus rectiſſime defugi poſſit. Et affectu & ſtudio in Jeſuitas adeo obcæcatus, ut non ſatis mentis, & intelligentiæ habeat ad agnoſcenda mala, quæ afferunt Eccleſiæ, & æſtimandam bonam operam eorum, qui ſtudent eosdem deprimere. (*aa*) *Nec ſatis ab eis disjunctos habere oculos, ut vere videat, vere dijudicet, quid in illis mali inſit adverſus alios, quid in aliis adverſus eos boni.* Eſt prævaricator, qui ex injuſto, quo in Jeſuitas fertur, amore in graviſſimis neceſſitatibus Eccleſiæ cauſſam deſtituit. Et quoniam novarum ſectarum Architectis nullam nefas nimium, & ad omnia audenda frons ferrea eſt, Sancyranus atrocis hujus ſatyræ contra Cardinalem Rupifucaldium ipſos Epiſcopos, qui tamen magnum hunc virum parentis loco obſervabant, & colebant, authores facit. Epiſcopi, inquit, rem indigniſſimam eſſe arbitrantur, Cardinalem Eccleſiæ curam in ſuis neceſſitatibus abjicere, & ex iniquo in ſolam quandam noxiorum hominum (Jeſuitarum) ſocietatem affectu, Catholicam fidem periculo exponere, cum tamen neminem magis, quam ipſum Cardinalitia ſua dignitas ad illam tuendam adſtringeret. (*bb*) *Præſules illuſtriſſimi . . . indignum admodum rati Eccleſiæ incolumitatem, communis fidei doctrinæque Catholi-*

(*aa*) ibid. (*bb*) ibid.

tholicæ periculum privatis ſtudiis, & iniquo in-unicam familiam ream, & nocentem amore negligi, atque abjici, ab eo potiſſimum, quem propter Eccleſiæ Romanæ dignitatem ejus acerrimum vindicem eſſe decuerat.

Sancyranus itaque Galliæ Epiſcopis hanc in Cardinalem Rupiſucaldium acerbitatem affingit, quorum tamen nullus unquam illam in ipſo probroſam prævaricationem agnovit, aut ſuſpicatus eſt, quam eidem hic novator tribuit. Poſtquam vero veneraudo Præſuli turpiſſimam hanc labem aſperſit, ad carpendos ipſius mores tranſit, quos nemo non

us, quæ ne quis improbet, Jeſuitæ pro- & concinnarunt.

utumcunque honorificæ ſint hæ con- e, propterea, quod a maligno ejusmodi ac calamo proficiſcantur; magno ta- : excelſo animo opus eſt ad hoc, ut met, & tueatur eos, quorum cauſſa di probra inferuntur. At magnæ ani- nper ſunt magnæ, & ſi quando pru- onſilio & ratione rebus pretium po- & ſtudium ſuum addicere cœperint, am injurioſa & mordax ſatyra eſt, quæ cile terrere, & a concepta animi ſen- dimovere poſſit, utpote quos virtus is convitiis & injuriis infinite ſuperio- ecit.

linalis Rupifucaldius hac indole, his s erat: videbat firmo & tranquillo in *Petro Aurelio* jacta in ſe acerba di- intelligebat, quæ ſibi ponerentur pe- & inſidiæ pararentur; at pergebat amare, æſtimare & protegere fami- eligioſam, a qua non ob aliud eundem e conabatur inimicorum malignitas, uod illa Eccleſiæ rationibus, & obſequiis addicta eſſet. Sancyranus, ſi aliquamdiu vitam produxiſſet, non ſine magna ani- ritudine videre potuiſſet pretioſiſſimum mi in Jeſuitas amoris documentum, agnus hic Cardinalis poſt mortem ſuam is ſuum teſtamento legavit. Et hoc

fine

ſine dubio legitimum vindictæ genus eſt, qui doceat, quo loco & numero hæreticorum iu juriæ habendæ ſint.

Dignus Cardinalis Rupifucaldii in Epiſcopatu Silvanectenſi ſucceſſor Nicolaus * Sanguenius eadem, qua Anteceſſor, benevolentia Jeſuitas proſequebatur, itaque & ipſum quoque a Sancyrano depecti oportebat; vero non minore in eum, ac Cardinalem malignitate & inſolentia invectus eſt. Poſquàm audax hic homo ſumptis ex prævo ingenio ſuo coloribus Cardinalem depinxerat imaginem hac tam tetro penicillo expreſſam aptat Epiſcopo ipſius ſucceſſori, & ait (ee) *idem fere dici poteſt de Reverendiſſimo Epiſcopo Silvanectenſi.* Et quid illud? eadem nempe fortitudine, ac magnitudine animi Epiſcopum Silvanectenſem perferre acerbos mordacis ſcriptoris ictus, qua Cardinalis pertulerat. Suo loco videbimus, Sancyrani diſcipulos quamquam res ita male cederet Magiſtro, nihil tamen ab ea agendi ratione abſterritos unquam ſtylum mutaſſe, aut animum, ſed ſemper formam ac viam, quam ipſis idem ſignaverat, ſecutos eſſe, ut Jeſuitas ad procurandam animarum ſalutem ineptos redderent. Et quo tandem eventu? omnes illum ſciunt & vident.

In illud ipſum tempus, quo Sancyrani totus erat in elucubrando ſuo *Petro Aurelio* &

(ee) ibidem.
(*) Sanguin.

d potiſſimum laborabat, ut Jeſuitis om-
i fidem & exiſtimationem detraheret, in-
t plus obitus P. Caroli a Lotharingia.
ſul hic ſingulari ſua pietate, quam ſum-
generis natalibus illuſtrior, poſtquam
duenſem Diœceſin quinque annis magna
entia rexerat, a ſummo Pontifice facil-
m obtinuerat dimittendi Epiſcopatum
n, ut Romæ tirocinium Jeſuitarum ſu-
t. Europam, & præſertim Galliam in
iirationem rapuit tam rarum principis
nplum in contemnendis mundi bonis,
nis & honoribus. Mortuus eſt, relicto
ſe ſuavi ſanctitatis odore, Toloſæ 18.
il. 1631, poſtquam undecim annos in
ietate exegerat. Fama de ipſius obitu re-
ivit audientibus in memoriam honorem
n, quem vir tantus Jeſuitarum Societati
ierat, cum eam unam deligeret, in
vitæ ſanctimoniæ, & virtutum perfectio-
upremam manum imponeret.

At Principem e domo Lotharingica opu-
o ſe Epiſcopatu abdicaſſe, ut Jeſuitarum
tutum amplecteretur; inter eos ſancte
ſſe, & ſancta itidem morte defunctum
; quam gravia & acerba hæc rerum ad-
ta erant homini, qui Jeſuitarum rui-
i conſiliorum ſuorum executioni neceſſa-
n judicabat? majorem tum, quam un-
m alias, neceſſitatem ſibi impoſitam cre-
at Sancyranus, ut ſuum *Petrum Aurelij*
in lucem emitteret; bile & ira ardens,

ut inſultaret mortuo, & illuſtris viri fam laceraret, nihil plane loquitur pro homin qui quemquam revereri noverit, aut ſi mentis compos ſit.

Mortuus eſt Epiſcopus Virodunenſis ſinu Societatis: nomen & veſtis Jeſuitæ o nia mox ipſius ornamenta & inſignes do extinxit: cum primum illam indueret, pente homo evaſit Epiſcopali dignitate in gniſſimus, quique, cum in eo Eccleſiæ g du collocaretur, nihil ſpectaſſet aliud, qua ut avaritiæ & ambitioni ſuæ obſequeret

Cum autem eam poneret in ſe ipſum

erentur, niſi neceſſariæ interdum cauſſæ iis ſculum indulgere compellerent. Quare cum ſponte cedunt, merentur laudem, quod ultro iunt, quod jam olim debuerant facere, & abat Eccleſia, & jubebant Eccleſiæ leges: ſed eſſitate conſtrictæ ſilebant, nec ſuam vim ex- re ſinebantur. Ita *Defenſor Epiſcoporum*, alem Janſeniſtæ Sancyranum ſuum appel- e, & efferre geſtiunt.

Epiſcopi noſtri potiſſimam partem ex pri- regni nobilitate orti ſunt. Sancyranus fere omnibus inſultat, & calcem illidit; n injuriam cunctis communem ad unum iſcopum Virodunenſem refert. Et vide- , inquit, Pontifex non tam prompte cui- im alteri, quam huic, dimiſſionem Epi- patus permiſſurus fuiſſe. (gg) *Non ſe o facilem fortaſſis præbuiſſet Pontifex in ovis alium Epiſcorum.* Atque hoc viru- tiſſimi odii & invidiæ ſpecimen finem im- iat iis, quæ Abbas Sancyranus per ſe im, ſuoque egit nomine, ut conſcien- rum rectoribus famam, & authoritatem peret, & quod tertium Burgofonte pro- itum eſt, adjumentum ad evertendam nem religionem divinitus conſtitutam in as deduceret.

g) Ibid. pag. 259.

Quam autem concluſionem vult Sancyranu
ut ex iis, quæ hactenus in medium attuli
faciant fideles? Ea ſe ultro offert vel invit
Cum Religioſi in univerſum ad functiones E
cleſiaſticas apti non ſint, & Evangelium
doctrinam JEſu Chriſti ignorent, cavendu
cuivis eſt, ne ſe eorum directioni committa
Quod ad Jeſuitas nominatim pertinet, nu
ipſis inſtituendi tradantur adoleſcentes
liberi, quoniam ex eorum diſciplina non
ſi *ignorantes, & pravis moribus inquina*
prodeunt: nemo in rebus animæ eorum ut
tur directione, ac conſiliis, cum ſint ad ſc

nem Catholicam eventus reſpondeat, ab opprimendis Jeſuitis initium ducendum eſſe (*hh*). Eadem mens & vox eſt Calviniani Miniſtri Juriei, qui poſtquam ſententiam a Sancyrano in ſocietatem latam recitaverat, (*ii*) *ab hac ſententia*, inquit, *omnes probe norunt, nos nunquam ad aliud tribunal provocaturos.* At feliciter pro re Catholica, ad reprimendum Burgofontani ſyſtematis ſucceſſum, provocabunt tamen Pontifices, Epiſcopi, & quidquid ubique proborum Chriſtianorum, & Catholici nominis eſt.

Articulus V.

Sancyranus directe molitur evertere Eccleſiam.

Hactenus Janſeniſtarum Anteſignanus opportuniſſima delegit, & adhibuit remedia, quibus fidelibus ſacramentorum uſum acceſſu difficillimum, & pene impoſſibilem redderet, eosdemque doctrina, quæ ad injiciendam animis deſperationem nata & facta eſt, de morte JEſu Chriſti pro ſolis Electis obita imbueret: dein late patentem omnibus ad omnem morum licentiam aditum aperuit, dum velut aliud agens id agit, ut credant fideles,

(*hh*) Vid. Epiſt. 65. Fratris Pauli de hoc argumento, curioſo oculo dignam. (*ii*) Spiritus Arnaldi T. I. pag. 234.

gratiam Jeſu Chriſti ſolam & unam, noſtram ſeu bonam, ſeu malam pro æternitate ſortem operari, quin eidem unquam refragari poſſimus: porro nihil prætermiſit artium & fraudium, de quibus inter Burgofontanos Deiſtas convenerat, ut fideles arcerentur a directione & conſiliis illorum, qui eos contra abominanda ipſius dogmata præmunire poſſent. Itaque nil aliud ipſi amplius ſupereſt quam ut ſine ullis ambagibus, & directo itinere graſſetur ad invehendum Deiſmum, ſeu deſtruendam Eccleſiam, atque omnem revelatam religionem eliminandam; quod & aperte facit, cum fundamenta ſanctæ noſtræ

am impotens enim vero agendi ratio re-
ı expectanda erat ab hoc novatore, ſi quan-
conſulto & dedita opera loqueretur con-
Eccleſiam, poſtquam veluti in transcur-
ac præteriens indignis adeo modis tractavit
rdinalem Rupifucaldium, Epiſcopum Sil-
ıectenſem, P. Carolum a Lotharingia,
ſumpto ab hoc argumento totum ordi-
n Epiſcopalem? verum antequam impor-
iſſimi hujus hominis intemperiem, &
tatos in Eccleſiam incurſus exponam, ju-
recenſere aliquot noſtræ ſanctæ religio-
principia. Et ſic impietas novatoris, qui
ſtis eadem armis impetit cum omnibus
ſordibus ac ſœditate melius ſub oculos
et.

I. Unanimis omnium Catholicorum ſen-
eſt, quod cum Eccleſia Jeſu Chriſti ſit
ı Eccleſia, in qua ſalus obtineri poſſit,
entiæ fuerit divini Architecti, qui eam
didit, ut cum omnes ſerio ac ſincere ve-
ſalvos fieri, eam ita redderet aſpectabi-
ı, ut, quicunque ad eam aditum quærit,
le eam agnoſcere, & invenire poſſit; &
pterea Jeſus Chriſtus in perſona ſummi
ıtificis, Epiſcoporum & Sacerdotum, quo-
ı character eſt indelebilis, Eccleſiæ ſuæ
lerit Caput aſpectabile, Paſtores & Mi-
ros aſpectabiles; ac voluerit, ut ea non
tum juſtos, (hos enim ſolos ſi compre-
ıderet, foret inviſibilis) ſed præter juſtos,

omnes etiam peccatores, legibus Eccleſiæ obnoxios, ſinu ſuo contineret.

II. Cum Eccleſia ſit oraculum, quod JEſus Chriſtus nos audire jubet, ut ea monſtrante, quæ recta ad cælum via ſit, cognoſcamus, omnino ut eadem veritatem, quam diu conſiſtet in terris, doceat, nec niſi veritatem doceat, neceſſe eſt; ſeu ut verius dicam, omnis erroris expertem, & falli neſciam in ſuis deciſionibus eſſe oportet. Et vero falli & errare non poteſt, quoniam JEſus Chriſtus ita ſe illi adfuturum ſemper promiſit, ut qui audit Eccleſiam, ipſum JEſum Chriſtum audiat.

ſe ipſum, ſeu per ſuos emiſſarios ac
s, eam jam aggreſſus ſit hactenus, ſeu
atur modo, ſeu poſthac aggreſſurus
ſus Chriſtus ſemper præſto erit ſuæ
e: hanc illi fidem dedit; eadem fide-
riſti ſponſa eſt, nec fieri poteſt, ut
r eſſe deſinat.

tque hæc dogmata eſſentiales religio-
ii Chriſti notæ, ac characteres ſunt,
epudiare idem eſt, ac fidem ejurare;
(num fas eſt rem eloqui?) idem,
um Chriſtum in numero impoſtorum
, qui aperte hominibus fucum facere,
fraudem impellere voluerit; idem ac
itia docere, idem eſt, ac Eccleſiæ JE-
iſti fundamenta ſuffodere. Hoc autem
um eſt, quod Sancyranus ſibi agendum
. Gravis hæc quidem accuſatio eſt;
imenta, quibus reum convincam, non
s momenti erunt, quam id, cujus
ccuſo. Utinam ea ita penetrent in ani-
it omnes pro eo, ac deberent, a doctri-
is Deiſtæ & ſectatorum ejus abhorreant.
cedamus ad rem.

ea, quam ad intimæ admiſſionis ami-
rnaldum Andyllium dedit, epiſtola San-
s ſummo eidem candore arcaniſſima ſua
ſta noſtra religione ſenſa aperit. Jam
commemoravimus, qua verborum ſor-
igionem deſiniat. Opportuniſſimus ei-
: hic commemorandæ locus eſt. *Reli-*
cribentis verba ſunt) *non eſt, niſi con-*

fraternitas quædam ac ſodalitas hominum, viventium ac morientium. Modus hic enu ciandi, quid ſentiat animus, nihil fuca ſimulationis, & propriæ ipſi hypocriſis l bet. Conſequentia, quæ inde naſcitur, p na & aperta eſt: in omni religione æqu ac in noſtra ſimul vivunt, ac moriuntur l mines: ergo omnes reliquæ religiones ad bellam cum noſtra exactæ, & æque bona ac noſtra, ſunt. Hoc ſane præcipuum quo dam Deiſmi, aut conſummatæ irreligio principium eſt.

A definitione religionis gradum facim

rnat: nullus in illa his locus eſt: quæ-
eccatores, qui non ſectus, ac juſti, Ec-
e membra ſunt: at excluduntur, neque
yranus admittit alios, quam qui chari-
n habent, id eſt, juſtos; & ſic quem-
dum hi ſoli DEO cogniti ſunt, ita &
eſia non erit, niſi DEO viſibilis. Luthe-
& Calviniſtæ, qui & Papam, & Epi-
s, & Presbyteros, & Eccleſiam viſibi-
repudiant, nihil repugnabunt huic defi-
ni, ſed ultro etiam amplectentur. Sci-
nur enim ex iis, quid eſt Eccleſia? re-
nt cum Sancyrano, quin a falſis ſuis
ipiis deflectant: *Eſt ſocietas eorum, qui*
nt Deo in lumine & profeſſione vera
, atque unione charitatis. Quod jam
ium ferendum eſt de eo, qui tam fallaci
itione Eccleſiam Jeſu Chriſti nobis re-
ntare audet, & quidem in libro, qui
cem editus eſt, ut omnium teratur ma-
s: in libro, in quo nihil inconſulto ac
re affirmandum, aut negandum, ſed
ratiſſime omnia efferenda ſunt? reſpon-
t, qui nomen hujus novatoris, ejusque
tates tot laudibus ornant, & prædi-
!

Interea ne putemus, voluiſſe Sancyra-
intra eos ſe duntaxat fines continere,
nendaci ſua definitione Eccleſiam Jeſu
ſti cum diverſis hæreticorum ſectis con-
t, ac confunderet. Non hic modum ſuæ
etati ſtatuit: recta tendit ad ſcopum
ſuum,

ſuum, qui eſt introductio & conſtitutio De
mi. Tollamus ab hac, quam nobis obti
dit, definitione id, quod prima fronte ſi
cioſi habet, ut omne quod latet ſub h
cortice, venenum exprimamus; videbimu
quam plene illa, & ex toto Deiſmo con
niat. Definitio, qua Sancyranus Eccleſiæ co
ditionem ac ſtatum explicat, tria capita co
plectitur. 1. ſerviendnm DEO. 2. ſervie
dum in unione charitatis, hoc eſt, eu
amandum eſſe. 3. ſerviendum in lumine
profeſſione veræ fidei, ſeu quod idem e
credendum eſſe id, quod eſt argumentu
noſtræ fidei. Inter omnes Deiſtas conven

, *& omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini* ſtas?

Ut bella quadam ſpecie tegatur probrum, Sancyrani impietati allinatur coloris quidum, id obtentui ſumi poterit, quod in *Petro Aurelio* honorificentiſſime loquatur Epiſcopis, & Hierarchia Eccleſiaſtica; qua idem re tam bene meritus ſit de clero Gallino, ut hic præfixo in fronte libri magnifiſſimo elogio eum honeſtaverit, ac *æquiſſimæ Hierarchiæ vindicem, & invictiſſimum rei Epiſcoporum dignitatis defenſorem* præaverit. (*c*) Ex quo conſequitur, eum non em ac tantum Deiſtam eſſe, qualem ipſi bis cogitatione fingimus. Plauſibile enimo argumentum: nec quidquam eſt, quod eter hoc elogium e ſitu ſuo ac pulverum dibus erutum magis Sancyrani cauſſæ patroetur. At omnibus tamen accurate perpen, debiliſſimum id ad ipſum defendendum tum eſt. Evolvamus myſterium. Magnam tum hoc cleri Gallicani nomini labem aſperret, ſi res ita ſe haberet, qualem venditant Sancyrani diſcipuli, & adhuc venditant. ius vindex Apologeticus, verbi gratia, auci calamo de hoc libro (*Petro Aurelio*) edicat, (*d*) *approbatum eum eſſe ab omni cle-*

(*c*) Vide Franciſci Vavaſſoris diſſertationem de elogio Aureliano in collectione operum a p. 375. *Interpres.*
(*d*) Apolog. Part. II. pag. 198.

clero Gallicano, magna aſſenſione, & adjecto in ſigni elogio: adoptatum ab eo tanquam opus ſuum; juſſum typis excudi, & emitti in lucem ſuis ſumptibus: miſſum ad omnes Diœceſes, ut ſervaretur in Eccleſiis tanquam depoſitum veritatis. Amplius quid & magnificentius de libro quodam divino, & canonico vix dici poteſt. At nempe Barcoſius eſt, qui tam ornate perorat pro ſuo avunculo.

Magnus quidam Præſul, de toto hoc negotio, & occultis naſcentis Janſenilmi artibus probe inſtructus, rem narrat in hunc modum: (e) *Aurelius* * (Vabrenſis Epiſcopi verba ſunt) *invenſis Cleri, ſuppeditatis ab eo novem libra-*

onoratos viros, tum totos Cleri illuſtriſ- ordines turpiſſime notat, & inquinat.
ne elogia Sancyrano a clero impertita nul-
mnino loco habenda ſunt, quandoquidem
e, ac libri impreſſio, non niſi dolis, &
us quorundam, a quibus in errorem in-
is eſt, in acceptis ferri debent. Cæte-
non ex iis, quæ de Sancyrani perſona
itur, de ipſius doctrina judicandum eſt;
ex iis, quæ ipſemet ſcribit & aſſerit. Hæc
andi ratio omnium maxime legitima eſt,
reviter ac paucis, ſublata omni difficul-
negotium expedit: hanc dum ſequimur,
yranum in ſuo *Petro Aurelio* eundem, ac
s alibi, offendemus.

n hoc opere non poterat non eam perſo-
ſumere, quæ videatur Eccleſiam, Pon-
m, Epiſcopos, Sacerdotes admittere,
iam ſpecioſum, ut ajebam, libri argu-
um erat Hierarchiæ Eccleſiaſticæ defen-
Quo autem pacto illam defendit? non
primum cœpere hæretici ſimulare, il-
e defendere, quod ipſum volunt everte-
raus hæc antiqua eſt. Sancyranus ea
rtuniſſime uſus eſt in ſuo *Petro Aurelio*,
nter aliqua eruditionis ſpecimina, & mul-
ontumelias, ac calumnias, ubique erro-
uos diſſeminat: neque ii tam ſubtiles, &
uſi ſunt, ut non facile hactenus detegi,
otari potuerint. Contra Hierarchiam Ec-
uſticam, cujus adeo patronum & defenſo-
ſe jactat, *nihil ſe modeſtius gerit*, quam

contra

contra alia Catholicæ veritatis capita, qu
bi labefactanda, ac convellenda ſumpſit. A
tus quidem eam eſt, non nego, callida
dam, & involuta magis pugnandi ratio
ita exigebat operis argumentum & indo
vel uno tamen ſolo ſuorum principioru
quod variis in locis ſubdole inſinuat,
ditus eam diruit. Quæſo, an non jam
pra intelleximus, nil eum veritum eſſe aſſ
rare, Epiſcopum peccatorem non amplius
Epiſcopum? an non pari audacia & impie
aſſerit, quolibet peccato mortali contra
tatem extingui ſacerdotium? vah! quam
ribiles conſequentiæ contra Hierarchiam
pte plane natura emanant ex deteſtandis hi
roribus? Nonniſi DEUS eſt, qui novit,
Epiſcopus peccator ſit, vel non ſit: ſolus
vit, num ſacerdos infeliciter in peccatum
pudicitiæ prolapſus ſit, vel ſe ab eo ſer
integrum; ergo & DEUS ſolus ſcit, num
quos credimus eſſe Epiſcopos, adhuc re
Epiſcopi ſint; & iterum, num ad quos
quam ſacerdotes perfugium habemus, eti
num charactere ſacerdotali prædíti ſint;
etiam Eccleſia eſt invisibilis, quia nullus
to, & ſine errandi metu ac periculo illius
niſtros cognitos habet; ergo character ſa
dotalis non eſt indelebilis, quicquid Co
lium Tridentinum ſecus definiat: atque
Hierarchia Eccleſiaſtica ſecundum prin
& doctrinam *æquiſſimi ſui, & invicti*
Defenſoris, qui illius fundamenta ſuffo
dum ea tueri ſe fingit, non niſi commentit
ſim

unum non minus deperditum habebat, ac
o Catholicus habere posset Dordracensem
inistarum Synodum. Contentio & stu-
i, quo contemptum hunc afflare cona-
r omnibus, quos doctrina sua parabat
mpere, rem hanc extra omnem contro-
am ac dubium ponunt. Nemo prude-
uculentiora, ac graviora de ea testimo-
desideret, quam quæ nobis conservavit
Providentia. Primum est Episcopi Lingo-
is. Præsul hic intima necessitudine jun-
erat Sancyrano; nec ob aliud renuncia-
osi amicitiam, nisi quod experiretur tan-
hominem esse pernitiosi sensus, & doctri-
En verba Præsulis, quibus in ea, quam in
bus D. Cancellarii depositi, scripta decla-
ne contra Sancyranum testem agit, suam-
fidem jurejurando devinctam interponit,
in ea esse, quod non cum ipsa veritate con-
t. (f) „ Hæc animi alienatio (Sancy-
i ab Episcopo Lingonensi) magna tum in-

„ Concilium Tridentinum non fuiſſe verum, „ ac legitimum concilium. „

Joannes * Jouaudus ordini Ciſtercienſi a ſecretis, & Abbas de Priéres ſecundum fidem & religionem pro teſtimonio dixit, in iis, quæ cum Sancyrano Maloboſcione habuiſſet, colloquiis, cum aliquando ipſius doctrinam verbis & authoritate Concilii Tridentini pararet refellere, *eundem ex ſe percontatum eſſe, num ſtaret a Concilio Tridentino, & concuſſo abnuentis in morem capite ſubjunxiſſe, ſi cum Tridentino ſentis, conſentis Pontifici*: excipiente Abbate Prierenſi, *ſtare ſe judicio unius æque, ac alterius*, Sancyranum *inſalutato hoſpite receſſiſſe*. Aliquot poſt diebus cum

tuebantur dogmata, quæ vera re-
ſtræ placita videbantur evertere,
oni exempli præbebant. Cumque
ud pro reſponſo redderem, quam
doctrinam & uſum Eccleſiæ, quæ-
cyranus, quid ergo eſſet illud, quod
ı Eccleſiam? repoſui id, quod nos
inſtitutiones docent, eſſe congre-
fidelium, quæ conſtat ex ſummo
Epiſcopis, Doctoribus, Sacerdo-
igioſis, & populo: tum vero ex-
ancyranus, o quam longe, ajebat,
abes! Quapropter viciſſim roga-
anum, quid ipſe nomine Eccleſiæ
t: tum ille, Eccleſiam non aliud
ım quod fuiſſet ante poſtrema
ſæcula. Cum autem aliquos Scri-
os proferrem, quibus oſtende-
eſiam præſenti, quem antea dice-
elium cœtu, & ordinibus contine-
erſtare oportere firmam ac ſtabi-
ı Chriſti verba nos fallere non poſ-
us usque ad conſummationem ſæ-
la ſe permanſurum promiſiſſet: por-
um nunquam contra eam prævali-
ſſe eſſe, ut Eccleſia, quam conſulere,
lebemus, viſibilis ſit, & ſub aſpectum
ncyranus ſimpliciter repoſuit, me
intelligere. At videns, urgeri ſe, &
ne hac propoſita quæſtione, an non
ı Pontifex eſſet *verum Eccleſiæ Ca-*
Epiſcopi, Curiones, Doctores, Reli-
leles e populo, quos videremus iis-

„ dem inſtitutis ac legibus vivere, vera mem-
„ bra eſſent Eccleſiæ? ſubjecit, ejusmodi cor-
„ pus non alio ſenſu, aut ratione cenſeri poſſe
„ Eccleſiam, quam quod ſucceſſerit in locum
„ veræ Eccleſiæ, non ſecus, ac cœnoſa aqua &
„ turbida, quæ intra rivi alveum decurrit, prius
„ aquas vivas, limpidas, & ſalutares vehentem,
„ ejusdem rivi nomen retinet, quamvis muta-
„ ta, & ſordibus infecta, ac corrupta ſit. „

Abbas Prierenſis tam pernicioſo & pleno proterviæ ſermone perculſus inſtare pergebat ac quærere, „ de qua corruptela loquere-
„ tur, an morum, vel doctrinæ? ſi de mori-
„ bus ageretur, ſcire, & fateri ſe, eos in qui-

„ verba: *tempus ædificandi, tempus deſtruendi;* &
„ addebat, DEum ipſum eſſe, qui Eccleſiam de-
„ ſtrueret: ædificationis tempus jam præteriiſ-
„ ſe: plerosque hodie Epiſcopos, Eccleſiaſticos,
„ & Religioſos ſpiritu Chriſtianæ religionis, ſpi-
„ ritu gratiæ, & Eccleſiæ deſtitutos eſſe.

„ Quodſi alumni ordinis, cujus ipſe
„ Abbas inſtituta profiteretur, legitimi eſſent
„ ac germani S. Bernardi filii, certe nullum
„ non, ajebat, moturos lapidem, ut elimi-
„ narent Theologiam ſcholaſticam, quemad-
„ modum ipſe S. Bernardus in vivis agens eam
„ profligaſſet, cum adverſus Abaillardum,
„ Porretanum, atque alios hæreticos decer-
„ taret: hos ipſos hæreticos, aſſerebat, pri-
„ mos fuiſſe ſcholaſticos, ipſumque S. Tho-
„ mam humanis ratiociniis, argutiis, & prin-
„ cipiis Ariſtotelicis veram & ſanam Theolo-
„ giam depravaſſe. Criminabatur proinde
„ acriter Religioſos, & alios Doctores, quos
„ Theologiam ſcholaſticam, quanquam ea
„ non modo inutilis, ſed omnino per-
„ nicioſa eſſet, in ſcholas invexiſſe dicebat. „
Hæc Sancyrani doctrina adeo plana & aperta eſt, ut nullo prorſus commentario egeat.

Ex hoc autem perſpicuum eſt, monſtrum, quod præclarus hic reformator, qualem ſe jactat, animo abditum gerebat, ipſo etiam quaſi invito foras prodiiſſe. Inimicus JEſu Chriſti, & Eccleſiæ, verbo, Deiſta erat in ſuis libris, & literis; magis etiam in familiaribus congreſſibus, ac ſermonibus. Id unum

hi, ſpectabant, ut novæ Eccleſiæ, quam ſupra ruinas Eccleſiæ Jeſu Chriſti exſtruere deliberatum habebat, in dies plures proſelytos & aſſeclas adjungerent.

Quamvis vero Sancyranus nullum tempus, aut locum negligeret, quo privatos ſuæ ſectæ conciliaret, potiſſimam tamen curam ac operam eo referebat, ut cœtus religioſos partibus ſuis addictos, & obnoxios redderet. Eo ipſo, quo novator hic errores ſuos diſſeminare cœperat tempore S. Vincentius a Paulo ſummo ſtudio ad condendam Miſſionariorum S. Lazari congregationem incumbebat; hunc illaqueare a multo tempore avebat Sancyranus: at magnus hic vir nulla ſpeci

Cum Abbas Sancyranus Vincentium erga ſe animatum, & ita comparatum t, ut ſibi aures præbere vellet, cœ- pedetentim privatas aliquas ſuas opi- exponere, quas tot ſpeciosis titulis e, ſanctisque verbis & rebus condire at, ut intellectus minus perſpicax, ac incentii, ægre latens venenum de- idiſſet.

fidelis DEI Servus primo aſpectu uit ad tam inſolentem doctrinam, & pia exotica; & quo magis Abbas at mentem ſuam pateſacere, hoc ma- ſius opiniones Vincentio videbantur æ, & noxiæ. Cum aliquando in uio cum illo, de quodam doctrinæ i capite ſermo incidiſſet, attonitus d temerarias voces, quibus Abbas ad- partes amplexus, hujus Hæreſiarchæ n tuebatur: cumque opponeret Vin- s, hanc Calvini doctrinam ab Eccle- nnatam eſſe; ille contra, Calvinum deo malam cauſſam ſibi tuendam ſum- at male ſuſtinuiſſe; ſimul hæc la- erba ſubjunxit: *bene ſenſit, male lo- ſt.*

n alio congreſſu, cum Sancyranus in- et diſputando, & ſumma vehemen- ctrinam defenderet a Concilio Triden- ter falſas & hæreticas relatam, Vin- s ratus, ſe *charitatis lege* teneri, ut

„ hominem redargueret, mi Domine, aje-
„ bat, nimia tua opinandi libido eſt, qua ex-
„ tra orbitam raperis. Quid? petisne, ut
„ doctori privato erroribus obnoxio, qualis
„ tu es, plus fidei, & authoritatis tribuam,
„ quam Eccleſiæ, quæ veritatis columna eſt?
„ iſta me docet hoc, tu defendis, quod illi
„ eſt contrarium. Quæſo mi Domine, quo
„ pacto audes tuum unius judicium præferre
„ judicio tot præſtantiſſimorum virorum, ac
„ Præſulum in Concilio Tridentino congre-
„ gatorum, qui rem hanc communi voce,
„ & ſenſu definierunt? Ne verbum mihi am-
„ plius de hoc concilio, repoſuit Abbas: erat

[redacted]

„ ſubito ſtupore defixum, nulla, repetiit,
„ nulla amplius in terris exiſtit Eccleſia: Au-
„ thore DEO didici, plura, quam quinque
„ aut ſex ſæcula jam fluxiſſe, ex quo illa col-
„ lapſa, & inter ruinas ſuas ſepulta eſt. An-
„ tehac Eccleſia ingentis fluvii ſpeciem gere-
„ bat, qui ab ipſo fonte arceſſitus puris &
„ limpidis aquis fluebat: at modo id, quod
„ nobis videtur Eccleſia eſſe, non niſi limus
„ & cœnum eſt. Alveus tam nobilis fluvii
„ idem etiamnum eſt, ſed non ſunt eædem
„ aquæ.

„ Quid? excepit Vincentius, majorem
„ tu fidem habes privatis tuis opinionibus,
„ quam verbis JEſu Chriſti, cujus certiſſi-
„ mum illud effatum ac promiſſum eſt, ædi-
„ ficaturum ſe Eccleſiam ſuam ſupra petram,
„ nec unquam portas inferi adverſus illam
„ prævalituras eſſe? Eccleſia eſt ipſius ſponſa:
„ non illam repudiabit unquam; Spiritus
„ Sanctus eidem ſemper adeſt, & errare non ſi-
„ nit. At Abbas, verum quidem eſt, ſubjecit,
„ JEſum Chriſtum Eccleſiam ſuam ædificaſſe
„ ſupra petram: ſed eſt tempus ædificandi, &
„ eſt tempus deſtruendi. Erat illa Chriſti ſpon-
„ ſa; ſed modo proſtituta eſt, & adultera; pro-
„ pterea eam Chriſtus reſpuit, & abjecit, vult
„ que, ut ei ſubſtituatur alia, quæ integram ſibi
„ fidem præſtet. At hæc cum reponeret Vin-
„ centius, nimium ſane Abbatem recedere a
„ cultu & obſervantia, quam deberet veritati;
„ illud quoque addidit, oportere omnino, ut

„ penitus ingenio ſuo diffideret, neque de his „ rebus in proprio ſpiritu, qui tam perverſis „ opinionibus imbutus eſſet, unquam acquie„ ſceret. Demum poſt aliquot concertatio„ nes a ſe invicem diſceſſere.

En igitur Eccleſiam redditam inviſibilem! En Epiſcopos ac ſacerdotes ita incognitos, ut quinam, & ubi ſint, omnes lateat! En corruptam Eccleſiæ doctrinam! prævaluere adverſus eam portæ inferi: adeo indigna evaſit Spiritus Sancti præſentia & lumine, ut ipſe DEUS demoliendam judicaverit. Ea a quinque vel ſex ſæculis non amplius eſt illa Eccleſia, quam Jeſus Chriſtus usque ad finem ſæ-

conficitur, ut non oculis modo, ſed & manibus teneatur. Num igitur exaggeratione uſus ſum, & ultra verum rem extuli, dum talem, tamque abominandam Sancyrani doctrinam eſſe dixi? an non id res ipſa loquitur, & ſatis ſuperque oſtendunt argumenta, quæ attuli?

Hæc tam horrenda, & multa alia permoverunt Archiepiſcopum * Senonenſem Octavium Bellegardium, ut ante obitum ſuum palam, & ſumma fide profiteretur, quid de Sancyrano, ejusque ſectatoribus ſentiret. Erat hic Præſul, ut multi alii, ita & ipſe falſa ſpecie ac fictæ pietatis ſimulatione deceptus, atque hujus factionis Anteſignanis ſummopere addictus: at proſpera ipſius ſorte evenit, ut adhuc mature ſatis periculum agnoſceret. In poſtremo morbo, quo non multo poſt abſumptus eſt, rogavit Baronem * Rentyum, ut noviſſimos ſuos de Sancyrano, ejusque Diſcipulis ſenſus calamo exciperet, eosque deinde Nuncio Apoſtolico exhiberet, & traderet.

In hoc autem ſcripto affirmat Archiepiſcopus, (g) „, ab ipſa veritate adigi ſe, ut cre„ dat, totam hanc factionem magnam Eccle„ ſiæ de ſe ſuſpicionem præbere, ne grande „ ipſi

(g) Vide Tom. III. veri Spiritus novorum Diſcipulorum S. Auguſtini ad calcem, in editione ſecunda Bruxelienſi A. 1709. pag. 341.

(*) de Sens.

(*) de Renty.

„ ipſi malum machinetur. - - - quandoqui-
„ dem intellexiſſet a viris fide dignis, Sancy-
„ ranum de Concilio Tridentino non aliter
„ loqui, quam de comitiis quibusdam politi-
„ cis, atque aſſerere, illud nequaquam verum
„ fuiſſe, & legitimum concilium.

„ Deinde quoniam accepiſſet a pluribus
„ graviſſimis, & veraciſſimis viris, Sancy-
„ ranum eo collineare, ut frequentem SS. Eu-
„ chariſtiæ uſum tollat, atque ab illo probos
„ etiam, & virtutum ſtudio addictos fideles ar-
„ ceat, idque ſub mendaci obtentu, com-
„ mendandæ communionis ſpiritualis, quam
„ æſtimaret præ communione ſacramentali,

„ Ex omnibus his capitibus obligatum me
„ censui (pergit Archiepiscopus) ut ab hac
„ mihi factione maximopere caverem; idem-
„ que ut facerent, amicis meis author fui,
„ cum hac de re sententiam meam exquire-
„ rent.

„ Addi potest & illud, quod mihi horum
„ sectariorum quispiam aperuit, cogitare
„ ipsos, postquam aliquando doctrina sua
„ plurium assensu firmata, ac stabilita fue-
„ rit, abolere confessionem peccatorum ve-
„ nialium, utpote a prima Ecclesia nunquam
„ usurpatam, & toti antiquitati incognitam;
„ adeoque fas est asserere, eos, quod jam
„ opere ipso exercent in Portu Regio, medi-
„ tari suo loco & tempore generatim in mores
„ inducere; publice autem tradere adhuc &
„ prædicare doctrinam, quam animo condem-
„ nant. Fingunt se, ac videri volunt magni
„ patroni, ac vindices Hierarchiæ Ecclesiasti-
„ cæ in *Petro Aurelio*, & publicis suis sermo-
„ nibus; & tamen huic ipsi maxime adversan-
„ tur. At nempe hæc illorum fraudulentia
„ est, ut inanibus his simulacris hominibus
„ fucum faciant, & os sublinant; hac autem
„ via majora stabilitatis suæ præsidia acqui-
„ rant, ut deinde libere disseminent, quæ
„ animo gerunt abdita; neque has illi cogi-
„ tationes suas ac consilia, nisi cum paucis &
„ fidissimis Sodalium suorum conferunt. „

En tibi Archiepiſcopum, pro æternitatis conſiſtentem limine, ac paratum divino Judici vitæ ſuæ rationem reddere, qui religione ſe obſtrictum credidit, ut de nefaria Sancyrani, ejusque ſectatorum doctrina legitimum hoc teſtimonium redderet; felix in eo, quod adhuc tempori errorem ſuum dedoctus, eo quoque operam ſuam conferre potuerit, ut & alii ab errore revocarentur. An non vero & illi, qui hodierno tempore ejusdem Hæreſiarchæ ſectantes veſtigia a veritate aberrant, & ex ſimplicitate animi ipſius profitentur doctrinam, eumque ceu ſanctum veneran-

[redacted]

onſilia ſua, ut omnem religionem reve-
m tolleret, & *Deiſmum* ſupra ruinam
ngelii ſtabiliret: evidens, eum hoc pro-
um ſuum omni ope tentaſſe exequi, ac
a ſummatim, ut ſic loquar, & quodam
m compendio executum eſſe, idque qua-
illis viis ac rationibus, quæ in narratio-
le conventu Burgofontano recenſitæ ſunt;
pe intercluſo fidelibus ad Sacramenta Pœ-
tiæ & Euchariſtiæ aditu; abolita Jeſu
ſti gratia, & redemptionis humanæ my-
o: ſublata omni fide & authoritate con-
ſtiarum directoribus, qui conſiliis ſuis er-
m curſum ac progreſſum ſiſtere potuiſſent;
enique inſinuato hominum animis men-
ſimo principio, Eccleſiam Jeſu Chriſti
extare amplius, eique aliam ſuffici opor-
, cujus illud unicum dogma ſit, *non niſi*
Deum argumentum veræ fidei eſſe:
l quid aliud, niſi purus putus Deiſmus
qualem in conciliabulo Burgofontano
niſmi Architecti fabricati ſunt?

m vero ad exhibendam conventus Bur-
ntani veritatem ſi nullum aliud argumen-
ſuppeteret, quam quo hactenus uſi ſu-
, vel iſtud ſolum rem ita evinceret, ut
onventum reipſa peractum, & forma-
in illo contra Eccleſiam ſyſtema nulli om-
dubio obnoxium eſſe, prudentiſſime exi-
ire poſſemus.

At

At præ illo etiam majoris longe momenti, & in ſuſcepta a me demonſtratione ſumma attentione digna ſunt ea omnia, quæ poſt Sancyranum ad hoc usque tempus tentata & acta ſunt, ut, de quo loquimur, ſyſtemati ſuprema manus accederet. Novator hic illud duntaxat adumbravit, & primus operi initium fecit. Ipſius diſcipuli, quos pervulgato hodie nomine Janſeniſtas vocamus, a centum & triginta annis in id artes ſuas omnes ac ſtudia contulere; ut cœptam telam pertexerent, & opus jam diu affectum, quoad ejus fieri poſſet, perficerent tandem, & omnibus numeris abſolverent: ſingula præfiniti

Veritas

entus Burgofontani ex eorum, æ in illo ſancita ſunt, execu-
tione demonſtrata.

PARS III.

ens ea, quæ Janſeniſtæ pro executione ſyſte-Burgofontani ad abolendum Sacramentorum enitentiæ, & Euchariſtiæ uſum moliti ſunt.

§. I.

micitia, quæ Sancyranum inter, & Arnaldum Andillyum Pictavis coaluerat, Antonio Arnaldo fratrum natu minimo æque funeſta fuit, ac duabus lis, ipſius ſororibus, ſacris in Portu Rerginibus. In hunc potiſſimum juvenem conjecerat Sancyranus, & in diſcipliſuſceptum errorum ſibi hæredem deſtiut, ut *poſt mortem ſuam* cœptum a ſe

urgeret negotium, & ſecutus ideam, qu
Burgofonte delineata fuerat, primum præ
pue adjumentum ad invehendum Deiſmum
bi pertractandum ſumeret. Quam callidu
hoc Sancyrani conſilium, & ſagax Arnal
optio, tam ea religioni in Gallia fatalis & n
xia fuit. Pollebat juvenis Arnaldus omnib
illis dotibus, quæ dignum tali magiſtro d
ſcipulum efficerent: inerat homini multu
arrogantiæ, & tantundem prope malæ fid
animi pervicacia valebat, quæ nullis unqua
rationibus cederet: ingenio verſuto, & a
fallendum apto inveniebat facile, quo ſe exti
caret, ſiquis caſus incideret, qui implicatu
teneret: inſolenti ferox ſupercilio ſummu
contemptum præferebat omnium, quicunc
aliter, ac ipſe ſentirent; præſertim aut
maledicendi; ac convitiandi facultate pra
tus erat. Hoc ſtylo ac dicendi genere ita
lectabatur, ut ex animi impotentia, quæ
fidem inveniat, niſi argumenta eſſent præ
lis, in transverſum actus *diſſertationem*
ſcriberet, *methodo Geometrica concinn*
pro tuenda cauſſa illorum, qui in certa
ſceptationum genere ſcribendi ratione
tur, quam mundus duram & aſperam
eat. Diſſertatio hæc multos e Janſenia
ctione Geometras reddidit. Author ve
colloquiorum Comitiſſa, & Prioriſſa
finis rationum momentis oſtendit, hac
dicebam, indole fuiſſe Arnaldum,

(a) *Entretiens de l' Abbé*, ſeu colloquia
Colloq. 5.

bus coloribus vitioſum hominis habi-
ngi poſſe. Actum agerem, ſi amplius
s adderem.

ıeologiæ Arnaldus operam dedit in Sor-
magiſtrum nactus in Tractatu de gra-
otum, poſtea Epiſcopum * Carnoten-
Profeſſus hic omnium novitatum ho-
ıt: hinc opportunus non videbatur
ıdo Tironi juveni, qui ad fines deſti-
r longe alios, quam quibus cum doctri-
ɔoti bene conveniret. Facile adductus
ıt quæ ex ore hujus Profeſſoris ſui
) exceperat, repudiaret, & abjiceret:
·ano vero is ipſe tam docilem ſe præbuit,
lte ipſius opiniones imbibit, ut hic aliqan-
am confiteri veritus non ſit, magnos
.e doctrina ſua rumores fore; at habere
diſciplina ſua Baccalaureum, ſingula-
riti juvenem, qui, quibus a ſe imbu-
et, opinionibus adhæreret mordicus;
ore potiſſimum, qui plurimum illis af-
plendoris, & contra omnes hodiernas
ɜ, ac ſcholaſticos, qui vanis ſuis argu-
eraque religionis ac diſciplinæ & doctri-
apita infeciſſent, ac corrupiſſent, non
nter minus, quam fortiter tueri poſſet,
let. Cardinalis Richelius, cum de hac
rani gloriatione certior fieret, intellexit
, *juvenem hunc Baccalaureum* non alium
quam Antonium Arnaldum Andillyi fra-
proin nominatis a ſe Cenſoribus ne-

* *Chartres.*

gotium dat, ut in ipſius doctrinam inquirant. Intellectum vero ab iis eſt, novis præter communem doctrinam opinionibus ſtudere, iisque quæſtiones Philoſophicas, quas diſcipulis dictabat ad calamum, inquinaſſe. Reipſa is primorum unus erat, qui docebat, naturam humanæ libertatis in indifferentia voluntatis ſitam non eſſe; quæ doctrina citra controverſiam Janſeniſtica eſt. Quocirca, quamdiu in vivis agebat Cardinalis, ſemper obſtitit, ne Baccalaureus iſte ad Doctoris gradum proveheretur. Cardinale mortuo obtinuit tandem, ut eo honore potiretur.

[redacted]

ra multorum jam animos occupavit; eadem acra facultas decrevit, neminem poſthac aut Doctoribus ad comitia & alia quælibet ju- s ad ipſam pertinentia; aut e Baccalaureis d ullos actus Theologicos ſive ad diſputandum, ve ad reſpondendum; aut e Theologiæ candi- latis ad ſupplicandum, ut vocant, pro pri- o curſu, vel de Tentativa reſpondendum, dmiſſum iri, niſi ante quoque huic cenſuræ ubſcripſerit. Atque ſi quis Arnaldi ſuperio- s illa probare, aſſerere, docere, prædicare, cribereve ſit auſus, eum ab eadem Facultate rorſus repellendum eſſe. Decrevit inſuper, nc cenſuram ſuam prælo mandandam f publicandam eſſe, ut omnes intelligant, uantum eadem Facultas peſtilentem, & exi- alem illam doctrinam execretur, ac deteſte- r. Actum Pariſiis in Facultatis Theologi- e comitiis generalibus apud Sorbonam die ulti- s Januarii Anno Domini 1656, & confir- atum die prima Februarii ejusdem anni.

Atque hæc celebris illa cenſura eſt, quam octrinæ & perſonæ Arnaldi, contra quem ta eſt, illitam nulla abſterget ſpongia, nul- obliterabit oblivio. Compertum ex ea eſt, anquam ſero nimis, quam ſapienter & pro- ide repreſſerit hominem Cardinalis Riche- us, ſeque interpoſuerit, ne in Doctorum umerum referretur.

Interim Arnaldus cum tanta ignominia Doctoris gradu dejectus, nihil omnino remi-

ſit de pertinacia, qua Magiſtri ſui erroribu affixus hærebat: non ante ſcribendi, quar vivendi finem fecit: ad ultima usque fere v tæ momenta contra veritatem animo pugna vit & ſtylo, ut Sancyrani partes & conſili in perducendo ad imum ſyſtemate Burgofor tano ſuſtentaret. Idem huic Abbati fuiſ Arnaldum dixeris, quod Malanchton era Luthero, & Beza Calvino, ut religioni i Gallia & Germania immanem vaſtitatem ir ferrent. Hæc autem Sancyrani cum duobu his hæreſiarchis comparatio non eſt, cur o fendat quemquam; nam meminiſſe velit, q hæc legit, non e mea illam penu eſſe, ſe

ſupersedeo, ne longius ab argumento meo abeam; nam id unum commonſtrare hic propoſitum mihi eſt, quam præclare fidelis hic Sancyrani diſcipulus mentem ſui magiſtri aſſecutus ſit, quam egregie ſuſtinuerit munus, quod ipſi in negotio exequendi ſyſtematis Burgofontani demandatum erat.

Et quidem liber de *frequenti communione* locupletiſſimus teſtis eſt, hanc ipſi provinciam commiſſam fuiſſe, ut pro ſtabiliendo Deiſmo omnes admoveret obices, quibus fideles a Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ arcerentur. Hic unus libri ſcopus eſt; nec aliter ſentire poteſt, qui illum legerit. Cum primum in lucem prodiit, Princeps Condæus gravem de libro hoc querelam ad Reginam detulit, eumque ſuo ipſe calamo refellere aggreſſus eſt; qua in re religioſus Princeps multos ſtudii ſui imitatores habuit, & inter eos * Vaurenſem in Occitania Epiſcopum, ac P. Petavium, qui præ aliis optime in eo argumento verſati ſunt.

Regina de turbis, quas liber de frequenti communione Pariſiis concitaſſet, edocta, binis, iisque iteratis continenter mandatis Arnaldum ſine mora Romam ire jubet, ut ibi doctrinæ ſuæ rationem redderet. At periculoſa nimis Arnaldo videbatur hæc profectio, nec impetrare a ſe poterat, ut obſequeretur mandanti, & imperatum iter ſuſciperet: ſcri-

(*) Lavaur.

ſcripto potius formam quandam explanationis doctrinæ ſuæ complexus eſt, quam exhiberet Reginæ, Patroni & internuncii Arnaldi ſcripto huic apud Reginam fallax retractationis & palinodiæ nomen tribuérunt. Omni tamen arte ſua apud Principem fruſtra fuit. Tertium perfertur mandatum, ut confeſtim ſe accingeret itineri, & Romam iret. Hic ille obfirmato, præ quam alias, ad non parendum animo, conſilium capit quærendi latebras, & pluribus annis continendi ſe abditum, quin pedem Pariſiis efferret; quod quidem ſcitu dignum, at incognitum hactenus vitæ ſuæ parergum ipſe nos docet in epiſtola,

„ conſultationem venire, & ponderari oportet: at nondum ſublatum eſſet dubium, „ an non probe intra latibula reconditi, caſui nos poſſimus committere, qui veriſimilius nunquam eveniet, eo ſcilicet conſilio, „ ac ratione, *qua in Pariſienſi infectatione „ olim uſus ſum; nunquam, cum ea excogitarem, exceſſi Pariſiis, quamvis, ſi quo indicio proditus fuiſſem, certa me ad carceres „ Pariſinos damnatio maneret.* En! quam Arnaldus in habendis contemptim Principum imperiis nunquam, & nuſpiam ab ingenio, ac more ſuo deflexerit! Sed ad ipſius librum de frequenti communione redeamus.

Cum primum is in notitiam ac manus venit * Veſuntini Archiepiſcopi, ab eodem reprobatus ac proſcriptus eſt. Ut Provincia a nova hac contagione ſervaretur integra, poteſtas civilis ſe junxit Eccleſiaſticæ, & ſuprema curia comitatus Burgundici graviſſimo decreto *Arnaldi, & Abbatis Sancyrani opera importari in provinciam, legi, aut leſitandiri, vel ab ullo retineri prohibuit.*

Idem de pernicioſo hoc libro judicium ſuit, ubicunque Catholicos oculos ſubiit. Acceperat illius exemplum aliquod Gallus quidam ſacerdos, Reginæ Poloniæ a ſacris confeſſionibus; rem ſignificavit ſummo Pontifici Apoſtolicus in Polonia Nuncius, Archiepiſcopus Adrianopolitanus: Gallum illum ſacerdotem jam paſſim hauſtum ex libro hoc

(*) de Beſançon.

venenum ſpargere Varſaviæ: traxiſſe in p
tes ſuas. Archiepiſcopum Poſnanienſem,
Epiſcopum Zamoſcienſem præter alios ſac
dotes ac clericos: magna contentione agi
gotium, & acriter decertari pro tuendis
ſarii hujus libri ſcitis, ac placitis. Vehem
ter ea offendebant Regem Poloniæ; ſcri
& ipſe eodem tempore de eodem argum
to ad Pontificem, eumque diſerte monu
peſſimi rem exempli, & malum hoc eſſe,
quo graviſſima olim animarum detrime
conſequerentur. Data eſt Regis epiſto
11. Septemb. Anno 1651.



ſeſſionem expreſſit: celebrem is in factione famam habet, præcipue ob id, quod cum in ipſa urbe Chriſtiani orbis principe Romæ, feſto S. Ludovici die diceret ad populum, nudumque & planum Janſeniſmum ingerere auribus, eumque ſermonem typis edere auſus eſſet, maluerit nomen ſuum devoveri diris, ſeque e fidelium cœtu ejici, quam indicta velle, quæ dixiſſet, atque errores ſuos retexere. Carolus * Herſantius magnus hic heros eſt. Hunc Arnaldus, cum undique libri ſui approbatores conquireret, neutiquam ſibi negligendum duxit, utpote hominem, magni apud factioſos nominis, ac meriti: petit itaque & ab ipſo benevolum pro libro ſuffragium. At Herſantius inanem ritum, & aſſentatorium morem ſecutus non eſt, quem a multis aliis approbatoribus uſurpatum novimus: legit is diligenter & attento animo opus, & loco ſuffragii, quod petebatur, bona fide ſat ſpiſſum obſervationum volumen, quod non petebatur, neque magnam ab Arnaldo gratiam inire poterat, conſcripſit.

Principio quidem obſervator Arnaldo laudum tributum perſolvit, quod Janſeniſtæ ſibi invicem pendere ſolent. Jam illi Arnaldus eſt (*d*) *ſapiens Eccleſiaſticus - - - & apis ſolertiſſima, quæ feliciter delibavit flores pulcherrimos, & nitidiſſimas ex antiquitate rerum cognitiones collegit*: jam homo (*e*) *major omnibus noſtræ ætatis hominibus, qui unus*

(*d*) *pag.* 21. (*e*) *pag.* 28.

* *Herſent.*

unxi valeat calamum ſumere, ut priſtinum ſplendorem reddat pœnitentiæ, & auguſtiſſimo, maximeque abſcondito e fidei noſtræ myſteriis reverentiam arceſſat. Poſt hæc autem elogia, ea libertate, quæ amicorum eſt, & oratione meditata exponit, quidquid in libro de frequenti communione ſequiore nota dignum deprehendit.

(*f*) „ Tria ſunt in hoc opere, ait Her-
„ ſantius, quæ pro eo, ac publici exempli ra-
„ tio, atque ipſius authoris honor exigit, aut
„ corrigi, aut dilucidari, aut novis argu-
„ mentis firmari oporteret. „ His verbis au-

quisquam statuerit Ecclesia. - - (h) Il-
d, quod nobis Part. II. cap. 18. venditat,
norare nos non sinit, primarium ipsius
nsilium fuisse, ut quibus posset, rationi-
s hanc opinionem suffulciret, posse ho-
nem suopte ipsum judicio, longo tem-
ris spatio altaris mysterio supersedere, ut
erea pœnitentiæ operibus vacet. „ Hanc
m postquam petitas ex libro congruas
ationes in medium protulit, iterum con-
t Hersantius: (i) „ Itaque constat om-
io, quod hanc sibi opinionem tuendam
npserit excellentem ad S. Communio-
m se præparandi modum ac viam esse,
quis quinque, vel sex mensibus a mensa
charistica abstineat. - - Neque tamen
nc suam opinionem tanquam novam, sed
. maxime menti & principiis SS. Patrum
nformem (quem ille Patrum cum sua

„ per ratiocinationem nulli prorſus dubitatio-
„ ni obnoxiam colligitur; quod cum hæc for-
„ ma ac methodus (ex inſtitutione JEſu Chri-
„ ſti &c. neceſſaria) a tribus vel quatuor ſæ-
„ culis in Eccleſia ad Sacramentum Pœniten-
„ tiæ adhibita non fuerit, in ea non extiterit
„ ſacramentum, ſed ſacrilegium - - - quod
„ Eccleſia defuerit filiorum ſuorum indigen-
„ tiæ, ac miſeriis, cum ab intentione JEſu
„ Chriſti, & præſcripta a S. Spiritu norma,
„ ac traditione Sanctorum deſciverit - - quod,
„ quantum ad ipſam Sacramenti naturam per-
„ tinet, in manifeſtum errorem inciderit, &
„ in impertienda abſolutione non niſi verba

obſtamentum provenire, quo adverſarius pro frequenti communione tuenda uſus eſt, enervare vult, in verba prorumpit, quæ niſi benigniorem interpretationem aut excuſationem admittant, fulmen evadere non poterunt, quo propoſitiones palam & manifeſte erroneæ feriri ſolent. - - - Videtur Arnaldus ferre non poſſe, ut Jeſus Chriſtus frequenti communione honorari dicatur, quamvis doctrina fidei ſit, pio ad divinum epulum acceſſu magnum DEO honorem haberi, eoque maximum religionis Chriſtianæ actum exerceri. „ Hæc eſt ſumma animadverſionum, quas loco approbationis Herſantius (s) ceu amicus & frater Arnaldo transmiſit.

Interim tantum habere animi, ut quis hic doctori in faciem exprobret occaſionem, opum, primarium conſilium, principalem intentum libri de frequenti communione eſſe, ut fideles procul a Sacramento Euchariſtiæ ſubmoveat; neve illa ultro incurrat in oculos, hos ipſos ſibi evellere neceſſe eſſe: tantum, inquam, videre, an non certo cuidam diſceptationum generi accenſeri meretur, in quo diſſertatio Geometrica Arnaldi locum habere debeat? Si quis Catholicus tantum ſibi ſumſiſſet, ut ejusmodi in Arnaldum telum conciperet, quam acriter ille, quam duris & ſuperis verbis depexus fuiſſet; at Janſeniſta amicus, frater, amicus veritatis, qui illa objicie-

N

(s) pag. 246.

jiciebat: hinc æquo animo ferri ipſius ce
ram, quantumcunque importuna eſſet & gra
ac ſtudioſo pacis ſilentio diſſimulari oporteb

Denique Bayleus, qui eodem fere Ja
niſmum, ac Calviniſmum ſuum a ſe in pr
haberi, ubique prodit, poſtquam eam
tem narrationis de conventu Burgoſonta
in qua de abolendis Pœnitentiæ & Euch
ſtiæ Sacramentis rationes initæ ſunt, prc
recenſuit, hæc digna conſideratione v
ſubjungit: (*t*) *Communis omnium ſenſus f*
hæc ad Arnaldum pertinere ob librum de
quenti communione ab ipſo editum. Hoc

m & lapides ſtruendo ædificio collegiſſe:
rem vero Arnaldum redegiſſe in ordi-
, & nonniſi ſtructuræ formam addidiſſe.
ero anſam a Janſeniſtis arreptam potius,
i oblatam, ad primum hoc opus, quod
rtu Regio prodiit, in vulgus edendum.
Arnaldus Andillyus, cum diu jam ma-
apud * Principem Guimeneam gratia va-
, nactus tandem viam eſt, qua eandem
lecebroſis amorum, quibus irretita erat,
is evolveret, ac factionis partibus inne-
t. Ut ſe reſpiceret, permota eſt ex collo-
, quod ille ſecum de negotio ſalutis ha-
Dicitur ex eo tempore cœpiſſe nuncium
ttere omnibus levitatibus, ac vanis illes
s, totoque affectu ferri in Portum Re-
i, in quo ædium partem ſibi apparari vo-
ubi poſthac commoraretur. Magna au-
illi neceſſitudo intercedebat cum ** Mar-
ie Sablea Magdalena de Souvray, filia
ernatoris, qui educationi Ludovici XIII
uerat. Sableam P. Petrus Cottonus ad
am ſacram Communionem rite obeun-
inſtituerat, eique magnum pietatis ſen-
, & ſtudium frequentandi ſacramenta in-
verat. Guimenea ægre ferebat, illam
s ad Euchariſticam menſam accumbere.
rea cum Marchio Sableus cum conjuge
n prædium Sableanum *** Flexiæ vicinum
iſſet, hæc Jeſuitam in Collegio Flexienſi

* Princeſſe de *Guimenée.*
** *Marquiſe de Sablé.*
*** *Fléche.*

Theologiæ Moralis Profeſſorem, con
ſibi arbitrum delegerat, qui eidem
fuit, ut ſingulis menſibus divino ſe pa
muniret; cui tamen pio inſtituto Gui
diuturnæ a Sacramentis abſtinentiæ i
Regio jam aſſuefacta, multa habeba
oggereret. Petiit Marchioniſſa, ut
ſuus hanc ſuam agendi rationem ſcripto
deret. Hoc demum non aliud erat,
Epitome Tractatus ſeptimi ex libro
Carthuſiani de Inſtructione Sacerdotun
ille nihil omnino de ſuo adjecit, cont
eum ad pœnitentis ſuæ uſum in breven
ſummam ac compendium redigere.

Quanquam autem libellus hic
duntaxat exaratus, & uni ſolum peculi
ſonæ inſcriptus eſſet, cenſuit tamen
Regius, infirmandam illius doctrinar
convellendam eſſe; nec opportuniore
locum oblatum iri credidit, quo liber
quenti communione emitteretur in pul
Occaſionem hanc Doctor Arnaldus u
manu amplexus eſt. In prima & tertia
ſui parte omne ſuum ſtudium in conf
Jeſuitæ Flexienſis opuſculo collocat. A
gua illa bona fides, qua in duabus his
bus rem tractat, plures etiam ex ipſius
male habuit; eſtque hæc neglecta recti
que ratio unum eorum capitum, quod
bro de frequenti communione a ſe ca
dum cenſuit Herſantius. En! quis illi

de re ſenſus ſit: (u) „ Arnaldus - - - antiqua alias, & ſincera in moribus ac verbis fide, non eo, quo oportuit, candore & æquitate uſus eſt, in ſuum adverſarium, cui ut ignorantiæ, erroris, & impietatis portenta exprobret, verba ipſius recitat a reliqua orationis ſerie avulſa, quæ deinde ferociter invadit, & omnibus ex antiquitate petitis machinis oppugnat. „ Irrogatam hanc ſuitæ injuriam ut probet Herſantius, octo mino eam in rem paginas impendit, ac deum ſubdit: (x) „ facile eſt, diſtractas ejusmodi particulas, ac dirempta a reliquo P. Jeſuitæ ſermone verborum fruſta refellere; at ſi illa intueamur eo, quo in ipſo autographo connexa inter ſe ſunt, ordine, equidem non video, quomodo omnibus iis argumentis, quæ Doctor Arnaldus in vaſto ſuo citationum nemore contra illa producit, vere ac ſolide impeti, atque labefactari poſſint. „

Præfatio, ſi quosdam hæreticos errores mpſeris, qualis eſt ille de duobus Eccleſiæ pitibus, de gratia, cui reſiſti nequeat, &c. æfatio, inquam, nonniſi prævia ſecundæ rtis ichnographia eſt, quæ concinna admom methodo adornata proprie operis corpus nficit. In hac Præfatione præparat, mitigat,

) de frequenti communione, ſeu obſervationes, &c. pag. 106.
) Ibid. pag. 114.

Alterum principium, quod de privatione Euchariſtiæ eſt, in apricum prodit ſequenti capite. Quod in eo diffuſius exequitur, ad brevem hanc argumentationis formam reduci poteſt: Interdictus ad Euchariſtiam acceſſus principalis pœna erat, quæ in pœnitentia publica locum habere poterat: ſed omnia peccata mortalia ſubire debebant pœnitentiam publicam; itaque manifeſtum eſt, propter omnia peccata mortalia, eorum reo, Euchariſtiæ uſu interdictum fuiſſe.

Hæc duo principia cum totius ædificii baſes ſint, exigebant ſane, ut firmis ſubſtructionibus fulcirentur. Atque hoc capitis ſexti ar-

ſumma ſua voluntate & unanimi ſuffra-
ɔſcribent, doctrinæ ſuæ placitum pro-
r: eo perfectiorem fore pœnitentiam,
ıtius quis a ſumendo divino cibo abſti-

t autem evitemus faſtidium in afferen-
ıthorum locis, iisque admodum proli-
uos undique corraſos nobis obtrudit,
ea, quæ in quovis capite docet, ad
iſſimum ratiocinandi modum revoce-
Valuit is quidem arcana arte callidiſſi-
nulationum involucris doctrinam ſuam
i; at noſtrum erit involuta evolvere.
illius fundamentum in Teſtimonio, &
itate *Conciliorum*, *omnium Patrum*,
ı *Doctorum*, *omnium Sanctorum* collo-
ed eos non niſi generatim appellat;
ando eorum verba profert, plerumque
ı in iis recitandis fide verſatur, prout
ipſum noxæ convicit amicus ejusdem
tius. Miſſas ergo faciamus recenſiones
n, & Authorum, quæ de infidelitate,
de eos recitantis tam ſuſpectæ ſunt.

rimum principium, a quo telam ſuam
· Arnaldus, in quarto ſe capite evolve-
pit. En! quo ſe referat id, quod ibi
omnia enormia delicta olim pœniten-
ɔlicæ erant obnoxia: atqui omnia pec-
ıortalia ſunt delicta enormia; ergo om-
ɔcata mortalia erant pœnitentiæ publi-
noxia.

Alterum principium, quod de privatione Euchariſtiæ eſt, in apricum prodit ſequenti capite. Quod in eo diffuſius exequitur, ad brevem hanc argumentationis formam reduci poteſt: Interdictus ad Euchariſtiam acceſſus principalis pœna erat, quæ in pœnitentia publica locum habere poterat: ſed omnia peccata mortalia ſubire debebant pœnitentiam publicam: itaque manifeſtum eſt, propter omnia peccata mortalia, eorum reo, Euchariſtiæ uſu interdictum fuiſſe.

Hæc duo principia cum totius ædificii baſes ſint, exigebant ſane, ut firmis ſubſtructionibus fulcirentur. Atque hoc capitis ſexti argumentum eſt, ubi hunc in modum diſſerit: Ex mente Patrum tria ſunt pœnitentiæ genera: unum ante Baptiſmum; alterum pro peccatis venialibus; tertium pro mortalibus; & ex eo infert, omni peccatorum mortalium generi ſemper eam pœnam ſtatutam fuiſſe, ut peccator SS. Euchariſtiæ uſu careret. Audiamus ipſum loquentem: (a) „Ex hac pœ„ nitentiæ in tres ſpecies diſtributione eviden„ ti quadam ratione conficimus, Patrum doctri„ nam eſſe, antequam ad S. Communionem „ acceſſus pateat, pro peccatis mortalibus „ cujuscunque ea generis ſint, longiori tem„ pore pœnitentiam agendam eſſe.„ Cæterum ſuo loco & tempore nobis explicabit Arnaldus, quis hujus verbi: *longiori tempore* in lingua ſua ſenſus ſit; modo enim legentium ani-

(a) *pag.* 275.

animi nondum ita comparati ſunt, ut, quod habet in animo, jam tuto effari poſſit.

Et evidens illa ratio, quam jactat, nondum ipſi extra omnem dubii aleam poſita eſſe videtur; hinc ut novis eam præſidiis communiat, caput nonum amplificando huic argumento addicit: *Perfidia in violando pacto, quod in Baptiſmo cum DEO initum eſt, fundamentum erat, quo nitebantur Patres, ut peccatoribus diu in lacrymis & gemitibus perſeverandum eſſe edicerent, &c. antequam ad Sanctum Sanctorum aſpirare poſſent.* Jam vero hæc perfidia *in omni peccatorum mortalium genere locum habet*: ergo etiam *omne peccatorum mortalium genus peccatoribus longæ & laborioſæ pœnitentiæ neceſſitatem imponit*, antequam SS. Altaris myſterio appropinquent.

Hæc autem, quæ de *longæ & laborioſæ pœnitentiæ* ante S. Communionem neceſſitate pro peccato mortali hactenus diſſeruit, non niſi ad prima Eccleſiæ ſæcula pertinere vult. Interea ſenſim ſine ſenſu eo progreditur, ut ea etiam ad noſtra tempora traducat. Argumentum, quod cap. 10 expromit, *omnibus aliis*, ait, *pro fulcro fore.* Et en validum hoc fulcrum, ac columnam novi Evangelii! *Hæc*, inquit, *a ſacra communione arcendi ratio - - - hæc religioſa abſtinentia - - - hæc plena reverentiæ ab altari ſejunctio*, non *bonum* duntaxat *exemplum præbendum fidelibus*,

tudo in ferendis rotæ ac laquei ſuppliciis, in Arnaldi cerebro ſalubris pœnitentiæ rationem non habent; ſed ad eam diuturna a S. Communione ſeparatione opus eſt, ut infelices hi ſalutis ſuæ periculo defungantur; ad illam tamen dependendam, abrupto ante tempus vitæ filo omnis iisdem facultas adempta eſt: hinc nulla ipſis reſtat ſalutis ſpes. At vero num longa illa ſeparatio, ad tutam præſtandam ſalutem ſuam, omnibus etiam aliis peccatoribus neceſſaria eſt? ſine dubio, in *cap.* 16 ſatis apertis verbis reponit Arnaldus; ad quid ergo ex hujus reformatoris ſententia valet methodus, quæ hodie in conficiendo pœniten-

Præ omnibus autem cap. 18 eminet, in quo Arnaldus multo vehementius & apertius, quam unquam alibi in abrogationem Sacramenti Pœnitentiæ incumbit. In hoc nullo fere verborum involucro, nulla diſſimulatione uſus; ſummam neceſſitatem adſtruit, modo longe alio, quam quem Eccleſia probabat hactenus, hoc ſacramentum adminiſtrandi. Eſt is, ut alio loco dicit, (f) „ hodie quidem forte uſitatior, „ quandoquidem univerſali, quo totus mun„ dus laborat, pœnitentiæ horrori ſuffraga„ tur - - at non ille excellentior, non ſecu„ rior eſt, non qui vim & authoritatem habeat „ ab aliqua ex præcipuis Eccleſiæ notis, cujus„ modi eſt antiquitas, & continua ejusdem do„ ctrinæ traditio - - alter modus ab ipſo fon„ te, ab Apoſtolorum, atque omnium Patrum, „ & univerſali per duodecim ſæcula Eccleſiæ „ uſu ortum trahit. „ Enimvero in paucis his verbis indignis ſane modis habetur Eccleſia. Sed ad cap. 18. revertamur. Ecce autem, quibus ille viis aſſequatur ſcopum, quem ſibi præfixit in eo, ut monſtret, publicam, quam commentus eſt, pœnitentiam in Eccleſia conſtituì, neceſſe eſſe: (g) *Æque fieri nequit, ut Eccleſia mutet mentem ſuam, ac ut unquam columna veritatis eſſe deſinat.* Atqui mens ipſius fuit, pœnitentiam publicam ad ſalutem neceſſariam eſſe, eosque, qui peccati ſe mortalis reos fecerint, diu a menſa Euchariſtica arceri

(f) cap. 46. pag. 628.
(g) cap. 18. pag. 452.

ceri oportere: & (*h*) *hæc mens ac sententia totius Ecclesiæ doctrina est, a centenis confirmata conciliis, ubique & in omnibus mundi plagis & morem inducta, sancita ab Apostolis, & ipsius divini Magistri præceptionibus innixa.* Propterea (*i*) *fieri nequit, ut non ecclesia adhuc hodie eadem mente sit, & in eadem usque ad finem sæculorum perstiterit.*

Verum hic novorum hunc dogmatum architectum percontari fas esset, num Ecclesiæ quoque mens sit, hodie etiamnum publicam pœnitentiam ad salutem necessariam esse, aut quid denique sentiat de eadem Ecclesia, quæ, quantumcunque ab ipso nulli variationi obnoxia esse prædicetur, usque eo tamen mutavit mentem suam, ut antiquaret pœnitentiam publicam, & doctrinam *sancitam ab Apostolis, & ipsius divini Magistri innixam præceptionibus* repudiaret? Sed Arnaldo hæc quæstio nihil negotii facesseret: regere posset (*k*) *præsentis temporis Ecclesiam, cum jam obsolescat præ senio, mutari sensim, declinare, & occasui suo propinquam esse.* Si premeretur, & urgeretur ulterius, tunc blasphemiam hanc firmaret testimonio (*l*) *Gregorii VII, & S. Bonaventuræ*, quantumvis nullum illis unquam ejusmodi verbum exciderit; ex his vero inferret, necesse omnino esse, ut ad pristinam formam revocetur Ecclesia, & postea

(*h*) pag. 453. (*i*) pag. 454.
(*k*) Præfat. pag. 107.
(*l*) *Ibid.*

ent, ac dicere, Ecclesiam reformari, is (n) *cum disciplinæ dissolutio in peculia- eligiosis ordinibus imago sit illius, quæ eve- teſt in religione generali, illius reparatio no- que formam exhibeat illius, quam Ecclesiam ra instituta reduci oporteret.* Atque hæc, ıligni temeritate fabulari ausus est ali- etiam hoc loco commemorare pote- At nimis aspera, & cruda ea fuissent gumento, quod habebat tunc præ ma- ut gradatim ad præstitutam sibi metam ret, respondo opus erat, quo testatum :, seriam Ecclesiæ voluntatem esse, ut e pœnitentiæ pristinus suus splendor, nitas redderetur: pro quo etiam quam r illi cecidit, ut locupletem, qua rem et, rationem ex Canone: *omnis utrius- cus*, nancisceretur.

„ ſignat diem Paſchatis : pro priore nu
„ certum diem conſtituit, ſed relinquit l
„ tati fidelium, ut diem & tempus pro
„ trio ſibi ſuo deligant - - - Hæc differ
„ an non omnes, qui ex æquo & bono
„ exiſtimant, fateri cogit, Eccleſiam
„ ſolum inter ſe diſtinxiſſe tempora, q
„ injunctum ab utroque hoc præcepto
„ cium implendum ſit, - - ut ſpatium
„ fidelibus, poſtquam de ſuis ſe noxis a
„ faſſent, tamdiu, quamdiu vellent,
„ anno agendi pœnitentiam, quin tenea
„ S. Communionem obire, ſed eam, ut
„ ri præcepto obtemperent, ad diem Pa
tis differre poſſint?

nali ſiſterent, idque propterea, ut
inta ſaltem dies eſſent reliqui, quos
ıtus & lacrymas &c. ac comparan-
Communionem Paſchalem animos
ınt; & hæc indulgentia ac relaxatio
ſtrema dici poteſt, ad quam de-
t Eccleſia. „ Itaque peccatorum
confeſſio, quæ *non tanto ſaltem*
quantum eſt tempus Quadrageſimæ,
s dilationem ſibi adjunctum ha-
leſiæ ratio bus ac ritibus contra-
, & vitioſa eſt.
tam exoticis ac inſolentibus ideis
um informatum habeat Arnaldus,
um nobis videri debet, quod de-
Concilio Tridentino, quod nul-
us vidit oculus Catholicus, (q)
nimirum affectum & deſiderium in-
pœnitentiam publicam, ſimulque
lmirabiles *vias*, quas ad eam re-
apperuerit Concilium, quarum
, quod renovatas velit omnes tra-
Apoſtolicas: Atqui pœnitentia pu-
tantum caput quoddam erat ex
us traditionibus Apoſtolicis - - &
officiis diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quem-
omnes nos Patres docent, ſed in-
cujus ipſe Dominus Author eſt:
cilio ſingulariter cordi eſſe debet, &
ut eadem in veterem locum reſtitua-

(q) pag. 470. & ſeqq.

Et quid? an non juſtas, magnasqu
tiones habet, ut ſingulari hoc *deſiderio* ar
cum, ſi novum hunc reformatorem audia
hæc pœnitentia hodie, præquam alias
neceſſaria? Argumentum, quo rem pro
dignum ipſo authore eſt; nempe (*r*) ve
te ſua ac ſenio Eccleſiam in dies debili
reddi. Et quomodo pœnitentia hæc pu
tam neceſſaria exercenda eſt? (*s*) *Modu*
ſpondet, *quo ex Sanctorum doctrina*
pœnitentibus fieri poſſit [redacted] *is præ reliqui*
lior eſt, - - ut magna animi ſubmiſſion
ero ſe altari ſubducant.

Hæc via, quam præit, iam prope

[redacted]

gravitati peccatorum ipſorum pœnas in-
nt : ſed (x) *privatio Euchariſtiæ eſt pœna*
ne conſentanea gravitati peccatorum ipſo-
quandoquidem *graviſſima hæc pœna*
quæ peccatori irrogari poteſt - - - Nam
tatem hujus pœnæ ex eo colligimus, quod
tiones metiri oporteat magnitudine bonorum,
illæ adverſantur, & quo hæc ſeu
ntiora, ſeu exiliora ſunt, eò graviores
eviores etiam illas exiſtimari neceſſe ſit.
Euchariſtia ſupremum hominis Chriſtiani in
undo bonum eſt ; præterea Euchariſtiæ
dictio (y) *imago eſt funeſti illius anathe-*
, quod Chriſtus Jeſus extremo judicii
ntorquebit in reprobos - - - - eſt quædam
ationis ſpecies : ergo ſumendæ Euchariſtiæ
itio graviſſima pœna eſt, quam pec-
in hac vita ſubire poteſt : ergo (z)
ontinetur una ex æquiſſimis proportionibus,
nter ſatisfactionem & offenſam poſſunt in-
ere. Denique, quo diuturnior fuerit
ab Euchariſtia abſtinentia, ſi etiam om-
hominis vitam exæquet, eo major ***inter***
actionem atque offenſam proportio, ipſa
n ſatisfactio DEO gratior, & ad ſalutem
r erit. Et hic terminus ille eſt, ad quem
ldum nos velle deducere, me monſtra-
n promiſi.

En itaque Epitomen partis eorum, in
is ad conſtituendum Deiſmum, *ut com-*

O 2 *mu-*

ag. 478. (y) Part. II. cap. 5. pag. 263.
id. cap. 23. pag. 478.

munis omnium ſenſus erat, elaborandis dile-ctus Sancyrani diſcipulus operam ſuam po-ſuit; & quidem præcipue expoliendo prime ejusmodi adjumento, quod Burgofonte ſanci-tum fuerat, eique adhibendæ curæ intentus *ut fideles a pœnitentia, & Euchariſtia aver-terentur, non quidem ita, ut indictum fieret nolle ſe, ea minus frequentari ſed ut duorum horum ſacramentorum uſus tam difficilis redde-retur, acſi omnis ad illa acceſſus obſtructus eſſet.* Quivis modo judicare poteſt, num *communis ille omnium ſenſus* præceps, & vanus fuerit. Nos interea artes fallendi, qui-bus uſus eſt, penitus expendamus.

[redacted]

publicam ad privationem Euchariſtiæ reducit, id, quod unum animo deſignaverat : (*b*) „ „ Quodſi igitur (Præfationis verba ſunt) de „ omnibus exterioribus antiquæ pœnitentiæ „ partibus non retineatur aliud, quam ſe„ paratio a Corpore Filii DEI, quæ ſecun„ dum Patres pars illius eſt præcipua, utpo„ te privationis felicitatis æternæ imago quæ„ dam ac ſpecies, ex hominum autem judi„ cio facillima, quippe in qua ſubeunda nul„ la difficultas ſit, - - - num erit, qui tam „ juſtum temperamentum non æqui, boni„ que conſulat ? „

O quam repente rigidus Arnaldus totus a ſe alius, & flexo ad lenitatem animo eſt! nil petit amplius, quam ut ne ſacræ menſæ accumbamus: ab hac qui abſtinet, ex ipſius ſenſu pœnitentiam agit, quæ ob præſtantiam ſuam omnibus reliquis pœnitentiæ formis longe antecellit ; quin adeo officioſum ſe, nobisque gratificandi ſtudioſum præbet, ut ipſe de ſingularibus, quibus nova hæc pœnitentiæ ſpecies fulget, ornamentis nos edoceat: (*c*) „ Quandoquidem, ait, hæc ſatisfactio ma„ gis ad ſpiritum, quam corpus pertinet, „ pronum eſt judicare, ea illam ante omnes „ alias prærogativa eminere, quod ab omnis „ generis ac ſtatus hominibus præſtari poſſit ; „ cum tamen non rari ſint, quos vix rerum „ ſuarum conditio ſinat, aut *inedia*, aut *vi*-

(*b*) *Ibid. pag. 19.*
(*c*) *cap. 23. pag. 479.*

„ *giliis*, aut *voluntaria caſtigatione* corpu
„ affligere, aut *multùm eleemoſynæ elarg*
„ *ri* - - Hæc ab Euchariſtia abſtinentia nu
„ ex omnibus his difficultatibus obnoxia eſt
„ ſervari poteſt ſine ulla novi oneris acceſſion
„ quo nimium graventur animæ; neque ai
„ plius cum publico dedecore, quemadm
„ dum olim, cum palam & in facie toti
„ populi pœnitentibus S. Communione inte
„ diceretur, conjuncta eſt; ſed plerumq
„ cordis demiſſione, & voluntaria illa co
„ demnationis ſententia, quam in ſeipſu
„ fert peccator, dum ſe participatione C
„ nis Jeſu Chriſti indignum reputat, to

deteſtabili ſuæ doctrinæ fidem conciliaret, non poteſt non univerſo mundo omnem modum exceſſiſſe videri. Novit orbis, quanto ſtudio ſanctus hic Præſul ad inſtaurandum frequentem Sacramentorum uſum incubuerit; & vita ipſius, & doctrina palam id loquitur. Poſſevinus vitæ ſcriptor teſtis eſt, S. Carolum nullum aliud efficacius ſubſidium, quo Eccleſiam ſuam antiquo ſplendori reſtitueret, ſuppetere ſibi exiſtimaſſe, quam ut ſubditum ſibi populum ad priorem ſacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſæpiſſime adeundi conſuetudinem revocaret; cujus rei efficiendæ millenas ipſi rationes ingenioſa charitas ſuggerebat. Singulis diebus jam hoc, jam illud Parochiale templum adibat, ut ſuis ipſe manibus Euchariſticis convivis divinam hoſtiam impertiretur; illudque impetraverat a ſummo Pontifice, ut plena noxarum venia fieret omnibus, qui e ſua manu Angelicum panem recepiſſent; ſæpe viſus, ad ſecundam & tertiam uſque a meridie horam in dividendo multis hominum millibus cæleſti epulo perduraſſe. Væ ſacro illi Præconi, qui in Diœceſi Mediolanenſi vel obliquo etiam vocabulo frequentiſſimum Euchariſtiæ uſum perſtringere auſus fuiſſet! Certus erat, omnibus ſibi ſacris interdictum iri, velut homini, qui perverſa doctrina populum imbuiſſet.

Et hunc tam ſanctum Præſulem, hunc frequentis Communionis reparatorem Arnaldus tredecim integris ſecundæ ſuæ partis ca-

pitibus repræſentat nobis ut hominem, qui non noſſet, ac vellet aliud, quam differre abſolutionem, ſeu, ut ait, (e) *ſatagere, ut obſervarentur antiqui Canones*, quod idem eſt, prout temere explicat, ac *homines addicere pœnitentiæ, eosque diu detinere in gemitibus, & lacrymis, antequam illos ad ſacram Communionem accedere ſineret.* O plene omni dolo, & fallacia!

Atque hæc, niſi vehementer fallor, abunde demonſtrant, Arnaldi doctrinam ad peccatores in omne tempus a vera Pœnitentia & Euchariſtia avertendos directe pertinere. Ve-

quam perfecerit omne id, quod ad rei execu-
em ab ipſius pendebit ingenio, & induſtria.
Itaque nondum omnes Arnaldus novæ
pœnitentiæ prærogativas ſub aſpectum
it, nec eam hactenus, niſi tanquam (*f*)
ſanctiſſimum contra peccatorum vulnera re-
tum nobis exhibuit. At ponamus jam,
um ſauciorum ſeu peccatorum quempiam
a ab Euchariſtia abſtinentia ex vulneribus
recreatum, cupere omnino, reliquo vitæ
pore viam virtutis inſiſtere; fingamus, pec-
rem hunc redintegrata cum DEO pace
me comparatum pergere porro, Arnaldo
conſcientiæ ſuæ arbitro uti. Num illi per-
et hic denique, ut cæleſti dape refficia-
? Juſtus eſt, DEI amicus eſt, nihil refert:
ivinam menſam non accedet. Subve-
tamen Arnaldus neceſſitati famelicæ hujus
næ, eique alimentum ſuppeditabit ab illo,
i deſiderat, prorſus diverſum; nam pœ-
ntiam ſuam publicam, id eſt, ab Euchariſtia
inentiam, quæ *pars præcipua illius*
, proſequi jubebit, atque hanc abſti-
iam docebit (*g*) *exercitium eſſe pie-*
, firmamentum virtutis, facundum ca-
um donorum ac gratiarum fontem, &
ſelis in cælo lætitiæ argumentum. O quam
acia hæc incitamenta ſunt, quibus ad
ndam æquo animo pœnitentiam, quæ
ti non in alio, quam in *ſecretione a cor-*
Filii DEI ſita eſt, anima inducatur!

cap. 34. Videat. integra *pagina* 530.
ibid.

Quodſi porro novo huic Evangelio damus, *ſponte* ſe ſeparare a corpore Filii D idem eſt, ac (*h*) *conari*, *Jeſum Chri Chriſtiano quodam cultu ac reverentia l rare*; idem, ac ad alterum in via perfe nis gradum accedere. Unde quàntuluscu tandem erga Jeſum Chriſtum amor in c juſtæ hujus animæ, ab Arnaldo directæ, geat, magna tamen ſua voluntate ad ſe dum hunc gradum progrediatur oport quandoquidem viæ dux certam eſſe vult, via eum, quem amat, honorari.

Quodſi jam anima his principiis iml

appoſitiſſime elidat, hæc ſunt: (*i*) „ſi omnium hominum judicio injuriam faret terræ regibus, qui magnum ipſis horem ex hoc accedere diceret, quod ipſom ſubditi ſæpius regiæ menſæ convivæ hibeantur; num pro dignitate de Rege æli loquitur is, qui dicit - - - grandem ſi tum honorem haberi, cum miſeræ creaæ ſæpe Euchariſticæ menſæ accumbunt, ipſius ſe paſcant corpore? „Et cui poſt ad honorandum Jeſum Chriſtum, veſcenſius corpore animus erit?

amque nihil agendum amplius reſtat Aro, quam ut ſanctum ſuum pœnitentem et in inſpirato a ſe propoſito ab Euchariabſtinendi; deinde ſuis illum difficultatiexpediat; & denique omnes ex ipſius aniſcrupulos evellat. In ſuſcepto illum conconfirmat, cum eidem perſuadet, plenum eritatis factum fore communicare, quancunque ſibi inſons videatur, niſi munı cordis ſui par ſit beatis in cælo. Verquæ eximiam hanc doctrinam continent, iino recitari merentur; en illa: (*k*) „Euhariſtia cibus eſt idem cum illo, qui manucatur in cælo: unde *neceſſario* conequitur, ut munditia cordis fidelium, ui eo veſcuntur in terris, proportionem comparationemque habeat cum unditia Beatorum; neque alia ſit differen-

„tia,

(*i*) Part. III. cap. 11. pag. 724.
(*k*) Ibid. cap. 7. *pag. 680.*

„ tia, quam quanta eſt inter fidem & viſio„ nem claram DEI, a qua ſola pendet diver„ ſa ratio, qua manducatur hic in terra, ibi „ in cælo. „ Ut diſſimulem nidorem Calviniſmi, quem obſcura hæc verba exhalant, num recta magis via pergi poterat ad terminum? Summa foret illius arrogantia, qui æquare ſe cælites integritate animi crederet; ergo nec minor erit illius, qui vel ſemel manducare audet *cibum, qui manducatur in cælo.*

Quantumcunque autem perſuaſum eſſe poſſit huic animæ nihil ſe perfectius, DEOque gratius efficere poſſe, quam ſi menſæ Eu-

mento nititur; idem eſſe, *agere pœniten-*
m, & *abſtinere a communione*: ergo cum
dit, deſiderium *agendi pœnitentiam* fuiſſe
per cauſſam legitimam, *quaſi unicam* non
mmunicandi tempore paſchali, idem dicit,
, deſiderium non communicandi eſſe cauſ-
m legitimam & *quaſi unicam* non commu-
candi in Paſchate, quidquid ſecus decernat
x Eccleſiæ.

Poſt hanc tamen adeo inſolentem deci-
nem non poſſent non multi adhuc ſcrupuli
ſidere in anima, quæ ſincere DEO con-
ngi petit. Sed ecce, quod quidem ultra
lem videbitur omnibus, qui librum de fre-
ente communione non legerint, ecce obla-
m ab eo modum abigendi hos ſcrupulos, &
um firmiter ſtatuendi, illos originem ſuam
bere diabolo: (*m*) „Diabolus, ait Arnal-
dus, profanis hominibus, qui ex corruptis
hujus ſæculi moribus vivunt, pios ſenſus
injicit, quin ex iis quicquam utilitatis ca-
piant; & hinc ſæpe etiam improbos ad ſu-
mendam Euchariſtiam incitat, ut ad com-
mittenda ſacrilegia inducat. „Quantum-
nque tenui quis in dirigendis animabus uſu
leat, neſcire non poteſt, quot earum,
antumvis integerrimæ, ad credendum
oclives ſint, ſe ſceleratas, ac criminoſas
ſe: ſcit, quanto plerumque, eoque immo-
co percellantur timore, ne ſe ſacrilegiis
ob-

m) Part. III. cap. *xx. pag. 728.*

obſtringant. Rebus autem ſic comparatis, quam avide excipient doctrinam, quæ falſis ſuis imaginibus faveat, ac credulis perſuadeat, pium ad obeundam S. Synaxin inſtinctum, quem Deus menti indidit, proficiſci a dæmone? Ejusmodi ergo ſimplices animæ jam aliis, quibus liber Arnaldi ſcatet, dogmatibus perterrefactæ, etiam Paſchali tempore cogitationem ſuſcipiendæ Euchariſtiæ abjicient, Doctorque Arnaldus illis fidem faciet, hanc animi comparationem eſſe (n) *comparationem ſanctam, - - - ſenſum laudabilem - - - gratiam quandam omnino ſingularem - - - affectionem animi extra ordinariam,*

gratiæ, & pœnitentiæ ſpiritu ita commo-
te ſunt, ut ſummis incederent lætitiis, ſi
ad teſtandum DEO dolorem ſuum, ex ejus
offenſa conceptum, *uſque ad finem vi-
tæ communionem ſuam differre poſſent*,
tanquam indignæ, quæ propius Corpori
Jeſu Chriſti ſe admoverent.

Atque ſic videmus denique, peccatori-
bus æque ac juſtis *interclufum* eſſe ad SS. Eu-
chariſtiam aditum: prioribus quidem, quia
quo diuturnior eſt privatio corporis Filii DEI,
eo aptius pœnæ genus eſt, quod ipſorum
peccatis reſpondeat; quam ipſam ob cauſſam
eadem in illos ſtatuere ſacrorum judicum eſt:
poſterioribus, quia quantocunque demum
tempore duret eorum a pane Euchariſtico ab-
ſtinentia, procul tamen diſtabunt ſemper a
tordis munditia, quæ cum munditia Cælitum
in comparationem venire poſſit; & tamen
hoc inter utramque munditiam proportio *ne-
ceſſaria* eſt, ut quis ad cæleſte epulum ſe
convivam ingerere audeat. Et hic libri de
frequenti communione ſuccus ac medulla eſt.

Num poterant autem rationes iniri aptæ
magis & concinnæ, quibus *uſus duorum Sa-
cramentorum, quæ ab adultis frequentari ſo-
lent, tam difficilis, iisque conditionibus,
quæ cum hominum ſtatu hujus ætatis*, imo
ætatum omnium *conciliari non poſſint, ad-
ſtrictus*

ſtrictus redderetur, ut omni obſepto aditu, eadem inacceſſa remanerent? Poteratne opportuniore via, quam qua inceſſit Arnaldus, negotium confici, quo per *extinctum duorum horum ſacramentorum uſum, cujus abrogatio tam bello obtentu niteretur, etiam poſtea fides de iis extingueretur?* Arnaldus igitur munere ſibi impoſito in executione Conſilii Burgofonte initi optime perfunctus eſt. Et hinc neminem illorum, qui a centum & amplius annis judicarunt, librum *de frequenti communione* ad urgendam iſtius conſilii executionem deſtinatum fuiſſe, ſua fefellit opinio.

roclitos ſenſus deprehendiſſet, ex qua ipſa abat inexpugnabilis quædam in conceptis ionibus pertinacia, eaque judicii tenaci- cujus pauca exempla reperias.

Vix ille poſſeſſionem cathedræ ſuæ adie- cum in eo omnes ſuas cogitationes defige- ɐpit, ut numeros omnes boni pro grege Paſtoris impleret. Quam in rem Jeſuitas primos delegerat, quorum opera & ad cientiæ ſuæ, & Epiſcopatus negotia utere-

Cum eſſet Toloſæ, non niſi apud illos di- ıbatur, eosque & in Collegio & in Tyroci-)omo habitis a ſe exhortationibus domeſti- honorabat. Tenuit hic amor ac fiducia, ndiu nil melius agi a ſe poſſe credidit, quam m ſequi Eccleſiam. At putavit demum, o perfectiorem viam ſe inveniſſe in libro de ıenti communione, qui uſum docebat pror- liverſum ab illo, quem Jeſuitæ lectabantur. r hic, qui tot ſapientes viros graviter offen- videbatur ipſi admirabili doctrina refertus, ɜ propterea, quod ad durum ipſius, & im- ſuetum ingenium conformatus eſſet. Legi ı voluit in Congregatione ſuorum Eccle- corum, & paulo poſt quicquid ex eo ſeve- uicquid ſupra modum rigidi ad Sacramen- n uſum pertinens eruere poterat, in ɔeſi ſua in morem inducere aggreſſus eſt. lectum hoc opus tantum in ipſius animum habuiſſet, ut perſuaſum ſibi vellet, virtu- pœnitentiæ, & quidem eo, quo contende- Arnaldus, ſenſu intellectæ, magis ad ex- das animas neceſſariam eſſe, quam ipſum

ſanguinem Jeſu Chriſti ſacramentorum uſu iis
dem applicatum; cœpit curare, ut in omnibu
occaſionibus ſuſpenderetur abſolutionis bene
ficium. peccatores ad diuturnam pœnitentiam
damnarentur; fœminæ autem, quæ ſacerdo
tes flagitiorum ſocios habuiſſent, ſibi epiſcop
peccata ſua, eorumque participes aperirent.

De hoc tam egregio inſtituto ſuo, cum Je
ſuitarum quemdam conſuluiſſet; hic autem
illud improbaſſet, ab omni cum ipſis conſo
tio poſthac abhorruit, adeo quidem, t
cum Rector Collegii Toloſani ad eum inv
ſendum accederet, eidem Præſul renuncia
juſſerit, rogare ſe, ut nunquam amplius a

Vicarium. Hunc Janſeniſtæ argento emptum
acile innexuere ſuis partibus; eo autem Au-
hore Epiſcopus declaravit ſe cauſſæ addictum,
uam deinde in religionis negotio amplexus
ſt. Debemus hoc anecdotum nobili Princi-
is Condæi Aulico, qui & Epiſcopum, &
nnuhum ipſius, generalem Vicarium probe
ognitum habebat.

Sub idem fere tempus (q) alia Janſeniano-
um Præconum colonia * Abbatisvillæ in Pi-
ardia eodem, quo Alecti, ſtudio novæ Arnal-
i doctrinæ famam ac nomen comparare ſata-
ebat. Conatus hic & ardor valde amaros fa-
iliis quibusdam fructus tulit. Inter alios no-
rum horum Directorum aliquis fæminam,
æ non ſemper marito ſuo thori fidem ſerva-
at, publicæ pœnitentiæ addixit, atque hanc
illam pœnam ſtatuit, ut crimen ſuum fate-
ur marito, ejusque veniam ac pacem expo-
et. Adeo parum, ut videmus, ſanctiſſi-
in ſacro foro arcani fides hos homines
itos habet, quibus id unum cordi eſt,
oc ſacramentum odioſum, & tam ar-
n reddant, ut nullus amplius illius uſui
; eſſe poſſit. Cum itaque uxor delictum
aperiret marito, nihil propius aberat,
ut hic ex prima animi commotione ad
am vim deſcenderet, manumque cruen-
xori inferret. At mitigato paulum do-
atis deinde habuit, domum, uxorem

iſtolæ Euſebii ad Polemarchum Part. II. pag.
*) Abbeville.

ac liberos ſuos deſerere, ipſaque etiam vincia in perpetuum excedere.

Barcoſius Sancyrani nepos, arctius ſcenti ſectæ illigatus erat, quam ut in pr randis, quantum ingenii ſui vires ſiner illius emolumentis quicquam negligeret. mortem avunculi ſui clandeſtinis And artibus Abbas S. Cyrani deſignatus, ſtud ſuum pro tollendis ſacramentis intra fines ritorii Abbatiæ ſuæ continuit quidem; rem egit tam atrociter, ut religioſis ſuis e in ipſo ſupremo morbo, & ex hac vita ceſſu ſacramenta negaret, & a fæminis, rum conſcientias regebat, palam ea p

& mysteriorum aque terribilium, ac venerabilium felici intuitu fruantur. Pars hæc est elogii, quod miseris ruricolis ab Hamelio depravatis Arnaldus impertitur: ex altera parte in suffragio, seu libri approbatione, quam ajebam, mirum, quanta oblectatione Hamelius suos sibi ipse ea in re succesſus gratuletur. Unde post Conventus Burgofontani capita, primo inter factiosos subsellio omni jure collocari meretur. Et en, cur, & quomodo.

Henricus Hamelius ingenio ad simulandum, fallendum, & assentandum nato & facto, officiosis suis benevolentiæ captationibus, blanditiis, & præconiis, iisque omnino immoderatis, maximorum regni histrionum unus evaserat: juratus Sancyrani assecla, cujus, editique ab eo *Aurelii* ferventem patronum gerat, cum Doctoris nomine insignitus fuisset, tenuem quamdam in Diœcesi Senonensi & pago * S. Mauritii ad Veronam nuncupato, parœciam obtinuit. Hic ille se veluti pro Patriarcha, supremo Principe, & Pontifice gerens, mutabat, sanciebat, abrogabat, innovabat pro arbitrio omnia; denique in novitates prurienti, inter alia etiam de usu publicæ pœnitentiæ consilium in mentem venit. Postquam igitur ad novum hunc morem aditum sibi in parœcianorum animis præmunierat, die quadam Dominica Anni 1641, finita

(*) S. Maurice sur *la Verpn.*

ta circa templi ambitum ſupplicatione, ſella
ſibi honorariam ad aram ſtatui jubet; in q
cum vix aſſediſſet, prodiit palam homo ruſ
canus e parœcia, nudo capite, & pedibu
qui coram Parocho proſtratus, piaculi ſi
nomine peccatorum pœnas indici peteba
indixit Parochus, & pluribus deinde adhil
tis ceremoniis cum Eccleſia reduxit in gratian
mox in Cathedram proſiliens, vehementi ſe
mone parœcianis ſuis amorem publicæ p
nitentiæ, cujus modo egregium ipſis ſpe
men exhibuiſſet, ingerere adniſus eſt: ſu
junxit fabricatam a ſe hujus pœnitentiæ fo
mam, eosque, quos eidem ſubjici voleba

tur, qui ad templi januam alta voce clamaret, fas jam eſſe pœnitentibus, ad excipiendum Verbum DEI accedere. Quod ad quartum pœnitentium ordinem pertineret, in horum numerum adſcriptum iri profligatæ frontis & vitæ homines, qui flagitiorum ſuorum contagione etiam alios inficere poſſent. Semovendos hos usque ad colliculum e regione majoris templi jauuæ, ubi ipſis interjacente valle, quam amnis interfluit, a templo disjunctis, ſolus hujus introitus conſpiciendum ſe daret. Cæterum quanto tempore in pœnitentiæ exercitiis perſiſtendum eſſet, ſtatuere conſilii & arbitrii Curionis erat: oportebat autem iisdem adjungi jeunia, verberationes publicas, tunicas ſetoſas, atque alia afflictationum genera. Hæc igitur erat forma pœnitentiæ hujus publicæ, eaque non tantum pro peccatis publicis, quemadmodum olim, ſed etiam pro peccatis occultis, qualis nunquam in uſu fuerat. Commentus eam eſt, ſuoque exſculpſit e cerebro Hamelius, atque in parochiam ſuam invexit ſine authoritate Epiſcopi, non communicato cum ejus miniſtris negotio, neque ullius alterius, præter eorum, qui e factione erant, conſilio inſultus, quodque mireris, quinque omnino annis eadem duravit, quin ſe quisquam novo huic ritui opponeret. Huic vero, ut pretium & exiſtimationem compararet Curio, eo adduxit pagi Dominum, * Navinaltium de S. Mauritio, ut ſuam ipſe filiam hoc pœniten-

(*) Navinault.

tiæ genus subire permitteret. Annos
ter septendecim, vel octodecim nata
prudens, liberaliter educata, & probis
tegris moribus. Magna omnium mentes,
losque tenuit admiratio, cum die qu
Dominica nobilis hæc virgo habitum pœn
tis induta in templo se sisteret, & ad cœ
rium relegata divino ibidem officio nud
pite, & pedibus assisteret, ritu omnibus
tuor pœnitentium classibus, viris juxt
fæminis contra disertum S. Pauli præce
communi. Persuaserat autem misellæ C
summo ipsi hunc pœnitentis ornatum
Deum & homines honori fore. Verun

Non multum lapſum eſt temporis, cum c hovi Evangelii Apoſtolus pagi caupóni, ui publicam pœnitentiam in jocum, ac riſum erterat, frivole, aut potius nullo nomine tem intulit. Caupo, cum in contentionis ſtu intempeſtive nomen DEI interponeret, a ſtomachum movit Curioni, ut hic adver- rio ſonantem colaphum infringeret tam va- dum, ut eum humi affictum ad pedes ſuos oſterneret: neque hac injuria contentus, n acquievit prius, quam caupo duceretur carcerem, ex quo non ante patebat exitus, iam ſponſionem ſibi extorqueri pateretur, l reddendum publicæ pœnitentiæ, ejusque uthori honorem, aliquot ſe menſibus eidem bdere velle.

Verumtamen hoc in genere nihil impor- num & in ſolitum magis in hominum ſermo- m venit, quam ea agendi ratio, qua refor- ator uſus eſt erga Parochum, qui cum re- ſa parum honeſtam hactenus vitam duxiſſet, amelii perſuaſu pœnitentiam agere inſtituit. dactus autem ab eo eſt, ut poſita talari tu- ca, caput & pedes nudus, func ex collo ndente in cathedram aſcenderet, & to- divini officii tempore, niſi cum dictu- ad populum locum cederet, omnium ulis expoſitus perſtaret. Atque hæc ſunt la exempla, quibus Curio S. Mauritii ad Ve- nam pœnitentiæ publicæ ad eam, quam ictio commenta eſt, normam effictæ, gran- e momentum attulit. eamque ab anno 1641,

quo eidem initium fecit; ad annum 1(atque adeo eousque produxit, dum e ſua ut mox dicimus, parœcia excedendum (Ob hoc vero tam inſigne meritum jure e moribus factionis fuit, tantamque ſibi inſ(te, quam ſuſcepit, molitione famam, & thoritatem confecit, ut ipſius elogium in mo, quod e Portu Regio prodiit, op(honeſtiſſimum locum haberet, & in e(conſultus, & gravi animadverſione di(ipſius agendi modus, tanquam nobiliſſi(hujus ſæculi factum prædicaretur. (*s*)

Interea Hamelius non eodem loco, & mero, quo in Portu Regio, alibi fuit.

reddidit. Cum Pariſios ſe recepiſſet, m rerum habitus erat, quo ſibi forrem vix optare poterat.

eterum magnum jam quæſtum fecerat quod nova pœnitentia publica radices in Diœceſi, urbi regni principi adeo neque ſteterat per Gondrinum, qui tempore Archiepiſcopus Senonenſis atus fuerat, quo minus eadem in omacræ ſuæ jurisdictionis locis ſedem fiadeo ille nihil loquebatur, niſi de reis veteribus inſtitutis, de puriore & re Ethica, de pœnitentia publica. At omnibus intererat Factionis, ut ei domicilium collocaretur; de qua illa ſerio cogitaret, videbat neceſſaſſe, ut parœcia aliqua potiretur, cui ſibi hominem præficeret. Deſtinata operi eſt parœcia S. Mederici, cui cus Hillerinus Curio præerat, vir quirobus, ſed exilis ingenii, & de muui rationibus, deque modicis dotibus, ad tantum miniſterium polleret, anlentidem, multisque ex ea re conſcingoribus obnoxius. Facile ab eo impeoterat, ut crederet, nolle Deum, ut unere fungeretur. Arnaldus & Barqui verſutis ſuis artibus adminiſtraegotium, hortati tandem hominem ut promiſſa octingentarum librarum ſumotannis ſolvenda, in Portum Regium ret; quam etiam conditionem admiſit Hile-

Hilerinus, & ſua ſe parœcia abdicavit. Hamelius factus a natura videbatur ad obeundum hoc munus. De eo ad illud deligendo, cum tot tamque luculenta ſui pro Factione ſtudii dediſſet ſpecimina, nulla hæſitatio eſſe poterat, habebantque, qui rem familiarem Portus Regii curabant, non minus ac alii, amplum de hac electione lætandi argumentum.

Novus S. Mederici Curio ſuavi ſua & influente in animos comitate, facilitate morum, & honeſtatis, quam præferebat, fallaci ſpecie brevi in parœcia ſua dominari cœpit. Faſcinabantur eius colloquiis nobiles fœminæ,

„ Homo hic (Hamelius) nulla re niſi
„ aſſentandi arte valet; tot callet rationes,
„ ſe ſuaque tegendi, quot ſpoliandi fœminas,
„ easque expilandi, vix ipſo relicto induſio.
„ Et hinc tanta ipſius potentia, quæ facit,
„ ut omne Janſeniſmi robur in ejus manu poſi-
„ tum ſit: cæteri ſunt meri chartarum aliptæ,
„ inepti, ut jncta etiam opera vel unum
„ partibus ſuis adjungant: at ille adulatione,
„ blanditiis, & aſſimulatæ pietatis ſpecie faci-
„ le ſibi conciliat animos, eaque dexteritate
„ rem agit, ut nemo ipſius elabatur manibus.
„ Quodſi quis ſit, qui ſibi os ſublini non ſinat,
„ prior ipſe his affectatis verbis aggreditur:
„ chariſſime, an nulla tandem via ac ratio
„ eſt implendi menſuram gratiæ, quæ eſt me
„ inter & te? Omnis ipſius ars lucrandi ho-
„ mines in verborum illecebris, quibus ali-
„ quot pietatis pigmenta aſpergit, ſita eſt.
„ Ut fœminas irretiat, orditur a monitis, qui-
„ bus ad exponenda ſibi totius vitæ peccata
„ hortatur; deinde officioſis ſalutationibus,
„ ac congreſſibus, quos reddit, & accipit,
„ ſibi arctius devincire pergit. Nobiliores ma-
„ tronæ per cauſſam commodius ingrediendi
„ templum, claves ad ipſius ædes habent, &
„ quando ad ſacrum, Veſperas, vel Concio-
„ nem accedunt, nunquam domum redeunt,
„ quin illi ſuæ erga ipſum obſervantiæ thus
„ adoleverint, eumque oblatis muneribus ho-
„ norarint. Domus ipſius nunquam vacat a
„ fœminis, quibus flagrantiſſimi inſtar amaſii
„ blandiri ſolet; non ſine nota, ac nimiæ ſa-

„ mi-

„ miliaritatis ſpecie attrectat earum manus &
„ brachia, vellicat etiam, palpat, ac mulcet
„ faciem, ſpecioſa tamen aliquot dicta de cul-
„ tu pietatis, & amore Dei admiſcet, ea-
„ rumque pro ſe preces flagitat.

„ Sed illas, quæ ad eum munerandum
„ difficiles, ac parcæ ſunt, diu in pœniten-
„ tiæ exercitio detinet: quæ refractarias ſe
„ præbent, urget, & terret DEI judiciis.
„ Jam plures ex injecto immodico terrore
„ mortuæ, aliæ de poteſtate mentis dejectæ
„ ſunt. In templo vultum ad omnem compo-

ſint, per obtentum eas revocandi a vitiis, colloquia ſerit. Irridet factionis ſuæ ſocios, qui de ſuo potiſſimum ingenio & doctrina gloriantur, probe gnarus, longe majora ſibi eſſe illicia, quibus efficiat, ut prenſetur ab aliis, non autem opus habeat, ut prenſet alios. „

En lineamenta quædam, quibus Amyotus adumbratum Hamelium Regii Confeſſarii oculis exhibet. Liquet autem ex iis, quam parum novi hi Apoſtoli ſibi reſervent de rigida morali, ac pœnitentia publica, ad quam tamen ſubeundam inexorabili ſeveritate adigunt alios.

Interea Pariſiis caſus incidit, ex quo Hamelii directioni nonnulla labes aſperſa eſt, ejusque nomen male audire cœpit. Puella quædam, in pœnitentium ab ipſo redacta ordinem, ac terrificis turbata imaginibus, quam ejus animo de occultis DEI judiciis Director ingeſſerat, præ deſperatione ex ædium feneſtra in ſubjectam ſe plateam præcipitem egerat; ex quo lapſu mortua quidem non eſt, ſed mox omnium ita ſubducta oculis, ut ipſius vel nomen poſthac non audiretur amplius. Paulo ante pœnitentis forma & habitu intra vicum Iſſyum (*) prope Pariſios & prædium ** Molinovienſe quod ad Carthuſianos pertinet, antrum quoddam in exigua rupe, quæ media in regione ſurgit e terra, incolere viſa eſt, ubi cla-

(*) Iſſy.
(**) Molineau.

clara inprimis apud eas, quæ ſe in factio
pro religioſioribus ferebant, ſanctitatis opini
ne floruit, & velut altera quædam pœnite
Pelagia earumdem concurſu celebrata eſt.

Hujusmodi erant mimi ac fabulæ, ne qu
gravius dicam, quibus hic Arnaldi diſcipuli
Magiſtro ſuo, ejusque doctrinæ famam
exiitimationem colligebat. Cum falſa pœn
tentiæ, quam ipſe pro ingenio ſuo & arbitr
tu confinxerat, imagine paſceret animos, n
ipſa verum pœnitentiæ ſpiritum extinguebat
ita, ut de Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacr
mentis vix ulla amplius mentio fieret. Et ſi

deſtitum eſt, deſiit & ipſe in uſu eſſe. Tum vero Janſeniſmus alios omnis generis libros, ſed eundem ſcopum ſpectantes, enixus eſt. Satis erit, in aliquot duntaxat eorum, ſervato fere temporis ordine, quo ex hac errorum officina prodiere, digitum intendere; & executio Burgoſontani ſyſtematis, quam ſibi propoſitam habent, ſe ipſam ultro ſpectandam offeret.

Libelli precatorii ejus ſunt indolis, ut prope omnium terantur manibus, & propterea maxime omnium idonei ſunt, ut ſi pravi ſint, totum quendam populum errore inficiant. Janſeniſtæ hanc tam aptam ad executionem ſui conſilii viam ſibi non negligendam rati, deſtinabant conficiendo negotio, & conſuendo precum libello D. le Maitre Sacyum Arnaldi nepotem, cujus deinde opuſculum modo (*u*) * Montani, modo Lavalii nomine inſignitum, protruſere in publicum. Exercitium ſub miſſæ ſacrificio, nulla re immutata, depromptum eſt ex Sancyrani *Theologia familiari*: neque religionem movit authori ſententia, qua hæc Theologia A. 1643 ab Archiepiſcopo Pariſino ** Gondyo, & A. 1654 Romæ confixa fuerat. In precibus, ex quibus conſtat hoc exercitium, nec verbum occurrit, quod de vera, ſeu reali Chriſti præſentia indicium faceret. En adorationis formam

(*u*) Prima editio comparuit A. 1670. quam deinde plures aliæ conſecutæ ſunt.
(*) du Mont. de Laval.
(**) de Gondy.

mam , quæ ad ſacræ Hoſtiæ elevation
præſcribitur : *Adoro te elevatum in cruce , extremo judicio , & ad dexteram æterni Pat*
Præcatio illa , quæ ad communionem
cerdotis uſurpanda præcipitur , quam
ſumpta ex Pſalmis , ob partem Miſſæ , i
locum habet , magis adhuc nova & inſole
eſt : *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, q mandata tua deſiderabam.* Quæſo , quæ ta
dem horum verborum convenientia eſt , n
modo cum SS. Euchariſtiæ ſumptione , ſ
etiam cum reali Chriſti præſentia ? Calvin
certe facile a ſe impetrari ſineret , ut has pr
ces diceret. Non minus tamen Fontanu

pus in lucem emiſit: Inſcriptio erat: *Tractatus de exponendo in ara publice SS. Sacramento*: t jure inſcribi debuerat: *Tractatus contra expoitionem publicam SS. Sacramenti.* Comparuit hoc pus præcipuorum e Factione Doctorum ſufragiis & elogiis munitum; in tres illud libros uthor partitus eſt, & in primo (*z*) *Eccleſiæ anqua & SS. Patrum de exponendo SS. Sacramento enſa exhibet*, neque in omni retro antiquitate eperit quippiam, quod non eidem adverſeur. In ſecundo (*a*) *oſtendit, frequentem SS. Sacramenti expoſitionem cum ſpiritu, intentione & egibus Eccleſiæ pugnare.* In tertio (*b*) *exlicat, quo tempore, quave ex cauſſa ſecundum piritum, intentionem, ac leges Eccleſiæ ſanctiſſium Chriſti Corpus palam adorandum proponi oſſit.* Hujus autem explicationis hoc fere ompendium eſt: (*c*) fas non eſſe, certo uodam, & veluti jam conſtituto a jure, vel rivilegio, vel conſuetudine hebdomadis die, ſeu menſe, ſeu anno SS. Sacramentum palam exponere; ut cum aguntur feſta tituli, ſeu Patronorum Eccleſiæ; cum ſolenniores ordinum Religioſorum dies, vel apotheoſis Cælitum cujusdam recens inter beatos vel ſanctos relati, vel annua conſecrati templi memoria celebratur; non cum ſæculares Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, aut Sodalitatum natales feſtiva celebritate coluntur;

(*z*) pag. 1. in Titulo. (*a*) pag. 149. in Titulo.
(*b*) pag. 296. in Titulo.
(*c*) Vid. a cap. 12. *usque ad cap.* 19.

non in quadraginta horarum comprecatio
bus, præcipue illa, quæ poſtremo Baccha
liorum triduo indicitur; non eo nomine, q
plena peccatorum indulgentia proponatu
ex qua poſtrema cauſſa ſi exponeretur,
quit author, (*d*) ***procul dubio magnus abu
foret.*** Prima, qua in hanc rem utitur, ipſ
ratio eſt, quod in ***Conſtitutionibus Monaſt
Portus Regii dicatur, non eſſe intentionem
manæ Eccleſiæ, ut hæc SS. Sacramenti exp
tio tam frequens ſit.*** Hic autem jnvat q
rere quando igitur jus & facultas erit
lud exponendi? (*e*) ***Ex mente Eccleſiæ,***
ſpondet, *exponendum eſt per Octavam feſti C*

[redacted]

u in duo ſacramenta incurſum eſt. Gondri- s Archiepiſcopus * Senonenſis, ad uſum ſuæ eceſis librum edi juſſerat; cui titulus: *De uſu ramentorum panitentiæ, & Euchariſtiæ.* Reve- ion alius is erat, quam liber de frequenti mmunione, novo inſignitus titulo, in for- m paulo diverſam redactus, & parte teſtimo- rum ex antiquis ſcriptoribus exoneratus; : ſi exceperis, Author librum Arnaldi pene verbum exſcripſit, ſicut fere ipſe Arnaldus nsſcripſerat pernicioſiſſimum *de republica Ec- ieaſtica* opus Schisma[illegible]i (1) Marci de Do- nis. Hac nempe via Janſeniſtæ ſæpe damna- ua opera levibus quibusdam diſtincta muta- nibus ab inferis ad novam vitam revocant.

Et vero ita ad ſuſtentandum Arnaldinum frequenti communione librum, ne unquam

) Marcus Antonius de Dominis ad Spalatenſem in matia Archiepiſcopatum provectus, eo abdica- in Angliam hæreticorum promiſſis allectus, an- 1603 ſe contulit, iisque ut gratificaretur, librum Republica Chriſtiana ſcripſit. Cum tamen ſe pro- um omnium odiis, & ſiniſtra laborare fama cer- et, Romam hortantibus amicis venit Anno 1612. errores confeſſus ac deteſtatus eſt. Sed brevi re- ad ingenium; itaque deprehenſo, quod illi cum eticis erat, commercio, in molem Adriani con- us, in ea diem ſupremum tertio poſt anno, nimi- 1625 clauſit. Detecta poſtmodum hominis im- tate ac flagitiis gravioribus, quæ cum viveret, ebris involvere ſtuduerat, infelices reliquiæ tu- lo erutæ, & in ipſo Floræ campo cum ſcriptis iſtæ ſunt. Ex Juventio Interpres.

*) de Sens.

parta ſibi gloria excideret, Factio obſirm verat animum, ut rurſus (*g*) duobus poſt a nis eundem ſub nova perſonatum facie in the trum induceret. Novam hanc illi faciem i duit Treuvéus * Meldenſis Eccleſiæ Theologu qui tempori ac ſcenæ inſerviens, multo alia quidem formam libro indidit, omnem tam illius retinuit doctrinam, & ſpiritum, & cu hac inſcriptione in lucem emiſit: ***Inſtructiones de diſpoſitionibus, quæ Sacramentis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ præmittendæ ſunt.*** (*h*) Pa ci libri Factioni tanto in pretio, aut ta copioſe ubique diffuſi ſunt, ac iſte: ab oct

[redacted]

re: credulitatem hujusmodi vocari a Conciliis execrabilem temeritatem, & arrogantiam. „ Paululum audaciæ opus eſt, ut uis novo hoc more teſtes appellet omnia oncilia: boni & ſimplices homines, quorum ui hic liber ſcriptus eſt, facile i fide autho- id aſſerentis acquieſcent.

Paulo inferius authoritatem Tertulliani S. Auguſtini errori obtendens, docet, pectorum veniam a nobis in omni vita ſtra non niſi ſemel, & nunquam poſthac plius obtineri poſſe. Perverſus hic liber in nium hæret manibus, nec niſi propriis lis opus eſt, ut videamus, errorem hunc, agendos in deſperationem animos natum & tum, diſſertiſſimis in eo expreſſum verbis ſtare; quin ergo ſumamus nobis laborem lvendi Partis I. caput 7. ubi hæc verba lenus: „ Perpendite, quæſo, Eccleſiam prinis ſæculis gratiam reconciliationis pro pecatis gravibus non niſi ſemel indulſiſſe. Deus, ait Tertullianus, inimici noſtri fraudes prævidens, voluit, ut poſt occluſam Baptiſmi portam ſupereſſet altera, ſecundæ nimirum pœnitentiæ, quæ reſeranda eſſet pulſantibus, ſed tamen *non niſi ſemel*, & poſtea *nunquam amplius*. An enim non ſatis magnum DEI beneficium eſt, quod hanc nobis gratiam vel ſemel faciat? -- Sapiente & ſalutari œconomia, S. Auguſtinus inquit, in Eccleſia conſtitutum eſt, ut peccatores

„ *non niſi ſemel* admittantur ad humilem „ hanc pœnitentiam, ob metum, ne reme- „ dium, ſi commune foret, vileſceret, & „ ipſis etiam ægris minus utile evaderet.„ Id, quod ſequitur, declamatoria ſatyra eſt, contra methodum hodie in Eccleſia adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ.

Ex hac autem horribili doctrina quid tandem inferent tot rudes ac Simplices, quibus peſtiferi hujus libri uſus eſt? nempe ne ante mortem, dicent, abſolutionem recipiamus, neceſſe eſt; nam ſi ea jam recepta, novam iterum noxam contrahamus, nullum amplius reſtabit remedium, quod novo huic malo me-

ıms hic sensus est:

m Christi affusus pedibus tua crimina plangis,
Cedere mox Christi vocibus illa vides.
ı ægrum tamen hic medicus *bis* sanat eundem:
In mala ne recidas ergo priora cave.

les paulatim & veluti per gradus assue-
ıbibendis plenis desperatione falsitati-
uæ impudenter authoritate Concilio-
Patrum confirmantur; per hoc au-
equens Sacramentorum usus ubique
& systema Burgofontanum, ut *ne*
quidem, ad effectum adducitur.

er eos, qui in executione abominan-
s consilii primarios actores egere, sine
Quesnellus principem quendam locum

citium Pœnitentis cum regulis & principiis
nitentia &c. Hoc loco utitur author editione

obtinet. Totum is arcanum de inſtituto ſtabiliendi ſupra Evangelii ruinas Deiſmi perſpectum habebat: fidem facit modus, quo in conferenda ſua ad id opera uſus eſt. Pro titulo & munere Capitis Factionis, omnes quatuor peragravit vias, Burgoſonte contra religionem deſcriptas; id quod ſæpe faciendæ de ipſo mentionis argumentum dabit; hoc loco non niſi paucis expediam, quid egerit ipſe, ut aliorum ad abolenda Sacramenta conatus adjuvaret. *In obſervationibus moralibus ſuper novum Teſtamentum*, ex occaſione parabolæ de filio prodigo, ſedecim gradus reditus peccatoris ad DEUM comminiſcitur:

cam menſam accedat. Maxima igitur pars fidelium, per obtentum agendi *omnium optimum* pœnitentiam, nunquam S. Communionem obibunt: iisdem fidelibus præcluſus erit ad ſacrificium Miſſæ aditus, & per ſpecioſiſſimas cauſſas ac nomina S. Communio in dies magis *inacceſſa* reddetur, uti in conventu Burgondino ſtatutum eſt.

Num igitur Janſeniſtis per injuriam aliquid affingitur, ſi dicantur collatis conſiliis & conſpirantibus votis in evertenda religione elaborare, & executionem hujus ſui propoſiti ab abrogandis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis auſpicari? Euge, adhuc amplius eripiamus ipſis omnes id inficiandi titulos, ac colores, & in conjuratorum horum myſteria altius penetremus; ex quo apertius intelligent fideles, quam horrenda vorago in ipſorum perniciem eo ipſo, quo conſiſtunt, foco effodiatur.

Hic vero vix ſui compotes fore non dubito, qui me aſſerentem audient, a Janſeniſtis omnes fideles, fœminas non minus, quam viros pro totidem ſacerdotibus haberi, qui vere conſecrent, ſuisque verbis panem ac vinum in Chriſti corpus & ſanguinem convertant. Res hæc adeo inſolens & inepta eſt, ut nemo jure exigere poſſit, ſibi fidem adhiberi ſuam tantum authoritatem interponenti; ſed neque id ego exigo; imo cupio, ut ſolum fides tribuatur iis, quæ illi docent, & faciunt

ciunt vidente, & ſciente toto mundo. Em
meremus ſingillatim unum & alterum. & e
pectemus interim alia graviora, quæ mag
commovebunt animum, atque a me ali
exponentur.

Optimus Sacrificio aſſiſtendi modus apt
Janſeniſtas eſt, Miſſam dicere cum ſacerdot
unde etiam ſacræ liturgiæ liber, ſeu Miſſa
in Gallicum ſermonem converſum, & quan
vis a Clero Gallicano in Comitiis anno 16
propoſita anathematis pœna prohibitum,
altero poſt anno ab Alexandro VII. profc
ptum fuerit, in ſuas tamen partes diviſu

adhiberi poſſint. Inde affectata illa novitatis conſectatio; qua Janſeniani ſe ſacerdotes ſecernunt a reliquis, quod contra morem & interdictum Eccleſiæ, totum Canonem Miſſæ, & præſertim verba Conſecrationis alta voce pronuncient. Principem hujus ſui moris rationem, quæ illius in Eccleſia Janſeniſtica neceſſitatem oſtendit, novatores hanc ſtatuunt, (o) *quod, dum ſancto Miſſæ ſacrificio aſſiſtimus, omnes ſimul Corpus Jeſu Chriſti offeramus, & conſecremus.* Itaque nullus laicorum, nulla fœminarum Miſſali ſuo, aut ſaltem ordine Miſſæ carere poteſt: Sacerdotem autem alta & diſtincta voce verba Conſecrationis pronunciare oportet, ut ab *omnibus ſimul* conſecratio Corporis JESU Chriſti fiat, atque adeo, ſi forte is, qui ad aram conſiſtit, ob peccatum, quo ex Sancyrani doctrina ſacerdotium perimitur, non amplius eſſet ſacerdos, unus ex adſtantibus ſacerdote innocentior, ipſius loco conſecret. Hunc in modum Janſeniſtæ, dum omnes Chriſtianos totidem ſacerdotes creant, clam & ſine ſtrepitu, *quin res advertatur*, plenum ſacerdotio exitium machinantur, & quod ab ipſorum capite Sancyrano inceptum duntaxat negotium eſt, omnino perficiunt.

En igitur ſyſtema contra Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta egregie adornatum, &

(o) Moralis Chriſtian. ſuper Orat. Dom. L. 3. ſect. 3. Art. 1.

& aptiſſimo inter ſe nexu cohærens! Duo ſacramenta ex omni, quo penetrari po aditu impetuntur. Concilium Burgoſo num nobis inſpectantibus datur effectui: i meri inducuntur in errorem, quin leviſ ſuſpicentur, ſe decipi, & corrumpi. Et ro quomodo ſuſpicentur, ac ſibi caveant ceptoribus? Calliditſime ſe pietatis ſpecie volvunt veteratores, & lupi ſunt, qui nara formam mentiti, non niſi ſub ov pelle ſpectandos ſe præbent: ab autl (*p*) *Colloquiorum cum Jeſu Chriſto in Sacramento* inſigne hanc in rem exemp petere poſſumus.

icitatem eorum, qui raro SS. Chriſti corpus ſcipiunt, & vehementi orationis vi S. Communionem illis exhibet, tanquam ſummum num, quo in terris frui poſſint. Et quid rius his verbis, quid ſpecioſius, quid aptius ſolatium dici poterit? aut quomodo ani- a Chriſtiana non magnopere afficiatur erga rum, qui tam aperte favet ſuo cum DEO conjungendi deſiderio? Cum ſancta itaque m aviditate legit, quin vel minima ipſi de ce ſuo ſuſpicio incidat, aut cautio ſit.

Quo autem tunc devolvetur hæc anima, ſi ſit magis, quam ipſa, rerum intelligens, ii admoneat, & dicat: provide, & cave ii ab hoc authore, quem tanti æſtimas: a tibi manu communionem offert, & al- a eam tibi eripit: ſub ovilla pelle lupus eſt: æ tibi loquitur, pietatis melle condita ſunt: venenum, quod illis immiſcet, exitium ti- nón afferre non poteſt. Nihil ais, eſſe pa- eticum magis, nihil aptius ad perſuaden- m frequentem communionem, quam pri- m libri caput. Demus hoc, at hæc pellis cu- dam ovis eſt, aut ſi mavis, manus eſt, quæ Communionem offert: at ſi pergamus ad ca- t ſecundum, & deinceps, an non fundi- s demolitur iterum, quicquid boni ſtruxit primo? Penes te ipſam judicium eſto: olve & lege *paginam* 25, ſuisque quodvis rbum momentis pondera: „ Quater mille annorum ſpatio, quibus ante adventum Je- ſu Chriſti extitit, indiguit mundus, ut ſe

„ ad

„ ad eum recipiendum pararet. - - - Qu
„ mille anni, imo myriades annorum
„ ſufficient, ut ad eum ſuſcipiendum nos
„ paremus eo, qui ipſius Majeſtati conve
„ modo: quodſi jam tantum temporis
„ nobis ſuppetere non poſſit, ſaltem modi
„ illud, quod nobis datur, vivendi ſpa
„ huic operi integra fide impendamus. „
non ſentis venenum? Docet te author,
ctitatem illius, qui communicat, tam
pe accedere debere ad ſanctitatem Jeſu C
iti, ut cum multæ annorum myriades ad
acquirendam, & quod conſectarium eſt,
legitimam pro ſuſcipiendo Chriſti cor

pro ſacra Communione *proportionem*, nunquam ad integritatem, cui radii ſolis cedere debeant, perventura ſit. Qualis ergo, & quanta eſt illa? Author eam per gradus explicat.

Pag. 35. non videtur plus aliquid exigere, quam munditiam Angelicæ parem, ut ad S. Communionem admitti poſſit. At neque intra hos ſe fines continebit. „ Hic eſt, inquit, pa„ nis Angelorum: ergo Angelum eſſe opor„ tet; qui eo veſcatur. Illi, qui vitam non in„ ſtar Angelorum integritate morum, perfectio„ ne amoris, perennitate ſeceſſus, ſanctitate „ actionum agunt, digni non ſunt, qui eo pa„ ſcantur. „ Vide retia, quæ tibi tenduntur. Ut ſacra Communione dignus cenſearis, ſanctitas petitur, ad quam aliquando evadere poteris in cælo, nunquam tamen ſecundum hodiernas divinæ Providentiæ leges accedere in terris: ergo nunquam tibi ad S. communionem patebit aditus.

Num vero amplior tibi facultas futura ſit eam adeundi, ſi audias, quæ *pag.* 37 & 38. Author venditat, tuomet ipſe decerne judicio; docet ibi, quod, cum de ſumenda SS. Euchariſtia agitur, „ Animæ ſatis eſſe non debeat, integram ſe ſervare a nævo & macula, ut divini „ Sponſi oculis placeat, - - - Eminentiſſimarum virtutum uſum & exercitium innocentiæ ſuæ adjungat, neceſſe eſt. - - Enimvero in hoc non eſt omnem ad S. Communionem viam obſtruere, ut *hominibus noſtræ ætatis in-*

acceſſa ſit? nemo enim tantum ſibi tribu
de uſu & exercitio *eminentiſſimarum vir*
gloriari ſe poſſe credat: ergo cave ſis, ne
næ Menſæ appropinques.

Admirare porro ſublimem ſtylum,
tuus tibi Janſeniſta idem venenum *pag.* 42.
pinat. „Non niſi animæ, quæ ceu aves n
„ cæ ſe ſupra omnia terrena generoſe atto
„ & cæleſti vitæ ratione, atque ardore,
„ ſolis æternis bonis imminent, in mediu
„ lum evolant; non niſi hæ animæ, inq
„ in magnifico hoc epulo merentur con
eſſe: quodſi adhuc humi repas nec t

enim principiis ſi fides habeatur, cauſam omnino habent Janſeniſtæ, omnes, quos poſſunt, ab ea arcendi; & temerarius ſit, neceſſe eſt, qui per omnem vitam ſuam vel ſemel ad illam accedere auſit.

Hactenus dictis Author *colloquiorum* non obſcure prodidit, quo pertineant ſua hæc dogmata: quod JEſus Chriſtus recipiendus ſit eo, *qui ipſius Majeſtati conveniat*, modo, eaque munditia, quæ aſſimilari poſſit munditiæ ipſius DEI: quodſi quis non æque illibatus, & purus ſit, ac Angelus, S Communione indignus cenſeri debeat: quod innocentiam non modo *a peccati labe immunem*, ſed eminentiſſimarum etiam virtutum ornamentis præditam eſſe, & in medium cælum evolare oporteat, ut digna haberi poſſit, quæ Angelica dape reficiatur. Omnes hæ phraſes callida audacia, quaſi fortuito in omnem caſum projectæ, totidem gradus ſunt, per quos, modo hæreticorum proprio, denique incautos ſenſim ſine ſenſu ad ultimum deducit principium, a quo ſi perverſam doctrinam ſuam exorſus eſſet, omnium in ſe animos graviter concitaſſet; principium autem iſtud eſt, eam ad S. Communionem a nobis ſanctitatem & perfectionem afferendam eſſe, qualis JEſu Chriſti fuit. En, quam dilucide id nobis ediſſerat *pag.* 69 „ Communio Corporis JEſu „ Chriſti non modo a nobis exigit communio„ nem cum ipſius ſpiritu, ne monſtroſa in„ terveniat unius ab alt*ero diſſenſio*, ſed etiam

„ cum ipſius luminibus, ardoribus, cc
„ tionibus, deſideriis, actionibus, perp
„ nibus, perfectionibus: horum om
„ conſortes, & propterea tam ſancti, &
„ fecti eſſe, obligamur, ac ipſe eſt. „ Q
ſi hæc ita ſe habeant, condonemus autl
quod doctrinæ ſuæ exordium duxerit ab e
fato, quater mille annos, imo annorum
riades non ſatis temporis eſſe, quo ad SS
chariſtiam vel ſemel ſumendam pro eo
fieri neceſſe eſt, nos comparemus; co
nemus, quod omnem ſancto huic negoti
tam impendendam poſtulet: non aliter
potuit, ſi quidem vellet cohærentia inte

ıe exponere noſim. Interea tamen ſu-
: adhuc duo viri, veri Archetypi, qui
ıam a me adducendi ſunt, unus jam
ıs, alter hodiernus, ambo ſingulari-
genere ſuo prærogativis conſpicui, am-
tioni ſummo in pretio, eoque digniſ-
& propterea ſummo jure etiam hic lo-
ıbituri. Prior eſt Medicus quidam Por-
gii, Hamonus, multorum de ſacris ar-
is librorum author: alter S. Medar-
onus, Franciſcus de Paris, etiam ipſe
: *riſum teneatis, amici.* Loquamur
ı de Medico; Diaconus deinde in thea-
rodibit.

ıtequam ſummam exhibeam impiorum
um, quæ Hamonus in libro, de quo
s loquar, contra Sacramenta effudit,
tam, neceſſe eſt, quo tempore ac rerum
u hic liber fuerit procuſus, & in quam
dignitatis ac honoris gradu ſecta hunc
m collocarit.

nno 1664 cum Harduinus Perefixius
iepiſcopi Pariſienſis dignitatem evectus
lomus Portus Regii propugnaculum
mi, aut ut verbis utar Diplomatis
ii A. 1708 editi, quo domus hæc ſup-
r, *nidus hæreſis* habebatur. Inter pri-
leſiæ ſuæ negotia id inprimis ſibi curæ
ıovus Archiepiſcopus, ut magna cha-
& ſalutis alienæ ſtudio fatuas has
s ad officium & debitam Eccleſiæ
tiam revocaret. Vix ſuum de ſub-

ındo * *Formulari* mandatum ediderat ,
in V. Idus Junii Portui Regio Pariſino ,
ındam a ſe pro Paſtoris munere luſtra-
em indixit , ut has religioſas ad legiti-
n Formularis ſubſcriptionem induceret.
Sancyrani , Singlini , Arnaldi , hanc Ama-
um turmam ad pertinacius bellandi genus
ıtra Eccleſiam inſtituerant , quam ut mox
t primum congreſſum ſubmiſſis armis re-
ıtui canerent : omnes inexpugnabili obſti-
tione reſiſtebant Præſuli , qui tandem usque
pridie idus Auguſti tempus indulſit , intra
od meliora conſilia caperent , ac reſipiſce-
nt. Cum ſecundo ad eas inviſeret , eadem,

tas, in varias religioſarum Virginum domos immigrare jubet. Menſe Novembri ejusdem anni 1664 Præſul addit Portum Regium in Campis, & ibidem parem rebellionis ſpiritum contra Eccleſiam offendit: proinde lato 15 Calendas Decembres decreto, parem in eas cum ipſarum ſororibus Pariſinis pœnam, Sacramentorum nimirum privationem ſtatuit, quin tamen, ſicut illas, in alia religioſa domicilia amandaret.

Erant hæ Virgines flos, decus, & robur novæ naſcentis Eccleſiæ; itaque tanti erant meriti, ut in hac vexatione deſtituendæ non eſſent. Habebant, quòd timerent factioſi, ne, quæ ſe auctoribus morem induxiſſent, Sacramentis ultro ſuperſedendi, cum iis utendi facultas eſſet, nimium illas invaderet deſiderium ea recipiendi, cum id non amplius eſſet integrum. Illæ ex Portu Regio Pariſino ſe invicem diſtractæ, alienis ſe permittere

R 4 con-

„taxat referimus, utpote quo præcipuam offenſionis „cauſſam contineri nos arbitremur, illi cumulate ſuo „tum officio, tum erga ſanctitatem veſtram ſtudio ſe „ſatisfacere aſſerant. An res ita ſe habeat, judicet „Sanctitas veſtra ex his eorum verbis e Gallico idio„mate in latinum ſermonem converſis: Quod ſpectat „ad deciſiones facti, quæ continentur in Conſtitutione „Alexandri VII, quibus definitum eſt, quinque propo„ſitiones ex Janſeniſmi libro excerptas eſſe, & in ſenſu „ab eodem Authore intento damnatas, declaramus „nos, eas definitiones omni cultu, obſequio, & ob„ſervantia, quam exigit a fidelibus Eccleſia in simili„bus cauſſis, & in ejusmodi naturæ rebus, proſequi, „& ſemper eſſe proſecuturos, arbitrati, ad privatos „Theo-

conſiliis, & vacillare; hæ e Portu Regio : Campis æque in lapſum, diſperſionis & exi metu, impelli poterant. Adhæc nequiba ulla juvari ope, ullis firmari, ſubſidiis a m gnanimis illis ſolitariis, qui veriti, ne Aul decreto e ſolitudine ſua exeſſe juberentur caute ſe in latebras abdebant. Anceps igitu ac lubricus erat rerum ſtatus, in quo ve ſabantur hæ virgines : urgebat periculum & promptum auxilium poſcebat: Viro opt erat expertæ fortitudinis, qui eas *vexatio* afflictas erigere, ac confirmare poſſet, qu ſuſpicionem contra ſe moveret *vexatoribus*.

Hamonus Medicus in Portu Regio ſolit

pra petram, quæ designarunt Janſeniſtæ, ut ſervaret reliquias Iſrael. Æque, ac alii, latebat in tenebris, ut ſe *contra imperium*, quod alioqui ipſi *metuendum* erat, demigrandi alio *præmuniret*. Beneficio artis medicæ, quam profitebatur, inventa eſt ratio, ut per obtentum curæ pro infirmis gerendæ, poteſtas illi fieret redeundi in Portum Regium; at reipſa longe majoris momenti negotium agebat, quam eſſet ſanitas corporum. Generoſus hic Confeſſor ante fugam ſuam omne, quo a reliquis vacabat negotiis, tempus *in labore manuum*, ſeu texendis tibialibus collocabat; hac tam vili arte ac opere *ingenioſiſſima ipſius demiſſio* maximas animi dotes obtegebat: & quamvis in Portu Regio non niſi homines *grandes*, homines *ſumma nominis fama, ſapientes, pii, ſancti, celebres, illuſtres* commorati ſuerint, quemadmodum ipſorum necrologium & commentarii perhibent, Hamonus tamen *unum ex maximis inter eos ornamentis* erat.

R 5 Sin-

ſuum in urbe oratorem ſummo Pontifici ſignificari, exponique curaſſet, nullum aliud remedium opportunius peſtiferæ hujus (Janſenianæ) cogitationis reliquiis extirpandis adhiberi poſſe, quam ſi omnes tertam formulam pontificia authoritate firmatam manu ſua ſignarent, ac jurarent, ſe quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui titulus: *Auguſtinus* excerptas ſincere damnare; ac proinde illam a Pontifice quanto citius expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omnesque removendos obtentus flagitaſſet: Alexander VII datis 15 Calend. Martii 1665 Pontificiis literis diſtricte mandavit, ab omnibus Eccleſiaſtici ordinis, tam regularibus, quam ſæcularibus, etiam-

Singularis ipſius curandi animos facult
in tanto apud Factionem honore fuit, ut
eum transferret elogium, quod ipſemet ſæ
pe S. Lucæ tribuere ſolebat: *Lucas bis Medic*
Gauſape pannoſa & lacera veſtitutus incedeb
quæ ipſum tanquam *rudiſſimum quendam*,
inculti ſſimum ex agro hominem intuentium oc
lis objiciebat; & ſub his centonibus lateb
admirabilis Hamonus, hoc eſt, *ſummum decu*
& princeps gloria totius Medicæ facultatis -
gloria & exemplum Portus Regii. Sed nim
exigua ſunt iſta: ſub his centonibus lateb
Theologus doctiſſimus - - quem Deus quoda
modo ſegregavit a laicorum ordine, ut ad ſub

[redacted]

gii, *quibus illum gravis, ſupra quam credi poſſit, vexationis tempore conſolatorem dedit Deus*; egit, id quod *agere Epiſcopi erat charitate conſpicui*; *in irritum redegit, quicquid immites Epiſcopi*, qualis erat Perefixius Archiepiſcopus Pariſinus, *contra has ſanctas Virgines ſtatuerant.*

Quæ & qualia ergo ſunt grandia illa obſequia, quæ hic Medicus Theologus, hic homo profanus, quem ipſe Deus inter *Doctores* cooptavit, quique Epiſcoporum officiis cum tanto charitatis ardore functus eſt; qualia, inquam, ſunt obſequia, quæ charis ſuis oviculis, Portus Regii virginibus, exhibuit? Exponemus ea orbi ad gloriam tanti viri. Quicquid erat ingenii, & virium, quicquid ætatis vegetæ, cum imperterrito & *contemptore omnis periculi animo*, impendit in id, ut religioſæ Virgines Portus Regii, ſe & Magiſtro & Authore mori mallent, diris devotæ, & omnibus Eccleſiæ ſubſidiis orbatæ, quam authoritati Jeſu Chriſti, quæ in primis Paſtoribus reſidet, ſe ſubjicere: docuit hanc repugnantiam, qua obſtarent voci ſupremi Pontificis, & Epiſcoporum, qui Formulare ab ipſis ſignari juberent, neutiquam eſſe id, quod de ea cogitarent Catholici; imo obniti, & repugnare in hac re, eſſe (t) *defendere veritatem, pati pro juſtitia, ſuſtinere cauſſam Jeſu Chriſti, eſſe fidelem Deo, vincere ſolicitatio-*

(t) Phraſes hæ in libro Hamoni hinc & illinc ſparſæ leguntur.

tationem ad malum, tueri innocentem (ſenium) *vivere ex fide & vitâ Sanctor* Verbo, eſſe *teſtimonium dicere pro jure ſu Chriſti, eique cauſſam addicere.* Doc opere, & uſu ipſo complere doctrinam a dio ſeculo a directoribus ipſis inculcat hoc eſt, parvi facere confeſſionem, Eu riſtiam, Viaticum, Sacerdotum in ſupr hora præſentiam, & Eccleſiaſticam ſepu ram. Argumentum hoc eſt unius ex ipſi bris, cui titulum inſcripſit: *Tractatus Authore D. Hamon, pro inſtitutione & tio religioſorum Portus Regii ex occaſione arum tentationum, quibus erant expoſitæ.*

æ loquitur, loco censuræ erunt.

I.

æ consolationis pro omnibus Jan-
tis, quibus ex juris forma Sacramentis
interdictum est.

Privatio Confessionis gravissima crimina
extinguit.

s) „In hac confitendi impotentia, ad
m redacti sumus, (quoniam recusamus
ari subscribere) non modo nullum
ien est, quod remissum non sit; sed au-
etiam asserere, solam repulsam, qua pœ-
ns a sacro tribunali arcetur, ad eluendas
s sordes valere, si eam in spiritu hu-
tatis & pœnitentiæ æquo animo ferat.*

Privatio confessionis est multo majoris

tationem ad malum, tueri innocentem (Janſenium) *vivere ex fide & vita Sanctorum*: Verbo, eſſe *teſtimonium dicere pro jure Jeſu Chriſti, eique cauſſam addicere.* Docuit, opere, & uſu ipſo complere doctrinam a medio ſeculo a directoribus ipſis inculcatam, hoc eſt, parvi facere confeſſionem, Euchariſtiam, Viaticum, Sacerdotum in ſuprema hora præſentiam, & Eccleſiaſticam ſepulturam. Argumentum hoc eſt unius ex ipſius libris, cui titulum inſcripſit: *Tractatus piis Authore D. Hamon, pro inſtitutione & ſolatio religioſorum Portus Regii ex occaſione variarum tentationum, quibus erant expoſitæ.*

Cum ageretur de prompta & efficaci ope his Virginibus afferenda, certe liber, qui in hos uſus conficeretur, accurate & perſpicuis verbis, eoque, qui retundendis conſcientiæ ſtimulis aptus eſſet, modo, ſenſa Authoris exprimere debebat, id, quod Hamonus ſolerter præſtitit, multoque minus doctrina Factionis ipſius, quam potiſſimam partem aliorum in libris, fallacibus verborum integumentis obvoluta eſt. Providentiæ DEI pro ſua Eccleſia debemus, quod eo adegerit hæreſin, ut ſibi ipſa perſonam, ſub qua latebat, detraheret, plenæque ſe luci exponeret, ſine pigmento, fucoque, cum omni, qua contaminata eſt, fœditate, & tempore quidem, quo maxime illius intererat ſeſe tenere abconditam. Faxit optimus Deus, ut, q

„ bimur; & panis hic pœnitentiæ uberius nos „ nutriet, quandoquidem uſum cibi, quem „ tum capiemus, valde longum præceſſit je- „ junium. „

II.

Modi Confeſſionem, quæ ſacerdoti fit, prætermiſſam ſupplendi.

1. *Confiteri DEO*

Non niſi verba ipſius Hamoni recito: (*b*) „ Num confeſſionis gratia nobis adempta eſt, „ cum quotidie confiteri poſſimus Jeſu Chri- „ ſto, qui eſt ſummus ſacerdos, & deficien- „ tibus omnibus aliis ſacerdotibus, nunquam „ nobis deeſſe poteſt? Non tam nobis confiten- „ di facultas erepta eſt, quam nosmetipſi li- „ beramur ea cura ac ſtudio, quo erga con- „ feſſionem afficimur. - - (*c*) Sacerdotes ſunt „ homines, - - frequenter vitia noſtra juſto „ minora eſſe autumant - -, & quodnam pro „ hoc remedium, quam confiteri Jeſu Chri- „ ſto? - (*d*) toties locuti ſumus Miniſtris „ Jeſu Chriſti, quin in via virtutis promove- „ remus gradum: loquamur modo Jeſu Chri- „ ſto, - - - (*e*) Via nobis præcludi poteſt, „ ne apud ſacerdotem peccata noſtra expie- „ mus; ſed quis nobis rapiet Jeſum Chriſtum; „ quis obſtabit, ne quotidie nos reos ſiſtamus

Prin-

(*b*) pag. 96. (*c*) pag. 97. (*d*) pag. 99. (*e*) pag. 181.

„ Principi Paſtorum, Epiſcopo animarum no-
„ ſtrarum ? - - - (*f*) in hac ſancta Confeſſio-
„ ne nil niſi quidpiam cæleſte eſt, utpote in
„ qua nil habent ſenſus, quod agant; hinc
„ eadem ſemper ſalutaris eſt, nec periculo
„ aliarum confeſſionum obnoxia. - - - (*g*)
„ quando confitemur DEO, non eſt, cur
„ nos quidpiam dubitationis ac ſcrupuli an-
„ gat, ſicut cum confitemur homini, qui &
„ ipſe adhuc circumdatus eſt ignorantia & in-
„ firmitate, hoc ipſo, quod homo ſit. „

2. *Confiteri Laicis.*

(*h*) Modus nobis in promptu eſt cum



„ cus, qui, cum poſcit neceſſitas, ut hodie ſit, „ mihi non pro ſacerdote ſit, qui de me judicet; „ præter id, quod, ut ajebam, miniſterium „ divinum Jeſu Chriſti, qui Princeps ſacerdo- „ tum eſt, mihi ſemper præſto ſit. „

3. *Non obedire Eccleſiæ.*

(*k*) At laicus, inquies, tibi abſolutionem „ non impertietur. Equidem id verum eſt; at „ impertietur mihi Jeſus Chriſtus: abſolutus „ ero, quia credo, & in ipſo omnis fides mea „ acquieſcit, quæ ad me conſanandum ſuffi- „ cit. - - Visne, ut rem uno verbo tibi ediſ- „ ſeram? abſolutus ero ob meritum cauſſæ, „ propter quam mihi negatur abſolutio: ſuffi- „ ceret id, etſi plura admiſiſſem crimina, imo „ ne quidem ſacro Baptiſmatis fonte ablutus „ fuiſſem. - - (*l*) Cauſſa, ob quam obſolutus „ non ſum (nempe quod nolim obtemperare „ Eccleſiæ, & formulari ſubſcribere) ſola cum „ voto ſacramenti ſupplere poteſt non modo „ abſolutionem ſacerdotis, ſed vel ipſius Eu- „ chariſtiæ, ac aliorum ſacramentorum ſu- „ ſceptionem.

III.

Arcana ſubſidia, quibus adjuti abſolutione Sacerdotali facile carere poſſumus.

Arcanum I. Fides.

(*m*) „Non modo fides nos abſolvit a peccatis, „ ex quibus omnes noſtri morbi, ægrotationes-

S que

(*k*) pag. 101. (*l*) pag. 124. (*m*) pag. 126.

„ que naſcuntur, ſed nihil eſt, quod cum
„ jore emolumento hanc nobis abſoluti
„ largiatur. - - (*n*) En prærogativam
„ panaceæ, quæ locum habet omni te
„ re, omni loco, pro omni hominum
„ re, atque efficacitate pollet, ut om
„ noſtris malis mederi poſſit. „

Arcanum II. Adire tribunal Jeſu Chri

(*o*) „Num vero Jeſus Chriſtus nos
„ vet? vix unquam illius nos recordati
„ bit: adimus ipſius Miniſtros, ut nos
„ vant: probe novimus, ab iis nos abſol
non iri in vicis & plateis publicis, &

Arcanum III. Laudare Deum.

(*q*) „ Laus DEI arcet a nobis dæmones, „ frangit noſtram concupiſcentiam, noſtris „ nos peccatis liberat, pro iisdem ſatisfacit „ DEO, & quod conſequens eſt, ſupplet „ beneficium abſolutionis. „

Arcanum IV. Verbum DEI.

(*r*) „ Ne igitur angantur (tot exagitati in- „ juriis ſancti Janſeniſtæ) quod ipſis obſtru- „ ctus ſit unus e fontibus; quandoquidem „ ubique tot ipſis fontes patent, quorum vix „ numerus iniri poſſit: at ego credo, unum „ ex magis univerſalibus, efficacioribus, ac „ ſuavioribus, qui omnes reliquos in ſe com- „ plecti poteſt, eſſe verbum DEI; nec du- „ bio locus eſt, quin vim habeat fungendi vi- „ ce abſolutionis Sacerdotis. „

Arcanum V. Sibi confiteri invicem & abſolutionem petere a Jeſu Chriſto.

(*s*) „ Non video, quidnam mali nobis illa- „ tum ſit, cum nobis uſu Confeſſionis inter- „ dictum fuit; poſſumus enim exequi S. Ja- „ cobi conſilium, & demiſſo animo de no- „ ſtris nos culpis accuſare apud Fratres no- „ ſtros; cum autem hi nos abſolvere nequeant, „ num id non majorem nobis curam injiciet, ut „ ad Jeſum Chriſtum perfugium habeamus? „ - - - Illi, qui nos ſpoliarunt confeſſione, tan- „ tum abeſt, ut damnum intulerint, ut etiam „ multum commodis noſtris conſuluerint.

(*q*) pag. 153. (*r*) pag. 166. (*s*) pag. 169.

IV.

Cauſſæ Conſolationis pro iis, quib
SS. Euchariſtiæ uſu interdictum eſt.

1. *Hæc privatio eſt effectus Miſericordiæ DEI.*

(*t*) „ Quis non admiretur infinitas miſe
„ cordias Jeſu Chriſti? Cum videret, nil
„ imbecilles nos ad fundendum ſanguin
„ noſtrum, nec eo eſſe loco, ac ſtatu,
„ pro ejus obſequio mortem oppeterem
„ quid egit? -- permiſit, ut per vim im

„ tis, quando pro præſtando mihi obſequio „ eodem carere cogimini. - - Hæc grata vo- „ luntas veſtra per miſericordiam, quam vo- „ bis exhibeo, æquat magnitudinem doni, „ quod vobis largitus ſum.

3. *Hæc privatio eſt pretioſior coram DEO, quam martyrium.*

(*x*) „ Hoc ipſo, quod nos arceri ab Eucha- „ riſtica menſa feramus in ſpiritu pacis, Deo „ in certo quodam ſenſu plus aliquid damus, „ quam ſi propriam pro ipſo vitam profunde- „ remus. - - (*y*) omnem de veſtra debilitate „ curam animi abſtergite (ſic iterum Ha- „ monus Jeſum Chriſtum Janſeniſtis loquen- „ tem inducit) non poteſtis quidem veſtrum „ mihi dare ſanguinem, neque illud vobis ro- „ bur eſt, quo valebant mei Martyres, at „ en ſanguinem meum, qui illius loco ſit: „ quoties hunc bibere per alienam violentiam „ vobis integrum non eſt, eodem habebo nu- „ mero, ac ſi veſter a vobis pro me fuſus „ fuiſſet. „

4. *Hæc privatio eſt grande ſignum amoris.*

(*z*) „ Nos profundimus, ut ita dicam, ali- „ quid plus, quam proprium ſanguinem, & „ quidem toties, - - - quoties impedimen- „ tum nobis objicitur bibendi ſanguinem Agni.

(*x*) pag. 208. (*y*) *pag. 209.* (*z*) pag. 210

„ Non ille noſter ſanguis eſt, quo vivimu
„ ſed ſanguis Jeſu Chriſti; propterea p
„ priam ipſi vitam in ſacrificium damus, c
„ eo nos abdicamus, quo illa conſervatu
„ ac viget: puto, tunc dici poſſe, non i
„ jus illo eſſe amoris argumentum; *majo*
„ *charitatem nemo habet.* „

5. *Hæc privatio eſt multo pretioſior, quam ipſa Euchariſtia.*

(*a*) „ Itaque ambigi nequit, Euchariſti
„ eminenter ineſſe huic privationi Euch
„ ſtiæ. (*b*) Quamvis obſequium præſter
DEO quando communicamus multo

„ cum JESUS Chriſtus nunquam ſeneſcat, „ neque hic panis æternæ vitæ unquam „ abſumatur? (*f*) Præterea quotidie illud „ recipimus, dum quotidie adoramus: Ecce „ quomodo ſatis ſit recepiſſe vel ſemel, & „ ſatis quidem pro ea, quæ illi cum fide no- „ ſtra eſt, proportione. „

V.

Arcana documenta & modi reipſa communicandi ſine Euchariſtia.

Arcanum I. Amare.

(*g*) „Semper communicamus, cum ama- „ mus; e contrario non ſemper amamus, „ dum communicamus. „

Arcanum II. Communicare per Procuratorem.

(*h*) „ Si vel unus foret in Eccleſia, qui ali- „ quando divinum cibum caperet, modo eam, „ quam decet, fidem habemus de commu- „ nione membrorum JESU Chriſti, & ipſi „ eundem Divinum cibum capimus. Plus „ dicam: ſi cordis munditia præſtemus illis, „ qui communicant, nos magis Chriſti Cor- „ pus ſumimus, quam quibus illud reipſa præ- „ betur. (*i*) „ Tota Eccleſia a Corpore Je- „ ſu Chriſti, quod recipit, ſancta efficitur: „ quid mea intereſt, ut ita dicam, qua illud

(*f*) pag. 242. (*g*) pag. 133. (*h*) pag. 234. (*i*) pag. 236.

„ porta ingrediatur? ſi in meum quoque
„ modum ſit hic introitus, tantundem l
„ bor, ſive hac, ſive illa parte intra
„ (*k*) Si vera in nobis charitas eſt, cred
„ oportet, nos efficienter paſci Chriſti
„ pore, quando videmus, aut etiam
„ intelligimus, eodem paſci alios. „

Arcanum III. Methodum communicandi ſuſtuam mere a Calviniſtis.

(*l*) „ Quoties credimus, prout opo
„ nos recepiſſe, toties recipimus (C
„ Jeſu Chriſti). Quoties piam volupt
„ capimus ex eo, quod videamus, alios

„ dat, quam crux. (*n*) Imo neſcio, an non „ dæmon magis abhorreat, & in fugam ver- „ tatur a cruce, quam ab Euchariſtia. „

2. *Ex privatione Viatici nil detrimenti, aut jacturæ naſcitur.*

(*o*) „ Beatiſſima Virgo non communicavit „ die Cœnæ Domini; Judas autem tum com- „ municavit - - - num vero Judas multum „ retulit lucri ex eo, quod communicaverit, „ aut Beatiſſima Virgo rei cujusquam jactu- „ ram fecit, quod non communicaverit? num „ propterea aliquid de ejus ſanctitate deli- „ batum, ac decerptum eſt? - - Non mino- „ re illa conſtantia ſtetit (ad crucem in mon- „ te Calvariæ) ſed & nos pari animi firmi- „ tate conſtemus nobis, quando æque, ac „ ipſa, non communicavimus, nec ideo „ omittamus cum gaudio in mortem ire. „

3. *Ob privationem extremæ Unctionis nullum damnum incuritur.*

(*p*) „ Quandoquidem nullius rei jacturam „ patimur, dum hunc in modum SS. Eu- „ chariſtia privamur, Jeſu Chriſto defectum „ ſupplente, & alia ſe nobis via impertiente, „ quippe qui noſtrum cor ſubire poteſt etiam „ januis clauſis, quid tandem perdemus, ſi „ extrema nobis unctio non adhibetur? (*q*)

(*n*) pag. 351. (*o*) pag. 355. (*p*) pag. 370. (*q*) pag. 375.

„ Si ſuſcipere poſſumus Jeſum Chriſtum abs
„ que Euchariſtia, num S. Spiritum acciper
„ non poterimus ſine oleo, quod quantum
„ cunque Eccleſiæ precibus conſecratum ſit
„ multo minoris tamen dignitatis eſt, quan
„ Euchariſtia? (*r*) Repulſa, qua negatur no
„ bis extrema Unctio, pro vera nobis unctio
„ ne eſt, quæ nos ita contra inimicos no
„ ſtros corroborat, ut ne quidem - - - a
„ nos accedere poſſint. „

4. *Nil detrimenti patimur, quando ſub ipſum etiam vitæ exitum nobis negatur abſolutio.*

(*s*) „ Loquor diſerte de abſolutione, qui
„ eam nobis ſub ipſam etiam ſupremam ho
„ ram impertiri, atque vel a minimis noxi
„ expiare detrectant vexatores noſtri; & ho
„ eo temporis articulo, quo Eccleſia vel tun
„ quoque, cum maxime Canonum vigeret ſe
„ veritas, ſceleratiſſimis quibusvis illas re
„ mittebat. At nihil mali ex hac repulſa in
„ nos redundat; abſolutionem enim noſtram
„ ab innocentia noſtra, & a cruce Jeſu Chri
„ ſti obtinemus. „

5. *Nullam jacturam ſubimus, cum privamur ſepultura Eccleſiaſtica.*

(*t*) „Tantum abeſt, ut damnum metuamus
„ ex hac privatione ſepulturæ, & omiſſione
„ ceri-

(*r*) *pag.* 386. (*s*) pag. 393. (*t*) pag. 423.

„ cerimoniarum Eccleſiæ, ut potius perſua-
„ ſos nos eſſe oporteat, multum nos in hac
„ re lucrari. (*u*) Quod DEUS vult pro ſuo
„ nomine nos pati, non patimur, niſi tum,
„ cum non ſentimus amplius, quod patimur:
„ num facilius quicquam, ac levius? Nil ma-
„ jus petit DEUS, quam -- ut ultro annua-
„ mus, corpus noſtrum ſine omni cerimo-
„ niarum honore tumulo inferri, aut omni-
„ no inſepultum abjici, ut legitimum teſtimo-
„ nium reddamus veritati, quod in dubium
„ trahi non poſſit, quodque, dum magni-
„ fica ſpecie, & ſuo extra ordinem ſplendo-
„ re perſtringit oculos, pluribus DEI ſervis
„ ſoporem excutere queat. „

VII.

Novus ſepulturæ modus in aulam Jeſu Chriſti introductus.

(*x*) „ Imaginandi vis ſe aptat moribus tem-
„ porum. Aula JESU Chriſti an non & ipſa
„ ut ita dicam, moribus vivit ſuis? nihilne
„ certi moris in regno DEI eſt, cujus a no-
„ bis habenda ratio, & ſerviendum tempori
„ eſt? - - ſi contingeret in Eccleſia, ut Prin-
„ cipibus aulæ (Jeſu Chriſti) iisque, qui
„ propiorem apud ipſum gratiæ locum obti-
„ nent, ſupremo funeris & ſepulchri officio
„ carendum eſſet, omnes, qui veri honoris

„ ſenſu

(*u*) pag. 435. (*x*) pag. 437, & 438.

„ ſenſu tanguntur, haberent, quod erube-
„ ſcerent, ſi non glorioſæ hujus ignominiæ
„ participes fierent. - - - Conformemus nos er-
„ go cum gaudio ſanctis his & glorioſis Ec-
„ cleſiæ moribus. - - Æquo feramus animo
„ aliquando efferri, & humari eo, qui inter
„ ſanctos communis evaſit, more, *ſicut mos*
„ *eſt ſepelire.* „

VIII.

Angeli ſunt Cantores & Muſici in funeribus Janſeniſtarum, quibus ſepultura Eccleſiaſtica carendum eſt.

(*y*) „ Ne igitur illæ amplius in nos jacten-
„ tur minæ, ad exequias noſtras nullos adhi-
„ bitum iri Cantores: quoniam grandi illo

s effecit, ut religioſæ Portus Regii Vir-
s in ſua contra Eccleſiam rebellione, &
ium, quæ Eccleſia habet ſacra & ſancta,
emptu obſtinatæ perſiſterent. Intra decem
ium ſpatium, quo hæc, quam Janſeni-
vocant, *perſecutio*, ſeu *vexatio*, tenuit,
m ſeditioſarum quinque ſacris interdictæ,
Sacramentis maluerunt mori, quam mi-
im doloris ac pœnitentiæ ſignum edere;
gente & curante cruenta charitate ipſa-
Magiſtri ac Doctoris Hamoni.

Interea debuerat Janſeniſtas pudor abſter-
, ne *Tractatus hos aſceticos*, qui diabo-
i ipſorum artem perdendi animas in ple-
ice collocant, & deteſtandi, quod inie-
conſilii veritatem tam aperte demonſtrant,
ſis oculis cerni poſſit, ne hos tractatus,
im, aſceticos typis edendos curarent.
allor: perfricuit frontem hæreſis, & ne-
erubeſcere: Tractatus Hamoni recta du-
ad ſpernendum, & negligendum, quic-
in religione magis pium ac ſactum eſt.
nomine Janſeniſmus famam illis & exi-
tionem adſciſcere debuit: hinc glorioſis
gavit ſermonibus, hos Tractatus opera
ietatis, luminum, & cæleſtis ſuavitatis
i: Theſaurum eſſe, quo mundum lo-
tari oportuit. Et quis ille, cujus manu
niſmus tantum munus offerret mundo?
digna viſa eſt, cui peragendæ opera ad-
etur optimi in factione ingenii. Non in-
ignitatem Nicoléi eſſe cenſuit tam pre-

tioſas

tioſas merces colligere, quibus ſpes grandes niterentur evertendi Evangelii. coléus ergo erat vir ille, cui hæc provi demandata eſt.

At nondum dixi omnia: Janſeniſta primipilos ægerrime habebat, quod pl Diœceſes contra ſuam ſe armarent hære & fratres ſuos a Sacramentis & ſepultura cleſiaſtica excluderent: docebat hæc po quam nullius illi fidei, quam neſarii e homines, atque fidelibus curam injicie ut a prava eorum doctrina ſibi caverent. tollendum hoc obſtaculum nil potius a efficacius a ſe fieri poſſe putabant, qua novum perverſi, de quo locuti ſumus, editionem curarent, ejusque fronti impu tiſſimum tam libri, quam Authoris elog præfigerent: (z) „ Solum Hamoni non „ ajunt, præ omni præconio eſt, & pret „ facit illis omnibus, quæ ex ipſius „ mo, vel ut rem dicamus clarius, ex i „ animo profluxerunt: omnia ipſius o „ tam nobilis pietatis, illuſtrationum, „ cæleſtis unguenti charactere inſignita „ ut mundus tantum in ſe Micoléi „ ritum in referenda ipſi gratia ſatis aſſ „ nequeat, quod laborem ſubierit, illa „ ligendi ipſumque tanto, quo a longo „ tempore fruitur, theſauro ditandi. „

Ubi vero, & quomodo, quave ca ne opus hoc ſpargant, docet nos Epiſc Maſ

(z) *Initium* moniti ſeu Præfationis, in edi *An.* 1727.

Maſſilienſis in editis Paſtorialbus ſuis literis, quibus librum hunc, cui juſtiſſimum *ſeditioſi, impii, & ſpiritu hæretico pleni* operis nomen tribuit, damnat, & e tota ſua Diœceſi proſcribit. En verba ſoliciti Paſtoris! (*a*) „ Clam & furtive traditur in manus eorum, „ quos ſua contra Eccleſiam rebellio Sacra„ mentorum communicatione indignos red„ dit; deliguntur, & excerpuntur ex eo ali„ quot dogmata, quæ deinde inter laicos, „ & per monaſteria late diſſeminantur: lauda„ tur, & commendatur in codicillis manu ſcri„ ptis, qui veluti totidem ſummæ, ac libri „ compendia ſunt, ut commoveatur Lecto„ rum curioſitas, & ad bibendum in ipſo fon„ te, e quo manat, venenum incitetur. Præ„ ſertim in Diœceſibus, in quibus difficilius „ provida Confeſſariorum diligentia circum„ veniri poteſt, majore ſtudio, & occultio„ ribus viis ſub maxima arcani fide hoc opus „ diſtribuitur. „ Nativis omnino coloribus imago hic nobis pingitur illius agendi modi, quo utuntur Janſeniſtæ; ejusdem ubique ille formæ, ac rationis eſt; ubique initi a ſe contra Eccleſiam conſilii ſucceſſum urgere non ceſſant.

At tempus eſt, ut & alter Actor prodeat, cum quo ultimum de tractato hactenus argumento actum me daturum promiſi. Eſt is S. Medardi Diaconus, Franciſcus de Paris, qui

(*a*) Mandatum Epiſcopi Maſſilien. pag. 5. Vid. etiam pag. 72.

qui niſi fallor, nemini in Gallia ignot
eſſe poteſt. Libri Factionis magnificis
eo præconiis referti ſunt: (*b*) *Pariſius d*
num eſt, & grande donum conceſſum Eccleſi
qua de re *dubitare nefas eſt*: Hic vir hic e
ad quem (*c*) *hodie cauſſa DEI devoluta e*
quoniam *nullum cogitur Epiſcoporum concilium*
(*d*) *Hic alter Stephanus eſt, ſub acervo inj*
ſtorum anathematum, tanquam ſub acervo l
pidum mortuus; verbo, ut ne honorifice
tiſſimi tituli obliviſcamur, hic cum exc
lentia (*e*) *eſt Sanctus Appellantium a Bu*
Unigenitus. Reliquiæ, vita literis prodit

ɔnſcripta vita hauſere, ſibi perſuaſum ha-ɔeant, Pariſium tam tenuis fuiſſe ingenii, ut ɔon niſi ad opificium texendorum inter ſordidas fæminas tibialium aptus eſſet, dedocendi errorem ſunt, ac certiores reddendi, famoſum S. Medardi Diaconum librorum authorem & ſcriptorem eſſe: ſic eſt; Pariſius ſcriptor, & author eſt; nam Janſeniſtæ plura ab ejus calamo habent opera, & inter alia breve opuſculum, cujus inſcriptio: * *Dilucida Explanatio de ſtabilitate Juſtitiæ Chriſtianæ, Authore Domino Abbate de Paris, quæ appendicis loco eſſe poterit ad id, quod cap. 6. Explicationis Epiſtolæ ad Romanos dictum eſt.* Non niſi de hac explanatione mihi ſermo erit, digno plane opere, quod tornatus in Janſeniſtarum officina recens hic ſanctus procuderet. Certiſſimam illud viam monſtrat, ſine Confeſſione, ſine Communione, ſine Miſſæ ſacrificio, & ſummatim ſine ullo incommodo eam ſanctitatem conſequendi, quam ipſe adeptus eſt; nec aberraverit a vero, qui cenſeat, ultima eum nequitiæ nota impietatem Deiſtarum Burgofontanorum, & eorum, quos ſui contra Sacramenta furoris hæredes, ac ſucceſſores nacti ſunt, obſignaſſe. Equidem, cum nomen *Domini Abbatis de Paris* in opuſculi fronte legerem, credebam, illud honoris duntaxat ipſi conciliandi gratia adſcriptum fuiſſe; at differendi ratio, qua ab ipſa pri-

* Hæc Explanatio inſerta eſt Tom. 2. Explicationis Epiſtolæ ad Romanos *poſt cap. 6.* pag. 298.

ma pagina mentem ſuam aperit, ſinit nos c
dere, eum illius authorem eſſe; pro v
itaque authore accipio. Audiamus: non
rara & peregrina audiemus.

Pariſius iisdem fere argumentis, quit
Calvinus probare nititur, nobis in religion
quam JESUS Chriſtus inſtituit, opus non
ſe, nec etiam eſſe poſſe Sacramento Pœ
tentiæ; fierique injuriam Chriſti Sangui
cum offertur Miſſæ ſacrificium, ſaltem t
quam propitiatorium; quo utroque err
jam plurimum viæ ad plenam illorum a
litionem confectum eſt.

[redacted]

logorum opinio eſt, qui in alterum extre-
mum prolapſi ſunt. -- Alii mediam inie-
re viam, & ut & illorum & horum erro-
rem evitarent, dixere contra priores, ju-
ſtitiam amitti poſſe; contra poſteriores,
id non niſi rariſſime contingere. „ Obſerve-
us hic ſtrictim, & veluti in tranſcurſu,
duas has propoſitiones contradictorie, ut
quuntur ſcholæ, accurate ſibi oppoſitas:
ſtitia amitti poteſt, *juſtitia amitti non po-*
t; ambas a Pariſio improbari, tanquam er-
neas. 2. Blandiri illum ſibi de aſſignata pro-
ſitione quadam media, vera inter duas con-
adictorias falſas. At hæ ſunt duæ hæreſes
ntra bonam Dialecticam, quarum ipſi ve-
a fieri poteſt, quoniam ad harum rerum in-
lligentiam ipſius ſe ingenium non porrigit.
rgamus.

Poſtquam itaque placide omnino & ſua-
ter doctrinam Calvini de impotentia amit-
ndi juſtitiam impugnavit, eodem ipſemet re-
t, & omnibus viribus eam corroborare la-
rat, hac tamen cautione adhibita, ut vo-
m *inamiſſibilitatis* mutet in vocem *ſtabili-*
tis. Quod vero zelum hujus Diaconi ad
ud conandum accendit, novum nobis, &
irum videri non debet; cum enim apud
nſeniſtas homines profani, & ipſæ etiam fæ-
inæ jure & poteſtate valeant audiendi con-
entes, & directionis animorum agendi ne-
tium, quanto magis huic ſe curæ ingere-

re, poſſit Diaconus? Viri ergo ſtudium infl
mat (g) „ pernicioſus mos Directorum
„ corum, & mollium, qui tam facile,
„ Sacramenta noſtra profanare ſibi relig
„ ducant, omnibus, qui ad ſua tribunalia
„ cedunt, abſolutionem impertiuntur. „
rem hunc omnino pernicioſum eſſe, d
vacat. At quando doctrina Calvini voc
in ſubſidium, ut illi bellum inferatur, res
ne alio ſpectat, quam ut de ſolo tollend
uſu laboretur: atqui hanc Calvini doctri
in rem ſuam vertit Diaconus, & dum pri
dia errorum ſuorum ducit a coacervandis
cis e ſacris literis, his manifeſte abuti

gradus errores ſuos venditare ſoleant, Pariſius quoque, qui jus ipſo uſu quæſitum nactus eſt eorum inſiſtendi veſtigiis, ad alterum gradum greſſum promovet, & nobis declarat, adeo difficile atque inſolitum eſſe, hominem ſalutis lavacro expiatum peccando gratiæ jacturam facere, ut ſi res contingeret, ſimillimus prodigio eventus foret. (*i*) „ Itaque baptizati (ipſius verba ſunt) eadem ratio, atque habilitas eſt ad peccatum, quales mortuis ad vitam; & ſicut rarum quidpiam, prodigioſum, & præter naturæ ordinem eſt, mortuum redire ad vitam, ita non minus rarum, & quod majus humanis viribus opus videri poſſit, illud eſt, quod, qui ſemel mortuus eſt peccato, adhuc vivat in peccato. „ Sic, quamvis intimo animi ſenſu omnes de fragilitate noſtra convicti ſimus, Pariſius tamen tam ferrei animi & calami eſt, ut ſentire & ſcribere audeat, poſt Baptiſmum vel ſemel delinquere, *rem eſſe prodigio ſimilem.* Verum cum ipſo ad tertium gradum progrediamur, & intelligemus, hoc fore omnium miraculorum maximum. Ipſum audiri neceſſe eſt; absque hoc enim nemo adduci poſſet, ut crederet, eum venditandæ tantæ ineptiæ parem eſſe, quanquam hæc maxima futura non ſit, quam adhuc ex ipſo audiemus.

(*k*) „ An non ſummum, ait, præ omnibus „ aliis foret miraculum, ſi cadaver, cujus

 „ oſſa

(*i*) Pag. 6 & 7. (*k*) pag. 7.

„ oſſa diſperſa ſunt, ipſumque pene totum „ in cineres abiit, reviviſceret ? at non mi- „ nus miraculum eſt, ſi Chriſtianus, poſtquam „ vetus ipſius homo ſepultus eſt, hunc ipſum „ ab inferis revocaret iterum, vitam ei red- „ deret, ſeu denuo ſervituti peccati ſe addi- „ ceret. „ Atque adeo ex mente *Sancti hujus Appellantium*, hinc baptizatus, qui rurſus in poteſtatem peccati ſe tradit, & inde putridum cadaver, quod ad vitam revertitur, duo ſunt miracula in æquo poſita, quorum nullum altero rarius eſt; ergo Chriſtiano æque raro neceſſarius eſt uſus Sacramenti Pœnitentiæ, atque rarum eſt videre putre cadaver,

e impoſitus, novam huic eidem ſectæ fa-
n accendit; de impotentia autem amit-
dæ juſtitiæ Chriſtianæ ipſi iterum ſermo
Poſtquam dixerat, vitam redivivi a mor-
Jeſu Chriſti ejusdem rationis eſſe cum vita
I, nimirum æque immutabilem, æter-
n, nulli viciſſitudini obnoxiam; addit de
riſtiano ex ſacro fonte prodeunte, quod
lis ſit Jeſu Chriſto (*l*) „ adeoque, quod
ita ipſius perennis ſit, quæ continuis varia-
ionibus turbari, ſeu cum frequenti tranſi-
u a ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ, aut a
tatu gratiæ ad ſtatum peccati componi non
oſſit. „ Vocabula *continuis*, & *frequen-*
n ipſius propoſitione mitigarent Calvini-
dogmatis horrorem, & hinc molliorem
bis ſenſum ſubjicerent, niſi in veſtigio il-
expungeret iterum, & continuo ſubnecte-
: „ Ut verbo dicam, cum Chriſtianus
aptizatus quodammodo in Chriſtum Jeſum
ransformatus & cruci affixus ſit, dici po-
eſt, æquale fore prodigium, ſi juſtus ſe
eccato obſtringat, quam ſi Jeſus Chriſtus
lorioſa ſe vita abdicet, qua fruitur ad dex-
am ſui Patris, & ad ferendos contemptus
c cruciatus mortalis ſuæ vitæ revertatur. „
lo inferius ad hæc S. Pauli verba: *In ſem-*
ternum ſedet, *conſummavit in ſempiternum*
ſanctificatos, quam belle argutatur Pariſius,
certum ex iis, non modo de Chriſtianæ ju-
æ perſeverantia, ſed & de ejus amitten-

pag. 8. & 9.

dæ impotentia argumentum eruit? (*m*) „ Præ „ omnibus, ait, advertendum eſt, S. Apoſto- „ lum eodem verbo uti ad exprimendum ſta- „ tum perennitatis JESU Chriſti ad dextram „ Patris ſui, quo utitur ad declarandam ſta- „ bilitatis formam, ad quam juſtitia Chri- „ ſtianum evehit. - - S. Paulus itaque hoc „ loco - - noſtram juſtitiam comparat cum „ ſede JESU Chriſti ad dextram Patris ſui, „ quantum ad perſeverantiam ac ſtabilitatem „ pertinet; jam vero aſſeſſio JESU Chriſti ad „ dextram Patris ſui nunquam interrumpitur „ (nec etiam interrumpi poteſt) unde & ju- „ ſtitia ac ſanctitas per Jeſum Chriſtum col-

Sancto veſtro ſatis adhuc erat ingenii, ut intelligeret, impiam ejusmodi doctrinam, quam pro more vobis cum aliis hæreticis communi, quo errores ſemper ſacri Codicis verbis firmatis, impudenter S. Paulo tribuit, omni bono ſenſui gravem injuriam inferre. Ut ergo pacaret animos, quorum hac doctrina magnam in ſe offenſionem concitare poterat, nefarium ſuum dogma de ſtabilitate juſtitiæ convertit in myſterium & dogma fidei, quaſi obſcuritas fidei omnibus novatorum deliriis viam ſternere, & liberum commeatum præſtare poſſet. (*n*) „ Si etiam, in„ quit Pariſius, tantum in nobis facultatis „ non eſſet, ut ea, quæ contra ſtabilitatem „ juſtitiæ objici poſſunt, diſſueremus, nihilo„ minus tamen pro re comperta illam haberi „ oportebit, quia luce clarius eſt, eam S Pau„ li doctrinam eſſe. Repugnat illa quidem, „ & vim affert noſtris, quas animo præce„ pimus, rerum ideis; at cohibendæ hæ „ ſunt, & redigendæ ſub jugum fidei, at„ que adeo in rebus, quæ infinite intelli„ gentiæ noſtræ modum excedunt, magis cre„ dendum veritatibus, quas aſpirante Numi„ ne diſcimus, quam conjecturis, & opinio„ nibus, quas laxior Theologia ſuggerit. „

Hic enimvero videtur ſentire Pariſius, in quem ſe labyrinthum immiſerit. Sed uſitatum Janſeniſtarum in ejusmodi eventibus eſ-

(*n*) pag. 9.

ſugium , in hoc ſitum , quod plenis fa
bus laxitatem ac molitudinem inclame
admodum opportune ipſi in auxilium ve
hanc dum tabulam arripit , maximi nobis
menti de laxitate explanationem ſuppedi
quam nefas ſit ſinere e manibus nobis
bi. Hactenus nondum liquide ſatis cor
bat , quid Janſeniſtæ nomine ***laxitatis*** ,
ſeverioris Ethicæ præconio intelligerent ;
en! Factionis oraculum , & illam & iſtam
ſpicuis , atque definitis verbis nobis exhi
Opinio , quam laxitas , ſeu mollior Theol
ſuggerit , ſuadet homini , ut credat ,
ſuſceptum Baptismum peccare ſe poſſe ,

patur; adeoque ſeverior ac purior hæc Ethica cum Calvino ſtatuit, Electos, quando ſemel in Baptiſmo juſtitiam & Dei gratiam adepti ſunt, non peccare amplius, nec etiam poſſe peccare, & propterea Sacramento Pœnitentiæ ad redintegrandam cum DEO gratiam, utpote a qua nunquam deficere poſſunt, neutiquam indigere. Enimvero arcanum valde efficax, ut propediem quis evadat alter quidam *Sanctus Appellantium*, quin ſibi, ſuisque cupiditatibus ullam vim inferat; nec ſectæ, in cujus fide ac manu hoc arcanum depoſitum eſt, grave accidet, multos ſibi parare proſelytos, & grandi ſe Sanctorum numero exornare.

Cæterum dicebam antea, hunc Diaconum non ſolum abrogaſſe Sacramentum Pœnitentiæ, ſed repudiaſſe etiam ſacrum Miſſæ ſacrificium, ſaltem tanquam propitiatorium, id, quod eo pertinebat, ut illud brevi, non minus, quam Euchariſtiam, penitus aboleret. Res hæc certis argumentis firmari poſtulat, eaque propoſito meo tam opportuna eſt, ut illis ſuperſedere non poſſim.

Sanctum Concilium Tridentinum decrevit contra Calvinum, ſanctum Miſſæ ſacrificium vere eſſe propitiatorium, & anathemate ferit, quisquis doctrinæ huic ſuæ refragari auſus fuerit. *Sanctus Apellantium* non erat homo, qui Concilii cujusdam fulmine terreri [illegible], utpote ſub *acervo anathematum tanquam*

quam ſub lapidum acervo mortuus; neque anathema, de quo loquimur, plus aliquid ipſi erat, quam lapis unus reliquis additus. Dum igitur errorem ſuum de ſtabilitate juſtitiæ, ſeu potius de ejus amittendæ impotentia tueri pergit, cum Calvino, & iisdem quidem, quibus Calvinus, rationibus probare aggreditur, pro impetranda peccatorum venia ſacrificium Miſſæ rem eſſe non modo inutilem, ſed & criminoſam. Eja! & hæc quoque deliramenta, quæ probos omnes horrore perfundant, e ſuis eruamus latebris, & exquiramus, quanta diſcipulo ſimilitudo cum Magiſtro intercedat.

(p) ***Miſſam Papiſticam Sacrificium propitiatorium dici non poſſe.*** Hæc Calvinus. Audiamus ipſius diſcipulum, ***Sanctum Appellantium.***

Poſtquam more, ac modo ſibi proprio, quid inter antiquæ legis ſacrificia, & ſacrificium novæ legis interſit, diſtinxit, de Jeſu Chriſto ait: (q) „ Opus non eſt, ut in de„ curſu temporum ſæpius quam ſemel ſacrifi„ cium ſuum offerat, propterea, quod hoc „ unicum ex toto deſtruat peccatum, & qui„ dem peccata æque præterita, quæ remittit, „ ac futura, a quibus nos præſtat innoxios. „ In benigniorem partem hæc verba accipi poterant, & ego eandem volens lubens amplecterer, niſi, quæ ſequuntur, deteriorem illis ſenſum, eumque prorſus decretorium ſubjicerent. (r) „ Cur illud, addit Pariſius, non „ niſi ſemel offertur ad portanda peccata plu„ rium? Ideo nempe, quia unico hoc ſacrifi„ cio Electorum peccata exhauſta ſunt, ſca„ tebra eorum penitus exaruit, a præteritis „ iidem emaculati jam ſunt, & novis ſe im„ poſterum non inquinabunt amplius. „ Ergo Electi apud Pariſium, non ſecus, quam apud Calvinum regenerati ſunt *ſemine incorruptibili*; apud illum æque, atque apud hunc cadere in illos peccatum non poteſt, ut ***nunquam diſpereat ſemen vitæ eorum cordibus inſitum***, idque virtute Sacrificii ſemel in cruce per-

(p) Ibid. l. 4. c. 18. n. 10. in margine.
(q) Explanat. pag. 10. (r) pag. 11.

peracti. Unde etiam ſacrificium Miſſæ, quod illius in cruce repetitio eſt, e re ipſorum & uſu non eſt, & quidem non ad expianda peccata præterita, quoniam expiata jam ſunt, neque ad cavenda futura, quia in Electis nullus admittendo peccato locus futurus eſt; nam *ſcatebra exaruit, a præteritis emaculati ſunt, & novis ſe impoſterum non inquinabunt amplius.* Ergo evidens eſt, ex ſententia Pariſii, *Miſſam Papiſticam ſacrificium propitiatorium dici non poſſe;* ergo etiam inutile, illud pro peccatis offerri. Et hic eſt primus aries, quem Pariſius cum Calvino ad obterendum Miſſæ

inefficaces arguuntur, & imbecillæ, quod ſæpius iterabantur.

Pariſius etiam hic tanquam fidelis Echo reddit, quod a Calvino didicit: (*t*) „ Quare, inquit, hæc una victima non ſacrificatur, niſi ſemel? - - propterea, quia oblata „ hæc una victima infinitæ efficaciæ eſt, „ & una ſola hujus unius victimæ ſacrificatione ſancti effecti ſumus. - - - Et quid hoc „ ſibi vult, ſancti effecti ſumus? id nimirum, „ quod redditi ſimus perfecti, & quidem in „ omnem vitam. „ Quapropter ſecundum Pariſium cum Calvino dici poteſt: *haud dubie vis atque efficacia ejus ſacrificii nullo fine perſtat*: unde etiam Pariſio fas erit cum eodem Calvino inferre, Miſſæ ſacrificio prorſus nos carere poſſe: revera autem hoc ipſum eſt, quod his verbis exequitur: (*u*) „ Si una ſola immolatione hujus unius victimæ in omnem vitam ſancti, & perfecti redditi ſumus, „ opus nobis non eſt novis victimis, *neque „ nova etiam oblatione hujus unius „ victimæ.* „

Calvinus cenſuit, iteratam ſanguinis Chriſti oblationem, qualis in Miſſa fit, non ſolum fore inutilem, ſed & criminoſam, quoniam hac ratione ſanguis Chriſti exæquaretur cum victimis legis. Pariſius ejusdem mentis eſt, eam-

(*t*) Explanat. pag. 11. & 12.
(*u*) Ibidem.

eamque iisdem verbis, quibus Calvinus, exprimit: (*x*) „Hoc reipſa eſt injuriam facere „ efficaciæ ſanguinis Chriſti, eumque pene „ æquiparare legis victimis, dum is ſolum pro „ remedio adhibetur, quod non niſi fluxam, „ quæque ætatem non ferat, ſanctitatem tri„ buat. „ *Alioquin nihil honorificentius de Chriſto ſentiremus, quam de bobus, & vitulis, qui ſub lege immolabantur.*

Denique putabat Calvinus, doctrinam ſuam contra ſacrificium Miſſæ authoritate S. Pauli a ſe muniri poſſe, ac debere. (*y*) *Contendit Apoſtolus*, ait, *non modo nulla alia eſſe ſacrificia, ſed illud* (crucis) *ſemel obla-*

quod ipſi ſermo non ſit, niſi de grandi difficultate obtinendæ veniæ, qua illi laborant, qui ejurata ultro JESU Chriſti fide iterum ad Judæorum, vel Gentilium ſuperſtitiones deſciſcunt.

Quodſi jam tam perverſa dogmata aliquantum invaleſcerent, (& prô dolor! plus nimio jam invaleſcunt) an non nobis miniſtris Jeſu Chriſti propediem imponetur neceſſitas quærendi latibula, in quibus ſancta myſteria celebremus? Veri autem fideles, ſi rei divinæ intereſſe velint, annon in easdem redigentur anguſtias, quibus premebantur tum, cum fureret in Germania Lutherus, in Gallia ſæviret Calvini impietas, eadem ipſa cum illa, quam commentitius Sanctus Janſeniſta offert animis? Et tamen hanc ipſam Pariſius appellat (*a*) „ grandem formam, & ſyſtema „ novi fœderis, ac notam, ex qua noſtrum „ quilibet agnoſcere poſſit, an illius conſors „ ac particeps ſit. „ Verius dixiſſet, hanc eſſe *grandem formam*, *ac ſyſtema novæ* Eccleſiæ a Deiſtis Burgoſontanis adumbratæ, qui communi conſilio ſtatuerant inter ſe, antiquare Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, & fidem Sanctiſſimorum noſtrorum myſteriorum, tanquam *fallacem & inutilem* extinguere. Num enim major fallacia, ac ludificatio eſſe poterit, quam profiteri fidem de ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, & affigere animum tetris

U ima-

(*a*) ibid. pag. 14.

imaginibus, quas de eo in mentibus effingi voluit Diaconus? Num cuiquam mirum accidere debet, quod *partem bonorum * erogaverit in egenos ſacerdotes, ut imminueret Miſſarum numerum, easque rariores efficeret*, idem nimirum ipſe, cui *per omnem vitam id in votis erat, ut earum frequentia abrogaretur*? Num mirum, quod ipſemet integros annos tranſegerit, quin unquam, vel ipſo etiam Paſchali tempore Euchariſticum cibum ſumeret, quemadmodum teſtatur vitæ ipſius hiſtoria? nempe quando quis electus eſt, adeoque ab omni peccandi periculo immunis, & *in omnem vitam perfectus*, tam parum com-

animi ſenſus denudarunt, ut Calviniſtæ arbitrati ſint, huic a ſe fœderi omnino renunciandum eſſe, quoniam intellexerant, Janſeniſtas multo longius provehi, & procul ferri extra limites, quos Calvinus poſuiſſet, neque ſibi jam amplius quidquam fidei de Euchariſtia reliquum feciſſe. Hoc miniſter Calviniſticus Jurieus tam clare ipſis oſtendit, ut Doctor Arnaldus, alias neminem ſibi adverſantem ferre ſolitus, non haberet, quod reponeret. En verba Juriei: (*b*) „ „ Omnia iſta in eam me ſententiam adduc„ unt, Arnaldum, quantumvis pro tuen„ da transſubſtantiatione & vera Chriſti præ„ ſentia multa ſcripſerit, iisdem tamen ipſum„ met omnem fidem derogare. Cæterum, „ etiamſi hi Domini (e Portu Regio) veram „ quandam præſentiam crederent, quis no„ vit, quodnam hac de re credulitatis mon„ ſtrum ſinu ſuo reconditum gerant? Id cer„ tum eſt, nec veram præſentiam, nec trans„ ſubſtantiationem credere eos poſſe, quem„ admodum hanc & illam Concilium Tri„ dentinum ſuis verbis expreſſit. At cum „ iſti Domini fæcundo ad excogitanda effugia „ ingenio ſint, & variis rerum ſpeciebus ab„ undent, forte confinxere chimæram ali„ quam, cui ipſis libuerit transſubſtantiatio„ nis nomen imponere. Quod me ſpectat, „ ut rem libere eloquar, repeto id, quod „ dixi,

(*b*) Spiritus Arnaldi Tom. II. pag. 166. & 167.

„ dixi, nihil illos hac de re profiteri, nihil „ credere. „

At tribuamus jus, cui debetur. Quod hic tam affirmate contendit Jurieus, verum non eſt, ſi ſpectentur ii, quos *vulgus Janſeniſticum* appellare poſſumus, puta, multos Eccleſiaſticos, religioſos, ſacras Virgines, laicos, fæminas omnis ſortis & ordinis, qui Janſeniſtæ ſunt, quin ſciant, quid Janſeniſmus ſit, nec Janſeniſtæ ſunt, niſi ex cæca quadam animi obſtinatione, ex ſpe lucri, ex prima educantium inſtitutione, ex corrumpentium nequitia, nec vident præcipitium, ad quod rerum improvidi ſe duci ſinunt. hinc

ri , inimici mei comminiſcantur varia , & ſpargant in vulgus , me inſtar Hugonotti obiiſſe. Occulti cujusdam Calviniſtæ , ſi par ſubeſſet ratio : eadem foret cautio , ac proviſio. Eſtne autem hoc habere , ac profiteri fidem de Euchariſtia ?

Doctor Arnaldus quomodo diem ſuum obiit ? ſi deceſſiſſet ſine viatico , an non periculum fuiſſet , ne diceretur æque , ac ipſius Magiſter *inſtar Hugonotti obiiſſe ?* Recepit ergo viaticum : at e cujus manibus , & quo animi habitu ? En quid de hoc nobis teſtetur * Choiſius in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica (*c*) „ „ Arnaldus tantopere verebatur , ne agnoſce- „ retur in Flandria , & poſtea ad præſtandam „ plenam Decretis Eccleſiæ ſubmiſſionem adi- „ geretur , ut , cum ſibi ſupremam horam „ imminere cerneret , non auſus ſit petere , „ ut ad ſe evocaretur ſacerdos approbatus ab „ Ordinario , ſed maluerit inter manus Patris „ Queſnelli diſcipuli ſui emori , qui ipſi præ- „ bebat viaticum , eumque extremum inun- „ gebat , quamvis omni ad hoc facultate ca- „ reret. „ Hunc in modum honori & ſuo & ſectæ ſuæ Arnaldus conſuluit , ne *inſtar Hugonotti obiiſſe* diceretur.

Ipſe vero P. Queſnellus , tam dignus Magiſtro Arnaldo diſcipulus , ejusque ſucceſſor , quidnam reipſa ſenſit de Euchariſtia , qua ani-

(*c*) Tom. 11. ad An. 1694.
(*) de Choiſy.

mi comparatione recepit viaticum in vitæ exitu, & e cujus manu? Senſa ipſius de hoc divino myſterio ambigua non ſunt; cognita ea habemus ex ipſo P. Queſnello, & quidem modo omnium maxime legitimo. An. 1699 in epiſtola ſua manu ſcripta, præcepta quædam ac regulas miſit ſacræ cuidam virgini Rotomagenſi, quæ eo tempore ob ſuam pertinaciam magna cum viro hoc animorum conjunctione, ac familiaritate digna erat. Regulæ hæ cum epiſtola autographa procedente tempore ab Archiepiſcopo Rotomagenſi Duci Aurelianenſi Galliæ regenti traditæ, ab

[redacted]

Cum P. Queſnellus Janſeniſtarum organum, nomine dignitatis, quam gerit, ſupremi Capitis hinc quidem ſacris interdicit plerisque Eccleſiis, ſacella deſtruit, & Miſſæ ſacrificia condemnat, ſub quibus populus ſacram ſynaxin non obit, inde vero Janſeniſtæ pro viribus adlaborant, ne populus ad ſacram Communionem accedat, an non evidens eſt, conſtitutum ipſis eſſe, Miſſæ ſacrificium omnino abrogare, & tollere? Id, quod in Queſnelli præceptis de reali præſentia dicitur, novum rei hujus argumentum eſt. „ Si in ſuis regu„ lis, ait Seguſteronenſis Epiſcopus, ſectæ „ anteſignani conſentientibus animis in ean„ dem ſententiam ire videbantur, quod Cor„ pus Domini noſtri in Sacramento Euchari„ ſtiæ præſens ſit, paulo poſt iterum hanc ſuæ „ Confeſſionis ſpeciem recantabant; profecto „ dicebant, non adeſt Chriſti Corpus per „ fidem, nec in figura, quemadmodum Cal„ viniſtæ contendunt; ſed etiam (argutari „ pergebant) non adeſt realiter, & ſubſtan„ tialiter, ut Eccleſia Romana nos docet. „ Quomodo ergo, interrogabant ſe mutuo, „ adeſſe dicendum eſt? Nempe modo, re„ ſpondent, quem neque animo conſequi, „ nec verbis expromere poſſimus. „ En igitur, quomodo *chimæra, quam hi Domini conſinxere*, ut divinabat Jurieus, quomodo *monſtrum, quod ſinu ſuo abditum gerunt*, vel invitis ipſis foras erumpit! En arcanam Janſeniſtarum doctrinam de Euchariſtia, &

præſertim P. Queſnelli, qui ſequeſter illius, & propagator erat.

An vero mentem is ſuam mutavit in morte? tam parum, quam mutarunt ipſius Magiſtri. Aliquanto ante tempore, quam moreretur, * vir quidam inſignis, qui adhuc inter vivos agit, cum per Hollandiam iter faceret, Amſtelodami ad eum inviſere parabat. Cum prius bis fruſtra aditum petiiſſet, tertio demum admiſſus, & in intimius P. Queſnelli cubiculum inductus eſt. Hoſpite ſcite ſermonem de offenſionibus, & peſſimi exem-

rientis P. Queſnelli fidem facit. Idem teſtamentum nos certiores reddit, quod 28 Novembris petierit Sacramenta Eccleſiæ Romanæ, eaque receperit e manibus ſui Paſtoris Amitelodamenſis. Tam pravus animi ſtatus ad recipiendum viaticum, luculentum documentum eſt, metum apud Janſeniſtas, ne inſtar Hugonottorum mori dicantur, hæreditarium eſſe, & a patribus tranſire ad filios.

Quam ſceleſtam perſonam non egit unus ex maximis factionis viris, Elias Dupinus? Non loquor hic de conſiliô, quod ceperat, Eccleſiam Galliæ cum Eccleſia Anglicana impio fœdere conjungendi; quod flagitioſum facinus cum certis teſtimoniis exploratum ſit, alibi in hoc opere ſuum habebit locum; hic vero duntaxat ſermo eſt de eo, quod dixit & fecit hic Doctor comparate ad præſens de Sacramentis argumentum.

(*e*) Inter chartas & codicillos, qui jubente Duce Regente 10 Febr. 1719 in ipſius domo intercepti ſunt, teſte Epiſcopo Seguſteronenſi, qui eorum diſcuſſioni interfuit, ſcriptum quoddam erat, in quo aſſerebat *permitti poſſe ſacerdotum conjugium.* Nemo autem neſcit, quantum Doctoris Dupini interfuerit, ſeveritatem Ethicæ ſuæ ad hoc usque faſtigium attollere. Præterea ajebat in iisd m foliis, „poſſe, quin vitietur integritas dog-

(*e*) Eadem hiſtoria *de Conſt. t. loc. cit.*

„ matis, abrogari confeſſionem auricularem, „ & in poſterum ſilentio premi transſubſtantia- „ tionem in Sacramento Euchariſtiæ. „ Dupinus, uti in argumento de ſacerdotum connubio, doctrinæ addidit uſum, ita & facto ipſo, apertoque in morte viatici contemptu ſuam de Euchariſtia mentem, ac verba confirmavit.

Cum jam ad extrema vitæ ventum eſſet, ille majora Magiſtris ſuis auſurus, & omni metu, ne *Hugonotti inſtar mori* videretur, ſuperior, noluit primum admittere ſacrum Viaticum; ſed cum, qui circumſiſtebant mo-

a ſacrilegi ludi minime læti, quem præ-
unt Janſeniſtæ, ſed cum illum ederent,
pſum luci expoſuere, quod denſis tene-
involutum cupiebant. Innotuit res ex
celebris viri * Andryi, Dupini Medici,
m æger tam parum ſenſa animi, quam
rbum corporis celaverat: addidit quoque
m teſtimonium Domina * Huilieria uxor
bliothecarii Ducis Regentis, quæ & ipſa
i hujc Comœdiæ ſpectatrix interfuit.

Sed jam audire mihi videor vociferantes
dique Janſeniſtas, & diducto late oris hia-
mendacium & calumniam exprobrantes;
inde flebili voce plangentes, viros omni
ieratione dignos, & cum fama ſanctitatis
rtuos (nam cum fama ſanctitatis moritur,
ſquis eorum ſe factioni addixerit) impu-
ter, & atrocem in modum dilacerari.
igitur! oſtendendum adhuc illis eſt, &
lem teſtibus, & tabulis, quas certe nun-
n audebunt ſallaciæ aut mendacii argue-
quod Heroes ab ipſis tradita per manus
olina inſtituti, & in Portu Regio, *in ui-
treſis*, puriſſimi Janſeniſmi lacte nutriti,
s ſine ſuſceptis Sacramentis moriantur,
quod a morte occupatis ad ea percipien-
mpus non ſit, ſive quod jam exoleverit
le his iisdem præbendis cogitandi: ſuis-
li ſcriptoribus hanc notitiam in acceptis

Ape-

ndry
huilier

Aperite ergo, mei Domini, & evolvite monumenta veſtra, & commentarios pro Portus Regii hiſtoria: invenietis in iis vitas illorum, quos vobis lubet appellare *Sanctos Solitarios Portus Regii*, hoc eſt, cujusque modi homines, Sacerdotes, & alios, qui in vinitores, agricolas, ſutores, laternarum opifices &c. transformati, ibidem ætatem ſuam exegere: pia ipſorum mors usque ad tenuiſſimas rerum minutias deſcripta eſt: ſed e plurium, quam ſexaginta vel octoginta ſectæ veſtræ Sanctorum numero, de quibus fit mentio, quos & quot nobis exhibebitis, de quibus literis veſtris proditum ſit, viaticum recepiſſe? Duo duntaxat adnotati ſunt; & de Saneyrano, qui eorum unus fuiſſe dicitur, conſtat, id commentitium eſſe.

Videbitis ibi veſtrum * Letourneſium

is le Maitre repente mortuus non eſt, at il plus ex eo emolumenti habuit. Erat is temporis ad procuranda ipſi ſacramenta; neme de adhibendis, neque ipſe de pe- dis cogitabat, & ſic ſine illis receptis mor- n oppetiit.

Singlinus, magnus ille & dignus in gu- mando Portu Regio Sancyrani ſucceſſor, quo prædicabat Mater Angelica Arnaldina, ue ſibi jucundum fore, ab ipſo uſitata ſibi ma, quam qua Pontifex uti ſolet, inter nctos adnumerari, *hic Sanctus Eccleſia- us* quomodo e vita migravit? Fontanus, ra cujus brachia ſupremum ſpiritum red- lit, mille rerum adjuncta, tanquam tot tioſa pietatis exempla, in quæ ſera reſpi- t poſteritas, de morte *hujus ſervi DEI* re- ſet. Advolemus ad inſigne hoc opus, & c loco aliqua hujus authoris dicta profera- s: (*h*) „Supremo morbi die (id eſt ſeptimo) mature e ſomno excitatus ſum, ut in ſtationem ſuccederem Foſſeo (qui ad lectum moribundi vigilem noctem egerat): ſub ſextam matutinam allatum ipſi eſt juſculum; rogabar ego, meis illum brachiis ſuſtenta- rem, ut illud facile ſorbere poſſet; eo ſine ullo labore ſumpto, cum quæreretur ex eo, num detergendo ori mallet fruſtum mali ci- trini, an aurei ex Luſitania, elegit aureum: porrectum hoc illi, me ſubjectis eum bra- „chiis

(*h*) in eodem Fontani Commentar. pag. 290.

„ chiis ſemper fulciente , donec manantem
„ ex eo humorem exſuxiſſet. At nobilis puel-
„ la * Bournovia , quæ ad lecti pedem conſi-
„ ſtens intentos oculos in ejus facie defigebat ,
„ ſubito inter lacrymas exclamat: Heu! mi-
„ ſerandum patrem meum! En moritur. Nun-
„ quam alias tanto horrore perfuſus ſum.
„ Admoto vultu propius eum intuitus com-
„ peri , illam plus nimio verum dixiſſe , &
„ fruſtum mali aurei ex ſemiaperto mortui
„ ore profluere - - - Sic inter vivos eſſe de-
„ fiit Singlinus 17. April. 1664 , „ quin ve-
ullus amicorum , qui diu noctuque illi advi-
gilaverant , de eo ultimis morientium ſubſidiis

„ delectas illas duodecim Religioſas, quæ e „ Portu Regio exturbatæ, alio amandatæ „ ſunt. - - - Domina de S. Angelo cum aliis „ revocata, poſtquam in loco, quo captiva „ detinebatur, firma, immotaque animo per- „ ſtitit, propoſiti tenaciſſima ad mortem uſque, „ qua in ſummo vexationum æſtu ſublata eſt, „ invictam conſtantiam retinuit, quin vel ja- „ ctura viatici, quod dira quadam immanita- „ te eidem negatum eſt, illam frangeret, vel „ injectus terror de ſepeliendo extra ſacrum „ locum corpore percelleret, id unum ad has „ minas reponentem, *etiam Jeſus Chriſtus in* „ *horto terræ illatus eſt.*

Dira quadam immanitate S. Viaticum illi negatum eſt: ergo illud petiit, inquies, & ſacris myſteriis expiari voluit: ergo falſum eſt, nos in ſupremi temporis articulo de iis recipiendis non cogitare. At gradum ſuſpendite, mei Domini, nullum hic pro vobis triumphandi argumentum eſt, En myſterium! vos pro quantocunque impendio, cupitis adhuc videri membra Eccleſiæ Catholicæ, quæ vos a corpore ſuo reſecuit; propterea nulla habita contemptus ratione, quo veſtræ ſectæ homines Sacramenta aſpernantur, ægroti tamen veſtri eadem vehementiſſime expetunt, quando habere non poſſunt, niſi e Catholicorum manibus, a quibus ſciunt ea ſibi præbenda non eſſe; & quidem tanta contentione expetunt, ut etiam in profanis tribunalibus actiones intendant iis, qui eadem præbere

bere renuunt, ſecumque hi ægri id ſolat
mulo inferant, quod moriantur inſtruenc
ti, & conficiendis tabulis, urgendæ ſe
tiæ, & extorquendo Senatusconſulto int
vel omnino armata manu viaticum ſibi a
velint, quod menſe Aprili hujus anni * 17.
Monte Peſſulano Dominam ** Mouſtelo
auſam fuiſſe novimus. Sunt autem hod
prava rei hujus exempla, ut facile ſuperſ
di pluribus veniam daturi ſitis. Ergo r
mus ad ea, quæ veſtri Commentariorun
bri de hoc argumento nobis ſuppeditan
cum ipſis adhuc ſemel in Portum Regiun
dem referamus.

[redacted]

„ narrat Foſſeus, ſe homine geſſit, ac ſi do-
„ meſticorum ſervorum unus eſſet; nunquam
„ latinum ipſi verbum excidit, etſi hanc lin-
„ guam calleret, cumque rudium ac ſtupido-
„ rum numero haberi vellet, eam perſonam
„ tam belle egit, ut non niſi poſt ipſius mor-
„ tem, qua doctrina, & quis fuerit, com-
„ perirem. „ Quis igitur erat hic villicus, hic colonus, hic ſervus domeſticus, hoc demiſſionis prodigium? Erat (*l*) *modeſti & ſubmiſſi animi ſacerdos, Carolus* Cheminus nomine, qui ſolus rem familiarem villæ, & ejus horrea a viginti ſeptem annis adminiſtrabat*: ut ſi dicas, a viginti ſeptem annis, perſpicaciſſimis etiam oculis nihil ſub conſpectum veniſſe, quam agreſtem hominis formam, neque unquam vel minimo ſacerdotis officio fungi viſum fuiſſe.

Letourneſius eratne ſacerdos? incognitum id foret, niſi hiſtoricus quidam Portus Regii nos certiores redderet, quod *abdicato* (*m*) *vicariatu quodam rurali, ex quo ſatis ægre ſe alebat, nullam poſthac amplius ſacerdotis functionem obierit*, & ſatius duxerit, *ſe ipſum condemnare veluti hominem, qui per injuriam Sacerdotium Jeſu Chriſti invaſiſſet, - - - - togam talarem, & cum ea omnes ſacras functiones lætus dimiſit, & veſtem ſumpſit cinericii coloris, vitæque aſperrimæ*

X mo-

(*l*) Ibid. videatur nota.
(*m*) Commentar. Fontani Tom. II. p. 427. 428. & 429.
*) Duchemin.

modum amplexus eſt. Uſus rubri habitus no dum tunc permiſſus erat Sacerdotibus pœn tentibus, niſi quos parvæ Eccleſiæ obſequ e ſolitudine ſua evocabant : deinde facult hæc pervaſit usque ad ſacerdotes, qui *pro t ritate perſecutionem patiuntur.* Lutetia Pariſi rum iisdem referta eſt.

Hunc in modum alienam perſonam ac v ſtem induere, nec amplius ſacris operari peculiari Portus Regii lingua dicitur viam pœ nitentiæ ingredi. „ Quid ? exclamat idem h „ ſtoricus, num ſacerdotum quoque hæ pa „ tes ſunt, ut ſuo ſe ipſos gradu ſpolient

m erat. At non eadem erat ratio in iis, ubi variæ decori aut emolumenti obſtringebant ſacerdotes Janſeniſticos, divinam, & quidem frequenter face- Religioſus quidam D. ejusdem farinæ Catalauni uni ſuarum pœnitentium , quomodo ex his ſe anguſtiis expe- Liceat mihi hunc eventum ſine addi- e, & tabulis proferre in medium: vix n id continget amplius. Cum Religioſus quando vehementer hortaretur ſuam ntem, ne adeo frequenter ad menſam iſticam accederet, eoquod quotidianis prolapſionibus, & contrahendis ani- aculis obnoxia eſſet, fœmina viciſſim ter ſciſcitata eſt, quomodo ergo ipſe t quotidie ſacrum dicere, cum tamen, agis ac alius, a fragilitatis humanæ ca- mmunis eſſet: cui ille: *id facio, quo- eo abſtinere mihi integrum non eſt; at tibi fateor, me non ſemper inſtituta iſto forma uti, & conſecrare, quoties rus ſacris ad aram accedo.* Num in- s populo illudi, & ea omnia, quæ in ne ſacerrima ſunt, deſpicatui haberi t?

ed in veſtris ſeminariis, ubi deſiderium s factioni illigandi cautiores vos, ut vi- & magis providos efficere deberet, do non ſubinde foras evadit, quod fi- et? En illius ſpecimen! Abbas Ricar-

halons ſur Marne.

dus, cum apud Patres Oratorii ad * S.
glorium ſeminarium incoleret, graviſ
morbo oppreſſus eſt: Sacerdoti ſua pec
expoſuit, ſed abſolutus non eſt; ad mc
confinia deductus, cum metueret, ne
abſolutione ſibi moriendum eſſet, urg
ſuum conſcientiæ arbitrum, famoſum P. F
quetum ex Oratorio, ut eam ſibi impertire
at nullum aliud reſponſum tulit, quam
ex animo ac puro Dei amore de peccatis
leret, abſolutionem ipſi non eſſe neceſſari
ſecus autem eam fore inutilem. Et ſic ex
ctrina tam inſignibus principiis innixa def
tus & periculo ſine Confeſſione ac Vi

panis. Ex abundantia cordis os loqu
quibus ergo ſenſis cor plenum eſt,
ndo os hujusmodi blasphemias vomit?
At modo in novam Carthuſiam * Scho-
gienſem, duabus vel tribus leucis Ultra-
diſſitam penetremus. Si vobis credimus,
primæ Eccleſiæ imago eſt. Triceni Apo-
e hunc in locum ſe fuga recepere, alie-
formam & veſtem mentiti conſilii &
ducibus quibusdam Eccleſiaſticis, qui &
nobilium Equitum ſibi perſonam adſcive-
Sed quo ſpectat hic vitæ modus? (*n*) *Ut veri Religioſi officia addiſcant.* In hac au-
perfectionis ſchola, num etiam S. Com-
onis uſus eſt? num ſacrum dicitur? num
n Paſchali tempore Chriſtiani hominis
tur officium? Audiamus, quodnam de
eſtimonium reddat fugitivorum horum
oſorum unus, quem divina gratia, ut
gem rediret, impulit: (*o*) *Collatis con-
'acile conſenſere, ut nunquam poſthac
na fieret, nec ſuſciperetur Euchariſtia,
Paſchate quidem, quorum ego per duos
r annos teſtis fui.* Quantus fervor
entibus? ordiuntur hi, ubi alias
ncti deſinunt. Sic *Sanctus* Diaconus
1724 *ſe indignum cenſuit, qui cum fidelibus Paſchalem Communionem*

mmentar. 7. de conſiliis Janſeniſtarum, autographa depoſita ſunt in Bibliotheca

Hudeleti ad ſuum Generalem ibidem.
iſii pag. 95. (*) Schonau.

obiret, & in hac voluntaria, optimique e
pli demiſſione etiam annum 1725. *ſibi elabi*
ſus eſt.

Nullus dicendi finis foret, ſi omnia
ferrentur in medium, quæ probant, no
res hos omnem de Euchariſtia fidem abje
Satis ſuperque argumentorum a me addu
jam eſt, quæ monſtrant, undique con
operam ad deteſtabile conſilium, contra
cramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ in
deducendum. Si reliqua ad Deiſmum ſuper
nam Evangelii conſtruendum adjumenta
dem accuratione, & æque compoſita ac



Veritas

ınſilii Burgofonte initi ex hujus executione demonſtrata.

PARS IV.

ua agit de doctrina, quam Conventus Burgofontanus ad evertendam omnem religionem divinitus inſtitutam tradi voluit.

Abrogatio Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ a Deiſtis Burgofontanis non niſi adjumenti cujusdam loco ha- i eſt, quo præmunirentur hominum mi, ut Deiſmum, quem invehere pa- ant, benigne & comiter exciperent. Et ɔſa nihil aptius populum ad omnem cultum O negandum ſenſim aſſuefacere poterat, ım ſublatus ipſi Sacramentorum uſus, & ɛta a divinis myſteriis alienatio, ſacer- ibus, ne ea celebrarent, fidelibus, ne iis- a intereſſent.

Nihilominus, non obſtantibus tam fag cibus cautionibus, non potuiſſent non fid lium animi vehementer offendi, ſi quod Sa cyranus, & Janſenius volebant, aperte ſine fallaci ſuco palam jactatum fuiſſet, *fide de noſtris myſteriis eſſe fallacem, ac inutilem & redemptionem hominum per mortem Jeſu Chri ſti, hiſtoriam quandam apocryphum.* Ne quis e go primo horum dogmatum conſpectu pe celleretur, corpus quoddam doctrinæ co texendum erat, in quo viderentur quide de myſteriis, quæ impugnare conſtitueran fidem retinere, callide tamen rem eo pe ducerent, ut reipſa *plena illuſionis, & inutili*

„ rum, qui nos audient, aut libros noſtros „ de his argumentis edendos legent, animos „ hæc dogmata imprimere poſſumus, fieri „ non poterit, ut in priore ſua fide firmi ac „ ſtabiles perſiſtant, nihilque faceſſet negotii iisdem perſuadere, opus humanæ redemptionis eſſe ſuppoſititium, eo quod cuncta nonniſi a ſola gratia efficace pendeant, „ cui reſiſti non poſſit; alias vero quicunque „ ad implenda Dei mandata conatus exerantur, eorum tamen aliqua ſervatu ſint impoſſibilia, imo gratia deſit, qua fiant poſſibilia. Ad quid ergo Redemptor aliquis? „ ad quid Sacramenta? ad quid omnia conſilia Evangelica? quidquid agatur a nobis, „ ſalvabimur, aut damnabimur, prout Deo „ lubuerit. „

Initio paucis oſtendamus, quantum hæc doctrina repugnet doctrinæ Catholicæ. Deinde, quomodo illa recta deducat ad Deiſmum, & religionis contemptum. Porro quænam ſit doctrina Janſenii & Janſeniſtarum. Quarto denique, quod hi novatores ab anno 1621 usque ad hodiernum diem omnes, quibus, excogitandis pares fuere, rationes inierint, ut hujus doctrinæ contagione omnis ſortis, ſexus, & ætatis homines inficerent. Ex his lector facile ſtatuet, quid de executione ſyſtematis Burgoſontani ſentiendum ſit.

Articulus I.

Antitheſis inter doctrinam Burgofontanam, & doctrinam Catholi.. n.

Ex iis, quæ ex relatione de conciliabulo Burgofontano excerpta paulo ante recenſui, liquido conſtat, illi, cui munus alterum hoc ſyſtematis adjumentum ad effectum perducendi, impoſitum erat, hoc argumentum ac ſcopum fuiſſe, ut quinque Eccleſiæ Catholicæ veritates adoriretur, & quinque impias falſitates illis oppoſitas ſtabiliret. Ut rem po-

ninis arbitrium a DEO motum & excitatum, ul cooperari aſſentiendo Deo excitanti, ana- ma ſit.

Doctrina Burgofontana.

Gratia una & ſola operatur omnia, nec reſiſti poteſt.

Eccleſiæ Catholicæ Veritas II.

Docet S. Concilium Tridentinum, gra- nobis conceſſa nos uti, ſi velimus; ea non , ſi nolimus: contrarium tuenti anathema citur. Gratia, qua utimur, communiter *tia efficax* appellatur, quia effectum ſor- ur, pro quo data eſt. Gratia, qua non imur, in ſcholis nomen nacta eſt *gratiæ ficientis*; quia ſufficeret ad actionem, pro a præſtanda a DEO collata eſt, certum- e reipſa effectum ſortita fuiſſet, ſi ille, i collata eſt, ea uti voluiſſet, prout vel- potuiſſet: (*b*) *Si quis dixerit, liberum ho- nis arbitrium - - - - Deo excitanti atque vo- nti - - - non poſſe diſſentire, ſi velit - - ana- ma ſit.*

Doctrina Burgofontana.

Sancitum Burgofonte eſt, *negare gratiam, æ eſt hominibus ſufficiens.*

Ec-

(*b*) Ibid.

Eccleſiæ Catholicæ Veritas III.

Docet Concilium Tridentinum, ho nem, etiam poſt peccatum Adami, eſſe berum ea libertate, quæ ab omni agendi ceſſitate exempta eſt, & apud Theologos men obtinet *libertatis indifferentiæ*, quæ ta eſt in potentia indiſcriminatim faciendi num, aut illud omittendi, faciendi malu aut non faciendi, perinde, ut unum vel a rum libere eligere voluerit: qui contrari docet, anathema eſt: (c) *ſi quis liberum minis arbitrium, poſt Adæ peccatum, a ſum, & extinctum eſſe dixerit, - - anathema*

nibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis ejus eficium recipiunt, ſed ii duntaxat, quibus mē- um paſſionis ejus communicatur.

Doctrina Burgofontana.

Cui bono Jeſus Chriſtus aliquis natus, & rtuus pro hominibus? Hiſtoria hæc *apocrypha ; eximendus populis error, & edicendum palam, ſum Chriſtum non pro hominibus mortem ſubiiſſe.*

Eccleſiæ Catholicæ Veritas V.

Docet ſacroſancta Synodus Tridentina, um nullum præceptum nobis imponere, od impleri nequeat, quia ad illud implen- m vel gratiam habemus, vel rogando, & ecrando impetrare poſſumus: (*f*) *Deus oſſibilia non jubet, ſed jubendo monet, & fa- e, quod poſſis, & petere, quod non poſſis, & iuvat, ut poſſis* Anathema omnibus, qui ſtrinam contrariam profitentur: (*g*) *Si is dixerit, Dei præcepta homini etiam juſtifi- o & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſervandum oſſibilia, anathema ſit.*

Doctrina Burgofontana.

Quicunque ad implenda Dei mandata natus exerantur, eorum tamen aliqua ſervatu

(*f*) Ibid. cap. 11. (*g*) Ibid. can. 18.

vatu ſunt impoſſibilia, imo gratia deeſt, qua fiant poſſibilia.

Articulus II.

Quinque doctrinæ Burgofontanæ capita recta ad Deiſmum, & ruinam omnis religionis divinitus manifeſtatæ deducunt.

Hunc in modum comparata eſt doctrina, aut potius loquendi modus, quo impietatem ſuam tegere Burgoſonte congregati ſta-

quæ hoc negotium vocabula quædam in Chriſtiana religione uſurpari ſolita retinenda, & per ſpeciem quidpiam de ipſius tradendi myſteriis; reipſa obligatio cultus cujusdam DEO reddendi penitus delenda erat. Quinque Burgofontanæ doctrinæ capita omnium maxime delecta ſunt, ut res hæc perficeretur; & quicunque ſuam iis fidem addixerit, propediem æque Deiſta evadet, ſi nondum eſt, ac illi, qui Deiſmum aperte profitentur. Ne hac in re ullus dubio locus ſit; Deiſtas, qui palam tales ſe eſſe declarant, cum Burgofontanæ doctrinæ ſectatoribus componamus.

Profeſſi & declarati Deiſtæ repudiant in omne, quod ſpeciem quandam gerat illius, quod nos gratias ſupernaturales nuncupamus, omnique ſe lege cultus alicujus DEO exhibendi ſolutos, eſſe arbitrantur: proinde gratia admodum foret inutilis. Unde inter illos nulla ſive de gratia ſufficiente, ſive de gratia efficace, non magis, quam de libertate quæſtio eſt.

Burgofonte ſancitum eſt, præſeferre, admitti gratiam quandam, *quæ una & ſola faciat omnia*, cuique *reſiſti nequeat*; proin nullam eſſe gratiam ſufficientem, nullam veram libertatem.

Quodſi jam doctrinæ hujus aſſecla rite & prudenter ratiocinari velit, hæc apud animum

mum ſuum ſtatuet; ſi ad reddendum DEO aliquem cultum gratiam habeam, eidem reſiſtere nequeo: *illa una & ſola faciet omnia*; nec eſt, cur id me ſolicitum habeat. Si non habeam gratiam, quantumcunque ad præſtandum Deo cultum mihi laboris ſumam, nunquam tamen illum præſtare potero; hinc illud optimum factu erit, ut quieto ac tranquillo animo ſim. Gratiam igitur tueri, quæ ſola operetur omnia, & quæ repudiari non poſſit, in ſenſu Burgofontani idiomatis adjumentum eſt, quo quis brevi tempore non minus Deiſta fiat, quam illi, qui omnem gratiam inficiantur.

eſt mortuus, niſi pro iis, qui ſalvi erunt: t mortuus pro me, certo ſalvus ero: non gitur, quod mihi pro ſalute mea labo- um ſit. Si non eſt mortuus pro me, dubio, quicquid fecero, damnabor: er- auſſam non habeo, ob quam cultus exhi- li Deo moleſtiam ſubeam, ſive ut cælo ar, ſive ut inferorum ſupplicia evitem. nquies, quamvis Chriſtus pro me ſit mor- , num a me tamen curandum non erit, n numerum Electorum adſcribi merear? mentem & principia Burgoſontana non : interea largiar tamen, hanc curam lo- habere, ſed ſimul id addam, gratiam, reſiſti non poteſt, effecturam omnino, cum ium divinitus mihi immiſſa fuerit, ut id m, & agam, quin in angores me & mo- as induam, quoniam *illa una & ſola fa- omnia.* Quocirca, qui perſuaſum ſibi ha- , Jeſum Chriſtum pro ſolis Electis eſſe tuum, non poteſt non id, quod ex eo ſequitur, pro certo exiſtimare, nimirum ultu aliquo Deo reddendo ſe prorſus im- nem eſſe. Credere ſtaque, Chriſtum pro s prædeſtinatis mortem oppetiiſſe, in Bur- ontano Nomenclatore novum adjumen- i ſignificat, quo quis brevi in Deiſtam mi- t, apertiſſimis Deiſtis parem, qui præci- negant, genus humanum afflictum & per- im, a Jeſu Chriſto morte ſua redemptum, n jus ac ſpem ſalutis æternæ aſſertum ſe.

Profeſſorum Deiſtarum opinio eſt, Deum nullam hominibus legem, nullum præceptum injungere, ſed ſuo illos arbitrio, fortunæ, ac ſatis permittere; homines autem viciſſim (liceat mihi horrenda hac phraſi uti) negligere poſſe Deum, cujus nulla ad ſe cura pertineat.

Burgofontani ajunt quidem, Deum, quæ fieri velit, mandare hominibus; ſed hæc mandata nihil ipſis incommodi afferunt, quia vel ſervari non poſſunt, nec Deus largitur gratiam, qua opitulante ſervari poſſint; quo caſu nullum operæ foret pretium, vel minimam ſibi ad ea implenda vim afferre; ergo

oc præſtabit auxilium gratiæ, quæ ffecta dabit in me ſine me. His im- rincipiis, quis hunc Deiſmi ſeu can- , ſeu proſelytum ex quieta poſſeſſio- næ, de omni cultu & obſequio DEO , deturbare poterit? Num minus is lgebit, quam apertiſſimis quivis Deiſta, aliud, quam exiſtentem Deum pro ei capite, & argumento recipit? Cum igitur Burgoſontano ſentire, quod eat, quæ ſervari non poſſint, nec ur gratiam, cujus ſubſidio ſervari eſt planam & regiam viam ingredi, ndum eo deventum eſt, brevi ad uis & perfectum Deiſmum pertin- andoquidem hoc tantundem eſt, ac aratis Deiſtis impiam cantilenam ca- um nihil præcipere hominibus, nec iis cultum exigere. En igitur ne- o cum Deiſmo colligata ſunt quinque capita, quæ ad tria hoc loco a me cum tria priora inter ſe ita implica- ut non niſi unum efficiant) Deiſtæ tani *mundum docere* ſtatuerunt.

Articulus III.

e Burgoſontanæ doctrinæ ſunt ipſiſſima Janſenii, & Janſe- niſtarum doctrina.

e Burgoſonte congregati dogmatum n monſtra, tanquam proprios inge-

nii ſui partus in lucem protuliſſent, ſumm
horrorem ac metum omnium Catholico
animis injeciſſent, nec gravia, quæ mo
ac doctrinæ corruptoribus decreta ſunt,
plicia effugiſſent. Unanimi igitur conſe
ſtatutum eſt, Calviniſtas imitari, & ſcel
ſua principia, tanquam diu ante tradita
Auguſtino dogmata venditare, cujus
niſi ſenſa & doctrinam ab oblivione & i
ritu vindicarent. „ Et quoniam (teſtatur
„ loviana de conventu narratio) nullus
„ omnibus Eccleſiæ Doctoribus fuit, pra
„ S. Auguſtinum, qui ſuo tantum indul
ingenio, aut cujus verbis aut locis male

que perſonam agendam aſſignabat, probe noverat etiam, quid cujusvis e fœderatis ſuis ferrent humeri, quid ferre recuſarent: ſciebat, in quo ſtudiorum genere amicus ſuus Cornelius Janſenius a pluribus jam annis tempus & operam ſuam collocaret. Huic itaque honorificus labor obtigit, ad formam, quam delineaverant, librum elucubrandi, in quo pro nova ſecta cardo rei verteretur. Quantumcunque ex malis a ſe religioni illatis notus ſit hic Batavus, conſilii tamen mei & operis ratio poſtulat, ut mihi de eo commemoranda quæpiam exiſtimem.

Cornelius Janſenius ex patre, homine ruſticano in pago * Accoyenſi prope Leerdamum natus, literarum ſtudia Ultrajecti exorſus eſt, eaque abſolvit Lovanii, ubi funeſto ſibi caſu in grandem natu Doctorem incidit Janſonum nomine, Baii erroribus, quamvis condemnatis, perdite addictum. Adſcivit hic ſibi Janſenium in amicum, cum aptum crederet, qui rationes ſuas ſequeretur, & afflictam cauſſam in antiquum ſtatum reſtitueret. Aperit itaque conſilium illi ſuum, in Academia Lovanienſi opiniones Baii, quas ex pura S. Auguſtini doctrina hauſtas jactitabat, ad novam veluti vitam revocandi.

Juvenis hac in ſe fiducia & familiaritate Doctoris permulſus, tamque ſplendida ratione animatus, noctes jungebat diebus, quibus in id incumbebat unice, ut agendo huic

(*) Accoy.

cum ſecundo ſucceſſu negotio ſe parem efficeret. At valetudine tanta ſtudiorum contentione attrita, conſtituit ire in Galliam, ut ibi ſalubriore cælo frueretur, & proſtratas vires repararet. Pariſiis in notitiam & familiaritatem venit Joannis Vergerii, qui diuturna cum ipſo Pariſiis, Bajonæ, & alibi conſuetudine, variis congreſſibus, & colloquiis, ac mutuo denique, eoque frequentiſſimo per omnem vitam literarum commercio totum ejusdem animum penitus corrupit, & perdidit.

Quanquam Janſenius poſt junctam cum



ſera data ſit, rem omnem planam & conſtatam faciunt. In omnibus prope epiſtolis, as ab exeunte anno 1621 usque ad mortem am ad Sancyranum ſcripſit Janſenius, ma- a eidem fide rationem reddit de ſuo *Pilmot*, *lite ſua*, de *ſacro negotio*; hæc erant di- rſa nomina, quibus librum ſuum deſigna- t. Ante annum 1621 nullus ipſi in literis mo, niſi de progreſſu ſuo in legendo S. Au- ſtino; in epiſtola 5. Martii 1621 data cer- ; nos reddit, ſe legendo ad evolvendum timum S. Auguſtini volumen tum acceſſiſſe, n adhuc, quid in hoc S. Patre a ſe obſer- um eſſet, notaverit; difficultates autem objici, ait, in ſuo, quod verſaret ani- , ſyſtemate: hinc optare, ut, quæ nol- cum ullo alio, cum Sancyrano conſilia ſua ferre poſſet: „ Nemini uni (ſcribentis ad ncyranum Janſenii verba ſunt) fateri au- leo, quinam mei ſecundum principia S. Au- uſtini de multis ætatis noſtræ opinionibus, singillatim de illis, quæ ad materiam de ratia, & prædeſtinatione pertinent, ſen- us ſint, donec omnia matureſcant, & rei pportune gerendæ tempus acceſſerit; me- uo enim, ne Romæ idem mihi, quod aliis Bajo) contingat. - - Faſtidii nonnihil mi- i movet S. Thomas, poſtquam guſtavi . Auguſtinum. - - Pluribus mentem meam periam, cum annuerit Deus, ut nobis utuo loqui poſſimus. „

Manifeſtum eſt, ambos intra menſem Martium & Novembrem anni 1621 congreſſos ac colloqutos eſſe; nam epiſtolæ, quæ illam 5. Martii datam ſequitur, hoc initium eſt: „ „ Lacrymæ tuæ, quas meus tibi diſceſſus ac „ profectio expreſſit, tantum in aſperam „ meam & frigidam indolem valuerunt, ut „ & ego imperare dolori, & ab iis mihi tem- „ perare non potuerim. „ Sed nondum id totum eſt; in hoc congreſſu deliberatum ab iis, & inita ratio eſt de forma, atque argumento libri, de quo perficiendo omnem usque eo ſpem abjecerat; nam in hac eadem plane epiſtola 4. Novembris exarata Sancyrano de il-

lat) *homo ineptiſſimus, & amentiſſimus omnium, qui ſua ætate fuiſſent, proclamandus eſſet.* Habendæ ipſi ſunt gratiæ, quod jam in anteceſſum eo ſe inſigniverit elogio, quod jure ipſi debebatur.

Anno 1621 itaque, continuo poſt conventum Burgoſontanum, hoc eſt, intra 5. Mart. & 4. Novembris Janſenius congeſtam a pluribus jam annis materiam, quin ad illud momentum conſtitutum haberet, quem operis ſui ordinem ſibi ſervandum putaret, digerere, in ædificii formam conſtruere, & ad præfixum jam certum ſibi ſcopum dirigere cœpit. Deſudavit in elaborando hoc opere ad ſupremum usque halitum aſſiduo quidem ſtudio, quod tamen ipſi impedimento non erat, ut non multis aliis ſe tricis ac negotiis ingereret. Primus e ſecta documentum dedit, eum, qui fidem frangit Eccleſiæ, paulo poſt Regi quoque ſuo infidum fore.

* Morgueſius S. Germani Abbas, primarius Reginæ Ludovici XIV Matris Eleemoſynarius probe noverat in Flandria Janſenium; precatus hunc erat ** Chaumontelus vir inter *** Cadomenſes nobilis, ut quid demum hominis eſſet Janſenius, de quo tot & tanti ſermones fierent, ſibi nunciaret. Pinxit Abbas hominem his coloribus, aitque, „ prodidiſſe Re-

(*) de Morgues.
(**) de Chaumontel.
(***) Caen.

„ gem Hiſpaniæ in Comitiis ſtatuum genera-
„ lium Belgii, quæ anno 1633 habita ſunt,
„ & conſcriptis eam in rem commentariis au-
„ thorem fuiſſe, ut Flandri Catholici Societa-
„ tem inirent cum Proteſtantibus Batavis, &
„ quales in Helvetia ſunt, compoſitos ex
„ utriusque religionis hominibus pagos con-
„ ſtituerent.„ Credebat ſemper Janſenius, ſatis meritorum extare a ſe in alios, ut Epiſcopali mitra coronari digna eſſent: jam ſpe Epiſcopatus Antuerpienſis exciderat, licet potente Patrono uteretur Mechlinienſi Archi-Epiſcopo: proditio, de qua memini, innotuerat Aulæ Hiſpanicæ; ergo ut eluctare-

atur, ſe ex ore Sacellani Iprenſis Epiſcopi llexiſſe, Janſenium ante obitum ſuum de us vitæ noxis confeſſum fuiſſe; Leydeke- e Proteſtantium numero, ſcriptor vitæ ſenii addit, etiam ſupremis morientium gionibus SS. Viatici, & extremæ Unctio- rite confirmatum e vivis exceſſiſſe. Poſt : opus ſibi ſuum afferri voluit, & primo ; folio inſcripſit, committere ſe illud fidei naldi * Laimei ſibi ab Eleemoſynis, & ea dem lege, ut cum Liberto Fromondo, Henrico Caleno amicorum ſuorum inti- : de eo typis excudendo conſilia iniret; alio tamen libri exemplo, quam hoc ipſo, curandam editionem uterentur. Adjungit, nam quidem eam opinionem inſediſſe ani- , nulli in hoc opere mutationi locum eſſe e; quodſi tamen Eccleſia obliterandum ſpiam, vel mutandum cenſeret, obſe- oſum ſe ejusdem filium eſſe, & huic obe- ntiæ immori velle.

Obiit eodem die 6. Maji 1638, annos na- quinquaginta quatuor, poſtquam duode- inti menſibus Iprenſi Eccleſiæ præfuerat. ulchrum inſigni epitaphio, & magnifico ris elogio exornatum fuit, quod tamen nde, jubente ſummo Pontifice Alexandro , probante Archiduce Leopoldo Belgii gu- natore, a Franciſco Robleſio, Janſenii in le Iprenſi ſucceſſore, ſublatum eſt. Acer- eam ob rem exclamationibus teſtata eſt Fa-

* Laimé.

Factio, quam gravem dolorem ac mœrorem hauſerit ex hac turpitudinis nota, quæ memoriæ Anteſignani ſui inuſta fuiſſet: ſolatium capere oportuit ex laudatione, qua ſolia Londinenſia aliquo poſt tempore, cum de eventu ſpoliati tumuli mentionem facerent, defunctum, & ipſius doctrinam profecuta ſunt. (*b*) *Vir hic*, inquiunt, *quanquam Epiſcopus Papiſticus tuebatur doctrinam Auguſtinianam de merito, de libero arbitrio, de juſtificatione &c. quæ in multis capitibus eadem eſt cum illa, quam Eccleſiæ reformatæ amplexæ ſunt.* En verba Anglica in gratiam eorum, qui lambunt & lingunt omnia, quæ veniunt

, ſit, ut res clam haberetur, Jeſuitis tamen , Lovanienſibus, callida dexteritate P. Viſ- , kerkii, qui unum ex typograhi operariis ad , afferenda ſibi omnia folia ſubornaverat, in- , notuiſſe, hoc opus propediem in lucem , proditurum. „ Alii evolutionem hujus my- terii cum minore malignitate recenſent, ajunt- que, exortum ſubito vehementem ventum, cum in locum irrueret, ubi pendula ex funi- bus folia libri *Auguſtinus* libero aeri expoſi- ta ſiccabantur, partem eorum ſublatam vici- na per loca diſſipaſſe, quæ deinde a præter- euntibus collecta fuiſſent. Quomodocunque autem res evenerit, edoctus de toto negotio Paulus Richardus Stravius, Pontificius in Belgio Internuncius, e veſtigio id magnope- re contendit, ut ab imprimendo libro ceſſa- re juberetur Typographus, deinde ut ſuppri- meretur liber, ne in publicum emanaret. Sed omnis hæc ejus opera fruſtra fuit. Prodiit li- ber, & paulo poſt Pariſiis cum adjecto ſex Sorbonæ doctorum ſuffragio alteris typis ex- cuſſus; mox etiam a Miniſtris Calvinianis Hol- landiæ, Jacobo Triglandyo rem dirigente, in patriam linguam translatus; a Jacobo autem Voetio gregi ſuo eximias inter laudes com- mendatus eſt, ſuffragante celebri Grotio, cujus ea ſententia fuit, ſi Catholici probarent doctrinam Janſenii, brevi duas Eccleſias in unam conflatum iri. Non multum lapſum eſt temporis, cum & Rotomagi nova libri Iprenſis Epiſcopi editio comparuit, adeo, ut is longe lateque diffuſus magnæ ubique offen-

ſio-

ſioni eſſet. Unde Urbanus VIII. 6. Martii 1642. eum Pontificio oraculo in Bulla [illegible] ex eo capite condemnavit, quod *contineret & defenderet cum grandi offenſione Catholicorum, & authoritatis ſacræ Sedis contemptu plures propoſitiones ex iis, quæ jam ab Anteceſſoribus ſuis reprobatæ & damnatæ fuiſſent.*

At Jacobus Boonenus Archiepiſcopus Mechlinienſis, quem Janſenius ad partes ſuas adjunxerat, inexpugnabili contumacia interceſſit, ne hæ literæ Apoſtolicæ promulgarentur in Flandria. Cum ſeptem omnino annis [illegible]

itate plures adhuc, & æque acerbos
tura.

illa Urbani VIII ad Facultatem Theo-
Pariſinam perlata cum obſignata Re-
ſtola, quæ eo, quem vellet Pontifex,
modo ac forma eam recipi jubebat,
Facultas 15 Januarii 1644 interdixit
ureis, ne ſeu probarent, ſeu propu-
ullam ex propoſitionibus, quæ a
Gregorio XIII, & Urbano VIII Apo-
literis, & Pontificia cenſura notatæ
At nihil moti eo interdicto aliqui e
ureis, in Theologicis ſuis theſibus
n earum typis imprimendas curarunt,
eologiæ Procurator, cum illas reco-
t, expunxiſſet: alii theſes ſuas typis
ndas dedere, quales ſublatis erroribus
tæ fuerant, ſed palam deinde declara-
onge diverſa ſe ſentire ab iis, quæ
ſuis inſerere coacti fuiſſent.

colaus Cornetus Doctor Domus Na-
Facultatis Procurator, in Conven-
onæ graviter de hac Baccalaureorum
queſtus Facultati ſenas harum pro-
um, quarum quinæ e Janſenii libro
otæ erant, cognoſcendas, & expen-
obtulit. At Factio, cum Capitis ſui
m peti, & diſcrimini objici videret,
ıntos motus concivit, ut tandem a ſu-
curia Pariſina ea diſquiſitio inhibere-
octores veritati bene affecti, cum nol-

lent

lent implicari negotio, quod ad ſupremæ Curiæ forum adductum fuiſſet, abſtitere ab ulteriore examine, ut opportuniore capto conſilio, efficacius bonæ cauſſæ conſulerent, & Romam ipſam ad edendum de tota hac re oraculum incitarent.

Iſaacus Habertus Epiſcopus Vabrenſis, qui primus in Gallia palam Janſenii doctrinæ ſeſe oppoſuit, ſcripta epiſtola, cui octoginta quinque Epiſcopi ſua nomina adſcripſere, de tota re Pontificem Innocentium X edocuit, qui comperto ex Epiſtola negotio, Congregationem coegit, & inſtituit, ut de de-

Nihil fuit machinarum, nihil artium, quod non adhibuerunt ſectatores Iprenſis Epiſcopi, ut condemnationem adeo certam, definitam, & ignominiæ plenam impedirent. At quantum ad præſens meum inſtitutum pertinet, hac de re jam ſatis dixi hactenus; qui plura & diſtinctius ſcire deſiderat, conſulere poterit hiſtoriam de quinque propoſitionibus Janſenii, quæ occultas factionis artes ac conſilia valde ingenue & perſpicue exponit.

Tempus jam eſt, ut pro eo, ac pollicitus ſum, oſtendam, Janſenium librum ſuum pro urgenda Burgofontani ſyſtematis executione ſcripſiſſe, & in eo acuratiſſimo ſtudio ſecutum eſſe formam, quæ in illo conventu aptiſſima fore cenſebatur, qua fides myſteriorum noſtrorum redderetur *fallax & inutilis*, ipſumque abrogaretur Evangelium, *quin res adverteretur*. Ut id apud illos, qui etiamnum reverentur Eccleſiam in optima luce collocem, non alio opus eſt, quam ut hujus Jeſu Chriſti organi, falli neſcii, deciſiones in medium adducam.

Eccleſia condemnavit quinque propoſitiones: oraculo Innocentii X. declarat, eas eſſe doctrinam in libro Janſenii contentam: Alexander VII. definit, easdem propoſitiones eſſe condemnatas in ſenſu ab ipſo Authore deſignato. Verba Bullæ hujus ſummi Pontificis tam nervoſa ſunt, & ad intercludendum er-

rori omne effugium opportuna, ut ea hoc loco recitare omnino operæ pretium ſit.

(*k*) „ Cum, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii prædictas quinque propoſitiones „ vel in libro prædicto ejusdem Cornelii Janſenii non reperiri, ſed fictas, & pro arbitrio „ compoſitas eſſe, vel non in ſenſu ab eodem intento damnatas fuiſſe, aſſerere magno cum Chriſti fidelium ſcandalo non reformident; Nos -- quamcunque dubitationem ſuper præmiſſis in poſterum auferre volentes --- quinque illas propoſitiones ex „ libro præmemorati Cornelii Janſenii Epiſcopi Ipren ſis, cui titulus: *Auguſtinus* excer-

Parallelum seu comparatio quinque propositionum, quæ ex Jansenii libro excerptæ sunt, cum quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus.

Propositio I Jansenii: Aliqua DEI præcepta hominibus justis, volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.

Caput doctrinæ Burgofontanæ: Quicunque ad implenda DEI mandata conatus exerantur, eorum tamen aliqua servatu sunt impossibilia, imo gratia deest, qua fiant possibilia.

Propositio II Jansenii: Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

Doctrina Burgofontana: Una & sola gratia operatur omnia, eique resisti non potest.

Propositio III Jansenii: Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.

Doctrina Burgofontana: Evertenda libertas, eique imponenda necessitas cedendi gratiæ victrici.

Propositio IV Jansenii: Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Doctrina Burgoſontana: Negabitur gratia, quæ hominibus eſt ſufficiens.

Propoſitio V Janſenii: Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.

Doctrina Burgoſontana: Edicetur palam, Jeſum Chriſtum non pro omnibus hominibus mortem ſubiiſſe.

Res ardui laboris erit, majorem excogitare ſimilitudinem inter propoſitiones, quæ in conventu aliquo, ubi forma agendi grandis cujusdam negotii feſtinatio opere adumbranda

quinque tam congruenter & appoſite revocantur, ut, quod olim in Cathedra Auditoribus ſuis aſſeveravit Boſſuetus * Meldenſis Epiſcopus, (*l*) *illi ſint totus liber* Janſenii. Ante oculos ergo eſt perfecta quinque propoſitionum, & ob hoc ipſum *totius libri* Janſenii cum quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus conſenſio. Necdum etiam animo excidit horum ipſorum quinque capitum connexio cum principiis puriſſimi Deiſmi: quin igitur feratur nunc judicium, quem ſibi finem Janſenianum opus præfixerit.

Alterum accurationis ſpecimen, qua Janſenius omnibus Burgofonte ſancitis animum commodavit, & calamum, iſtud eſt: ſtatutum ibi fuerat, ut Calviniſtarum veſtigiis inſiſterent, & novitatibus, quas edere in vulgus cogitarent, authoritatem S. Auguſtini *pro velo* obtenderent; ac ſi nomen hujus magni & ſancti Doctoris, tam turpiter & procaciter habitum hæreſibus & hæreticis, contra Eccleſiæ anathemata, præſidium & tutelare quoddam diploma eſſe poſſet. Et quid Janſenius? non minus protervus & impudens, ac Joannes Wicleſus, qui, ut ſolam Epiſcopi Hipponenſis doctrinam profiteri videretur,

(*l*) Vid. Epiſtolam b. m. Epiſcopi Mirapiſcenſis (de Mirepoix Petri de Broüe) ad Cardinalem de Biſſy. Extat hæc epiſtola pag. 109. Collectionis documentorum pro Inſtructione paſtorali ejusdem Cardinalis An. 1722.

(*) Meaux.

Joannes Auguſtini appellari voluit, eodem conſilio librum ſuum titulo *Auguſtini* inſignivit. An non hoc moroſiſſimis etiam ingeniis ſufficere poteſt, ut perſpiciant, quanta accuratione Janſenius Burgofontanis inſtitutis ſe temperaverit? Unde etiam ratum, ac certum eſt, Janſenii librum pro executione ſyſtematis Burgofontani, ſeu pro eo, ut Deiſmus ſub rogetur Evangelio, & omnis inſtituta divinitus religio evertatur, elucubratum fuiſſe; proinde dignum tot anathematum fulminibus, quibus toties ambuſtus eſt.

[redacted]

ter ſe pugnantia non locuti ſunt? Diſcamus noſſe filios ex agendi ratione, qua ipſorum patres hac in re uſi ſunt.

Nullum laudum genus eſt, quo primi Janſeniſtæ librum Patriarchæ ſui non exornarunt. Ex pura S. Auguſtini doctrina conſtare, ajebant, & ex conſenſu totius Factionis quinque propoſitiones continebantur hoc libro, (m) *ſeu quoad verba, ſeu quoad verborum vim ac ſententiam*, quemadmodum Abbas * Bourſeus mentem ſuam explicat. Hoc idem palam confitebantur omnes, at ſimul contendebant, quinque has propoſitiones vel maxime orthodoxas eſſe, idque omnium virium conatu tuebantur. Hinc illæ molitiones, & machinæ, ne Sorbona eas examini ſubjiceret, & ſubinde affectatam illis orthodoxiam abjudicaret: hinc ablegati Romam illarum defenſores, qui obſtarent, ne Pontificia ſententia configerentur: hinc probra & convitia liberaliſſime conjecta tam in illos, qui aliquid operæ ad earum condemnationem contulere, quam in Innocentium X Pontificem, qui eas condemnavit, ac in Bullam, qua ſe videbant tanta ignominia notatos. Hæc certe Bulla ipſis non erat, niſi *Cenſura extorta, informis, inaudita, facta contra omnes leges æquitatis, & Canonum*: Pontifex *cum neque verba intelligeret materiæ, de qua agebatur, præ-*

(m) In ſcripto, quod ab his verbis incipit: In nomine Domini.

(*) Bourzeis.

judiciis ſe occupari, & a malevolis præoccupari paſſus eſt: nil egit in hoc negotio, *niſi ex politicis rationibus; nec rationem habuit ullius formæ legitimæ, & maxime neceſſaria ad detegendam veritatem ſubſidia neglexit*: non alios adhibuit huic negotio gerendo, *quam homines rudes, ſuſpectos, male affectos.* Denique hæc condemnationis quinque propoſitionum ſententia tam inconſulte, ac temere lata eſt, ut quorumvis *ſapientum ſibi contemptum accerſierit, cum in ea tantum partium ſtudium, & ſiniſtrum affectum, tamque parum juſtitiæ deprehenderent.*

tes maxime Catholicas. Horum! quæſo interea, dum brevem digreſſionem paro, ne obliviſcamur.

Amicitia certa in re incerta cernitur, & ſinceram amici fidem probat neceſſitas, Janſeniſtæ, animis conſternati, quod ſe condemnatos viderent, invenere in celebri Academia Batava, quem in toto orbe Catholico non reperiſſent, amicum quendam fervidum, & in rebus religionis ſuæ uſu peritum, ac ſolertem, qui ipſis contra ſummum Pontificem, & ejus deciſiones auxiliarem manum præbuit. Erat generoſus hic amicus Miniſter Calvinianus Samuel * Mareſius, Doctor & primarius Theologiæ Profeſſor in Academia Groningana, & Miniſter ordinarius Templi Academici. Vix ille intellexerat terribilem plagam, quam Innocentius X. Janſeniſtis infli-xerat, cum e veſtigio illorum patrocinium ſuſcepit in opere, cui titulum fecit: *Ultima apologia Samuelis Mareſii pro S. Auguſtino, Janſenio, & Janſeniſtis contra Papam & Jeſuitas: ſeu examen Theologicum tripartitum poſtremæ Conſtitutionis Innocentii X. in qua de quinque dogmaticis propoſitionibus in gratiam Jeſuitarum, & Pelagianorum, contra S. Auguſtinum & Janſenii aſſeclas pronunciatum eſt.*

Apologia hæc inſcripta eſt Janſeniſtis hisce honorificis verbis: *Præfatio ad eruditos*

* marez.

illos viros Communionis Romanæ, omnium ordinum, qui hactenus ſtetere pro Pauli, Auguſtini, & Janſenii Doctrina, de Gratia & Prædeſtinatione contra Jeſuitas.

Quod Calvinianus Miniſter tam acerbe ferat, Janſeniſtas a ſummo Pontifice damnatos, & tam ferventem iis defendendis operam impendat, multis, & præcipue illis, qui Janſeniſtæ ſunt ſine cognitione cauſſæ, valde paradoxum videri poteſt. At aperiam ipſis hoc myſterium, aut potius, qui omnium optime id poterit, aperiat ipſe Mareſius: „Nemini vero, (ait in Præfatione) „mirum debe-

[redacted]

„ perſuam taxationem, ſive redemptionem „ univerſalem omnium & ſingulorum rejici- „ mus. „

En igitur plenam Calviniſtarum cum Janſeniſtis de quinque propoſitionibus ſententiarum concordiam: idem ſentiunt, idem loquuntur hi, quod illi; unde Miniſter Groninganus jure potuit aſſerere, præſentem cauſſam non minus ad Reformatos, quam Janſeniſtas pertinere.

Poſtquam autem tam generoſe ſuum erga novos ſocios ſtudium aperte palamque profeſſus eſt, putat tantum ſibi authoritatis eſſe, ut aliquid ipſis, forte non absque bono fundamento, vitio & culpæ dare poſſit. „ Certe aliquid, inquit, eſt in veſtris „ Heroibus infirmitatis, dum omnem ingenii „ ſui aciem eo intendunt, ut ſuas ſententias Auguſtinianas, Jeſuitis oppoſitas, a „ noſtris differre contendant; *ubi duo ſic idem* „ *dicent, ut non ſit idem, tum Janſenianæ opi-* „ *niones a doctrina Reformatorum erunt diſtin-* „ *guendæ.* „ Vix fieri poteſt, ut ſummus unius doctrinæ cum altera conſenſus exquiſito magis & efficaciore dicendi genere exprimatur.

Præfationem hanc, Janſeniſtis adeo honorificam, claudit Miniſter optime aptata ipſis adhortatione: *optimum conſilium foret,* ſcri-

ſcribit Mareſius, *cordate valedicere [illegible] illius, qui vos ab ea ita palam reſecuit, ut debeatis deinceps aut turpi ſilentio prodere veritatem, aut illis contumeliis & pœnis canonicis ac temporalibus ſubjacere, quibus exponuntur in Papatu it, quos Papa hæreticos declaravit.* Nempe non hodie primum, quod noſtris ipſi oculis videmus, ſed jam olim Janſeniſmus non alibi plures patronos nactus eſt, quam in Hollandia. Erit adhuc tempus, & locus probandi, quam arcto fœdere Miniſter Groningauus cum Janſeniſtis junctus fuerit; utar eo, ut viri memoriæ honorem habeam. Interim redeamus [illegible]

Coivere ſubinde factionis capita in Portu Regio, ut deliberarent, quid potiſſimum conſilii in tam fatali rerum concurſu capiendum, quo fulcro profligata jam cauſſa ſuſtinenda eſſet. Vadem hujus conſultationis, & eorum, quæ in hac evenere, ſiſto authorem quendam, cujus operibus contra Janſeniſmum non habuere unquam Janſeniſtæ, quod opponerent, & fidem derogarent; id quod certo argumento eſt, omnino vera & ſolida omnibus, qui ea legerunt, viſa eſſe. En! quomodo rem in iſto conciliabulo geſtam eſſe narret.

(o) „ Arnaldus omnibus integrum eſſe voluit, libere de præſenti negotio mentem ſuam „ pandere: diviſæ autem erant ſententiæ: opinabantur aliqui, obtemperandum Deciſioni Romanæ, & doctrinam Janſenii repudiandam: alii e contrario volebant, inſiſtendum porro tuendæ huic doctrinæ, & a ſententia Romana ad aliam a proximo Concilio œcumenico ferendam provocandum. „ Utraque ergo pars pro explorato habebat, „ ipſam Janſenii doctrinam condemnatam fuiſſe; nec etiam Arnaldo in mentem venit, „ ut admoneret, hallucinari eos, & ſola vulgi opinione in hunc errorem raptos eſſe. „ Sed cum in animum inducere non poſſet, „ ut doctrinam Janſenii abdicaret; nollet autem diſcrimini ſe objicere, eam defendendi in

(p) Colloquia Abbatis, colloq. 6.

„ in casu, quo condemnatam esse fateretur,
„ tertiam ipse viam aperuit, qua evaderent,
„ nempe distinguendi jus a facto, & dicendi,
„ quinque propositiones jure in certo quo-
„ dam sensu damnatas fuisse, sed damnatam
„ quinque propositionum sensum non esse sen-
„ sum libri Jansenii; contra, ac Pontifex ex
„ ignorantia & errore facti declarasset. Ex
„ hoc receptu, ajebat Arnaldus, nemo nos eji-
„ ciet; fecitque ipsius authoritas, ut totus ca-
„ liquus cœtus communi suffragio in hanc sen-
„ tentiam iret. „ Invento hoc effugio designa-
ta Burgofonte appellatio ad concilium oppor-
tuniori occasioni reservata est.

Atque hic poſtremus loquendi modu
etiamnum hodie vulgo Janſeniano pro vallo
eſt, quo errorem ſuum tueatur; voco au-
tem vulgus Janſenianum omnes illos ex fecun-
do ordine cujuscunque gradus & conditio-
nis ſint, qui valent ad faciendum numerum,
quin participes aut conſcii ſint ſceleſtiſſimi
conſilii, quod ipſorum Patres ad deſtruen-
dam omnem religionem divinitus inſtitutam
niere. Vaticinatus eſt Arnaldus, *ex eo rece-
tu nunquam illos ejectum iri.* Si verus vates
uit, ſatis nobis ſit miſeram eorum ſortem
eplorare, cum amplius quid pro ipſis præ-
ure non poſſimus, & ad aliud tranſeamus.

Articulus IV.

***nſeniſtæ ab anno 1621. usque ad
iernum diem conſcripſere omnis generis libros,
venenum quinque Burgofontanæ doctrinæ ca-
itum, ſeu quinque propoſitionum in omnis
conditionis homines transfunderent.***

§. I.

***ſenius ſcripſit, ut depravaret Do-
& ad amplectendam doctrinam Burgo-
fontanam induceret.***

mnibus iis, quos Burgofontani Deiſtæ
rvertere, & ſecum Deiſmo irretire pa-
, difficillime ſapientes & docti fallaciis
ipſo-

ipſorum ac captionibus circumveniri, & in fraudem impelli videri debebant; hinc prævidebant, niſi magna calliditate & artificio in evulgandis ſuis dogmatibus uterentur, *doctos primis ſeſe oppoſituros conatibus, & doctrinam ſuam ploclamaturos tanquam impiam.* Conſultum igitur eſſe judicabant, neſandum ſuum depravationis negotium exordiri a perverſione Doctorum, utpote quæ plurimum momenti ad corrumpendos alios allatura eſſet. Et hunc in finem ſcripſiſſe & laboraſſe Janſenium extra controverſiam eſt. *Auguſtinus* ipſius non niſi ad doctorum captum eſt;

s major præ aliis ſtrepitus extitit, quæque ipſis ſectæ columinibus, ac Burgofontani ani cuſtodibus in lucem emiſſa ſunt. Comntariolos & libellos, quorum vix numerus ri poteſt, a ſcriptoribus inferioris ordinis tos, ut cum aliis fragorem darent, lubens e loco tacitus prætermitto; hoc ſaltem nmodi habent miſella hæc tenebrarum opula, ut apud illos, quibus in manus vent, valitura ſint ad confirmandum id, quod monſtrandum ſuſcepi, nempe a tempore nſenii usque ad præſens, Janſeniſtas ex nor- conſtituti Burgofonte ſyſtematis omnem contuliſſe operam, ut diffuſo per omne minum genus errorum ſuorum veneno, igionem JESU Chriſti opprimerent.

§. II.

Doctor Arnaldus ſcripſit, ut ineſcaret nobiles fœminas, & Burgofontana, ſeu quinque propoſitionum doctrina imbueret.

Mortuo Iprenſi Epiſcopo, & Sancyrano non diu eidem ſuperſtite, Doctor Arnaldus, ui hucusque non niſi illorum ductu & auſpiis arma geſſerat contra Eccleſiam, ipſe ſuemum Factionis caput evaſit. Virum, qui executione ſyſtematis, quale Burgofonnum erat, ſummæ rerum præeſſet, & agmen iceret, armatum eſſe oportebat firmitate

animi , & audacia , quæ quantæcunque demum authoritati neſciret cedere : ſine intermiſſione laborandum illi erat , ut gradum proferret ulterius , & novis identidem libris depravationem urgeret hominum , cum adverſarii interea diſtinerentur refellendis prioribus ; par erat , ut libri ſcripti eſſent lingua, & ſtylo , qui aptus eſſet ad erudiendas de iis , quæ in controverſiam vocarentur , capitibus nobiles fæminas , quæ maxime otio abundarent , & ſubinde ex hac rerum notitia Theologas ſe crederent ; hæc lenocinantis ſpeciei ac nominis illecebra alligatas tenet ſuis Magiſtris , ac Doctoribus , qui facile



reſiarchas locum habebat, & ipſius do-
ıa ab omnibus veris fidelibus eodem cum
rina Lutheri, Calvini, & aliorum hæ-
m Authorum numero habebatur. Iſaa-
Habertus, poſtea Vabrenſis Epiſcopus,
ſeſſo religionis ſtudio, & labore omni
jure uſus eſt, quod ipſi munus profeſ-
; Theologi in Pariſina Eccleſia tribue-
, ut fideles urbis Galliæ principis in fide
ɔrum ſuorum conſervaret, tantumque
ra naſcentem hæreſin iis horrorem inſpi-
t, quanto digna erat doctrina, quæ ſub
ſeverioris Ethicæ recta ad extremam mo-
licentiam, & omnis religionis perniciem
ıcebat; quemadmodum in pluribus ſer-
ıibus, & demum in libro ſuo de *defenſione Eccleſiæ* omni dicendi vi, & invictis ra-
ibus oſtendit.

Arnaldus hoc rerum ſtatu documenta de-
, dignum ſe eſſe loco, quem occuparet.
tifex hæreſis damnavit doctrinam Janſe-
: Doctor Arnaldus extemplo componit,
edit duas apologias pro eadem doctrina,
doctrinæ Authore: conſcribit illas lingua
lica in gratiam fæminarum nobilium, eas-
docet, quid reſpondendum ſit illis, qui
oppugnandam Epiſcopi Iprenſis doctrinam
læ Urbani VIII authoritatem in aciem edu-
ent; non alio opus erat, quam cum illo
ere, hanc Bullam (r) *fraudibus, & falſis re-*

A a 2

r) Apolog. II. c. 12.

relationibus extortam, neque pro vera & legitima Bulla habendam eſſe.

Habertus in ſacris ſuis dictionibus vehementer hortatur populum, ut debitam Pontificiæ Conſtitutioni ſubmiſſionem præſtet. Doctor Arnaldus in ſuis Apologiis adverſus ſacrum Oratorem cum ſtomacho exurgit, eumque indignum in modum accipit: ſed cur? ideo, inquit (s) „ quia oportet toti mundo „ ſignum & teſtimonium prodere, quod in„ ſolentis facti indignitas juſtam nobis iram „ moverit, neque eo redacti ſimus, ut no-

[redacted]

propoſitum eſſet victricem Jeſu Chriſti
tiam deſtruere, & dogma de morte a Je-
Chriſto pro omnibus hominibus obita ſta-
re. His convitiis quantum ſuo tempore
loco leporis ac dignitatis accedet, dum ex
nobilium fæminarum prodibunt?

Sed en novum ſpecimen magnanimitatis
factionis capite! Damnata Janſenii doctri-
& veris Catholicis ex omni latere contra
ic peſtem coortis, Arnaldus in duabus ſuis
ologiis oblata ſibi facultate uti poterat, ut
d in illa nimis durum & crudum erat, mi-
ret, & ſubdolis verbis obvolutam incau-
propinaret: hoc artificium Factioni quo-
e belle ſuccedit. Sed Arnaldus illud ſe in-
num judicat: pedem referre videri pote-
: non modo non eo utitur, ſed genero-
leclarat, quod (*t*) „ tantum abſit, ut
robrum timeamus ex eo, quod Janſenium
ranſcribere, & latina ejus verba gallice red-
ere arguamur, ut potius id nobis honori
ucamus, veluti rem omnium maxime con-
ducam, & præſtabilem. „ Itaque expen-
mus modo, quam accurato ſtudio diſcipu-
exſcripſerit Magiſtrum, & quidem intra
que duntaxat Burgofontanæ doctrinæ ca-
nos contineamus. Brevis comparatio in-
verba unius, & alterius, rem conficiet.

Burgofontanæ doctrinæ capitum unum
negare gratiam ſufficientem. Janſenius

(*t*) Præfatio Apologiæ II. pag. 3.

cum de hac re agit, hanc gratiam vocat monſtrum gratiæ : (*u*) *Videtur*, ait, *monſtrum quoddam ſingulare gratiæ, ſolummodo peccatis faciendis, majoribuque damnationi accerſendæ ſerviens; ideoque lapſis hominibus citra DEI invidiam damnandis excogitatum.*

Arnaldus in libro, quem ornate ac polite ſcribi oportuit, de eadem gratia loquens, non potuit decenter imitari ſtylum ſui Magiſtri : difficile accidiſſet nobilibus fæminis ipſius phraſes repetendo exprimere : maluit ſtylo feſtivo ac lepido, qui aliquantum ad pretioſam

poteſt. Hac in re perfecte concordat cum Janſenio diſcipulus. Audiamus Magiſtrum: (y) *Nulla omnino*, verba ipſius ſunt, *medicinalis Chriſti gratia effectu ſuo caret; ſed omnis delectat, ut voluntas velit, & aliquid operetur.* Hic error ejus indolis eſt, ut ſane S. Auguſtini teſtimonio pro velo indigeat. Et vero nox illud ſacri Codicis authoritati ſubjungitur; hæc, proſequitur Janſenius, *veritas eſt in ſcripturis ſacris, & Auguſtini ſcriptis explorata.* Ex quo conſequitur, veritatem in ſcripturis ſacris, & Auguſtini ſcriptis explorata eſſe, quod nunquam admittatur peccatum, niſi quando gratia abeſt, hoc eſt, niſi quando homo neceſſario peccat. Hanc conſecutionem nos ignorare non ſinit diſcipulus. Auſcultemus.

(z) „ Docente magno S. Auguſtino, omnis vera gratia Jeſu Chriſti eſt efficax. -- (a) „ Evidens ergo eſt, eos, qui in peccatum „ labuntur, non accepiſſe gratiam ab hoc peccato ſibi cavendi; quoniam ſi gratiam ac„ ciperent, non laberentur, cum hæc gra„ tia Jeſu Chriſti nunquam fruſtretur effectu „ ſuo. „ Unde veritati maxime conſentaneum eſt, nos ſecundum doctrinam Janſenii, & ipſi ex æquo reſpondentis diſcipuli, non peccare unquam, niſi quando ad evitandum peccatum gratia nos deficit. Quam ergo iniqui,

(y) Tom. III. lib. 2. cap. 25.
(z) Apologia II. lib. 2. c. 21.
(a) Ibi. lib. 3. pag. 17.

& veræ rationi adverſi ſunt humani Judices, ac Principes, dum tam acerba ſupplicia ſtatuunt, in fures, homicidas, adulteros, & alios reos, qui tamen non furantur, non occidunt, non alienum thorum contaminant, niſi quod gratiam non acceperint non furandi, non occidendi, non alterius uxori vitium afferendi, quam ſi *nacti eſſent, nunquam horum criminum ſe reos feciſſent.* Si quid coloris & tituli humani hi judices iniquis ſuis, quas ferunt, & executione ipſa ſancitas volunt, legibus prætexere poſſunt, illud eſt, quod (auſimne hac blasphemia chartam inquinare?) in ipſo DEO horribilis huius in-

quæ eſt ſimul voluntaria, qua ſcilicet ſimpliciter neceſſe eſt aliquid fieri, non repugnante ſed immutabiliter volente voluntate. Non credidit Janſenius, ſatis eſſe, ſemel tantum hunc errorem tribuere S. Auguſtino: adeo timet, ne teſtimonio ſuo ſemel aſſerentis, hanc eſſe ſancti Doctoris mentem & doctrinam, fides adjungatur, ut iterata illud admonitione inculcet: *Mira videbitur*, pergit, *Scholaſticis iſta doctrina; & tamen in Auguſtini principiis eſt indubitata.* Authoritati S. Auguſtini addit Janſenius viginti antiquos ſcholaſticos, quorum verba pro arbitrio & ingenio ſuo, ut errori faveant, interpretatur.

Præbeamus modo aures diſcipulo: non aliud loquitur fidelis Janſenii Echo: „ Antiquorum ſcholaſticorum in libro tertio ſecundæ ſuæ Apologiæ ait, doctrina eſt, æque ac S. Auguſtini, libertatem ſartam tectamque conſiſtere cum inevitabili agendi neceſſitate. „ Arnaldus laudat deinde nominatim, & in ſubſidium vocat eosdem antiquos ſcholaſticos, quos Magiſter, eorumque authoritate hunc errorem confirmat. An ullibi exiſtit Echo, quæ, quam accepit, vocem ac ſonum articulatim magis reddat, ac fidelius? Ergo & in hoc quoque capite utriusque concordia ad tradenda Burgoſontana dogmata perfecta, omnibusque ſui numeris ac partibus expleta eſt.

Porro quartum doctrinæ Burgoſonta caput eſt, extare DEI præcepta, quæ vari non poſſint, deeſſe quoque gratiai quæ vires ac potentiam, ea ſervandi ſuppe tet. Cum Epiſcopus Iprenſis, & ipſius dex nolint aliam Jeſu Chriſti gratiam admi re, quam quæ noſtræ voluntati neceſſitat imponit, & cui reſiſti nequit, non poſſ non id, quod planiſſime conſectarium e ex illo colligere, & docere, eſſe quæd præcepta, quibus homines ſervandis pa non ſint, cujuscunque illos ſtatus, habit & indolis eſſe ſtatuant, quoniam cujusque

ii) *doctrina, quædam non parvi momenti - - -*
intur, & clareſcunt. Primum quidem, eſſe
am homini præcepta, ſecundum ſtatum & vi-
in quibus conſtitutus eſt, impoſſibilia. - -
idum, non adeſſe ſemper gratiam, qua poſ-
, hoc eſt, quia illa eadem præcepta implere
iamus. - - - Tertium, hanc impotentiam re-
non ſolum in excæcatis & obduratis, & in-
*bus, ſed etiam in * fidelibus & juſtis, qui &*
Chriſti, & charitatem juſtitiæ ſuſceperunt.
Quartum, hanc impoſſibilitatem accidere
bus, non tantum, quando nolunt præcepta
e, ſed etiam, quando volunt.

ii data a Janſenio fides & teſtificatio, apud quidpiam momenti haberet, credere poſ-is, in omnibus his eum non niſi fidelem uguſtini interpretem agere: at fatendum Hæreſiarcham hunc cum ſuis diſcipulis e lepidum ac ridendum ſe præbere, dum a quavis occaſione ſub authoritate S. Au-ni perſonati incedunt; S. Auguſtini, in-n, qui doctrinam Janſenii, & Janſeniſta-plusquam duodecim abhinc ſæculis exe-is eſt, priusquam eadem ipſi ab iisdem mmanem calumniam tribueretur. (*d*) *Exe-cra-*

---

n editione Rotomagenſi 1652, qua uſus eſt Au-or, legitur *fideles, & juſti*, uti etiam in Edi-ne Lovanienſi: Mutatio hic facta neceſſaria vi-batur, ad reddendam phraſin correctam, qua-eſt in Editione Pariſienſi.

)ermo 191. de *Tempore.*

ecramur etiam, scribit S. Doctor, *blasphemiam eorum, qui dicunt, impossibile aliquid homini a DEO praeceptum esse.* Hoc per transennam.

Arnaldus, uti in omnibus aliis, ita & in hoc cum *Augustino* Iprensi, quam cum Hipponensi sentire maluit; videtur tamen vereri, ne, quod doctrina Magistri sui habet impium, nonnihil illas offendat, in quarum gratiam latina Jansenii verba in Gallicum sermonem converterat; hinc etiam propior apparet obliviscenti, & aversanti, quam jactanti *honorem* illum, quem supra ambierat, *tran-*

ipſo capite id, quod in quæſtionem venit, alio detorquere nititur, ac ſi, quod Janſenius per craſſiſſimum errorem ſcripſit de præcepta DEI ſervandi impotentia, ad ſola illa præcepta pertineret, quibus Deus ad vitanda peccata venialia, a quibus vel ipſi etiam juſti immunes non ſunt, diligentiſſimam cautionem adhiberi jubet; quia tamen hoc effugio Magiſtrum ſuum ab omnibus blasphemiis expurgare non poteſt, defenſionem illius his duntaxat verbis circumſcribit: (*f*) „Magna „ argumentorum pars, quibus utitur Janſe„ nius, ut probet, etiam juſtos aliquoties „ eum in locum adduci, ut præcepta DEI „ ſervare non poſſint - - - oſtendit ſolum, „ Deum juſtis non largiri ſemper omnes gra„ tias, quibus ad effugienda peccata venialia „ indigent: *id, quod eſt veritas fidei*, adjicit „ Arnaldus. „ At Deus, quem Catholici adorant, largitur, aut largiri ſemper paratus eſt gratias neceſſarias ad faciendum id, quod præcipit, quantumcunque leve ſit id, quod præcipit; illud ergo, quod Arnaldus appellat *veritatem fidei*, ridicula *magnæ argumentorum partis Janſenii* interpretatio, ac blasphemia eſt, quam cum S. Auguſtino univerſa Eccleſia execratur.

Poſteaquam Arnaldus hoc velum erroribus Magiſtri ſui prætexuit, ſed tam pellucidum, ut tota eorum fæditas transluceat, callide ad id, unde digreſſus eſt, revertitur: (*g*) De verbo ad verbum repetit, adoptat, & tue-

(*f*) ibid. (*g*) ibid. pag. 6.

tuetur, quantum maxime poteſt, id omne, quod Janſenius de impotentia ſervandi DEI præcepta garriit, & non ſecus, ac ille, omnia hæc impia dogmata S. Auguſtini eſſe, nefarie comminiſcitur. Adeo deliberatum ipſi erat, nunquam hac in re a Janſenii ſenſu deflectere, ut decem annis, poſtquam ſuas pro doctrina Janſenii vindicias ſcripſerat, auſus ſit affirmare, S. Petrum, eo quod gratia careret, eo redactum fuiſſe, ut Jeſum Chriſtum non negare non poſſet: (*h*) „ Patres, „ inquit, in ſancto Petro juſtum nobis ex„ hibent, cui gratia, ſine qua nihil poſſumus, „ eo loco, & tempore defuit, quo is non

nefarii conſilii ſocietatem coeunti ortum ſuum debeat. Hæc concordia majorem adhuc admirationem movebit, cum nos ſcriptis pro Janſenio & ipſius doctrina vindicationibus expedierimus. De his id unum adhuc addemus.

Quintum, & ultimum doctrinæ Burgofontanæ caput eſt, ut palam edatur in vulgus plenum deſperationis dogma, de morte Jeſu Chriſti pro ſolis Electis obita. Hoc unum illorum eſt, quæ omnium maxime cordi habet Janſenius: unum, de quo ſumma orationis vi mentem ſuam explicat, ita tamen, ut ſemper blasphemiam, quam effutire non horret, S. Auguſtini authoritate communiat. (*i*) *Nullo modo*, ait, *principiis Auguſtini conſentaneum eſt, ut Chriſtus Dominus vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro juſtorum non perſeverantium æterna ſalute mortuus eſſe, ſanguinem fudiſſe, ſemetipſum redemptionem dediſſe, Patrem oraſſe ſentiatur. - - Juxta ſanctiſſimum Doctorem non magis Patrem pro æterna liberatione ipſorum, quam pro diabolis deprecatus fuerit.*

Doctor Arnaldus, in prima ſua Apologia, prope centum paginas impendit, & in omne ſe latus verſat, ut eandem hæreſin ſuffragio ſuo corroboret: præ omnibus in uſus ſuos adhibet ſecretum artificium, quo ante Janſeniſtas tam opportune pro hæreſi ſua propaganda

(*i*) Tom. III. lib. 3. cap. ult.

da uſus eſt Calvinus, ut ſacras literas cogeret hac de re contrarium illi dicere, quod dicunt. Abſolvamus comparationem inter dogmata Janſenii, & qui eadem loquitur, Arnaldi, atque poſtremum perfectæ concordiæ ſpecimen exhibeamus.

S. Paulus diſertiſſimis verbis proclamat: *JESUS Chriſtus mortuus eſt pro omnibus hominibus.* Janſenius reclamat, & ait: JESUS Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus hominibus. Quis ex iſtis duobus errat? Arnaldus, dum hæc duo maxime inter ſe disjuncta conciliare, & ad eandem ſententiam revocare vult; ea tamen lege, ut Janſenium longe emenda-

En igitur! S. Paulus, dum expreſſe dicit, Jeſum Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus hominibus, interprete Doctore Arnaldo dicit cum Janſenio, Jeſum Chriſtum non eſſe mortuum, niſi pro Electis; & hunc etiam in modum, dum S. Joannes apertiſſimis verbis teſtatur, ***JESUM Chriſtum ſe obtuliſſe pro expiandis peccatis noſtris, non autem duntaxat pro noſtris, ſed etiam pro peccatis totius mundi*** (*l*) interprete Calvino teſtatur, non obtuliſſe ſe pro expiandis aliorum peccatis, quam Electorum: (*m*) ***ſub omnibus***, ait hic Hæreſiarcha, ***reprobos non comprehendit, ſed eos deſignat, qui ſimul crediturі erant, & per varias mundi plagas diſperſi erant.*** Ex his patet quam liberaliter Janſenius & Doctor Arnaldus imbiberint Calvinum ſuum, & hauſta ex hoc fonte eruditione ſuo loco & tempore uti noverint.

Venenum libri Epiſcopi Iprenſis, in duabus Arnaldi pro eo Apologiis ab omni ſcolaſticæ literaturæ ſcoria expurgatum, & politi ſtyli elegantiis conditum, mirum quantum ſapuit nobilibus fœminis, illis præcipue, quæ hactenus non niſi amatoriis fabulis, ac comicis facetiis delectabantur: ab eo tempore ſci-

(*l*) *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* 1. Joan. 2. v. 2.

(*m*) Calvinus in 1. Joan. c. 2. v. 2.

mus, eas omni, cui pares erant, gravitat eo incubuiſſe, ut eximiæ Theologæ evade rent, in ipſa myſteriorum gratiæ & prædeſti nationis penetralia ſe inferrent, & explora tam a ſe S. Auguſtini mentem commenta tionibus ſuis illuſtrarent: unde frequentia d his rebus in Comitis * Pleſſeæ ædibus, a extremitatem Pontis Novi, conventicula, a colloquia celebrabant, & brevi dignæ ha bebantur nomine *Dominarum de Gratia* in ſigniri, ut honos deferretur ipſarum meri tis, & cum ampla gloriæ prærogativa ſe cernerentur ab aliarum nobilium fæminarur numero, quæ pro munere ſuo non niſi cu

§. III.

Matthæi Faydovii, Doctoris Sorbonici, Catechiſmus ad plebem de excellentia Gratiæ Burgofontanæ erudiendam.

Exigebat perfecta ſyſtematis Burgofontani executio, ut novi errores, ratione quadam animis vulgi æque, ac aliorum inſtillarentur; nihil enim tanti momenti eſt, quam multitudinem partibus ſuis adjungere. Ad hoc autem negotium opus erat libello, qui vulgi captui accommodatus eſſet, cujusque exempla levi pretio venalia, ubique per oppida & pagos ſpargi poſſent. Tentavit Factio hunc vulgi & plebis queſtum facere ope *Catechiſmi de gratia*, quem peculiariter eum in finem componi voluit, teſte Gerberonio (*n*) *ut populus de excellentia gratiæ erudiretur.* Authorem hujus famoſi libelli produnt aliqui fuiſſe Godefridum Hermantium Canonicum * Bellovacenſem, qui ob procuſas a ſe pro Arnaldo vindicias, e Sorbona, & Cathedrali Collegio ejectus eſt. Samuel Mareſius eum adſcribit Henrico Hamelio, ad S. Mederici Pariſiis Curioni, quod tamen veriſimile non eſt, cum Hamelius, quemadmodum jam diximus, multo nobilioribus dotibus præditus eſſet, quibus ſectæ utilitatibus ſerviret, quam eſſet peritia ac facultas libros, & libellos fabricandi. Scriptor Hiſtoriæ Janſeniſmi, quem omnium optime de rebus factionis ſuæ edoctum eſſe oportuit, gloriam confecti hujus opuſculi tribuit (*o*) Matthæo

(*n*) Hiſtor. Janſen. T. I. p. 381. (*o*) Ibid.
(*) de *Beauvais.*

thæo Faydovio, Doctori Sorbonico, qui petente Franciſco Caumartino Epiſcopo * Ambianenſi, Præſule proferendis longe lateque novis erroribus ex aſſe devoto, illud adornandum ſuſcepit.

Libellus hic ſolis viginti pagellis conſtat, mole ſcilicet ac amplitudine ad lectorum, quorum uſui deſtinatus erat, captum & indolem appoſita: nullus tamen e Factionis libris magis percrebuit, & in ore hominum fuit. Aptato ad popularem modum ſenſumque ſtylo ſumma e libro Janſenii errorum capita ac fundamenta continet. Omni, quæ tanto negotio debebatur, ſolertia proviſum eſt, ut

erat, inſcriptione, eique nova hac indita: ***Explanationes quarundam difficultatum de Gratia.***

Omnis exigui hujus opuſculi a Factione fabricati ars in eo ſita eſt, quod pauciſſimis quibusdam Catholicis verbis ac phraſibus errorem involvat, ut apud ſimplicem populum communes & orthodoxas, plerumque a primis unguiculis inſitas animis rerum ſpecies extinguat, & cultæ hactenus veræ fidei totum Janſenianum, ſeu Burgofontanum ſyſtema ſubſtituat. Admodum pauca hic e Faydoviano libello excerpta dabimus, ut amplior nobis locus ſit ad recenſenda ſingularia illa dicta & facta, quæ deinde ex illis conſecuta ſunt. Magni hæc momenti ſunt, & omnium aptiſſime totum venenum nobis animo intuendum præbebunt.

Quisnam ergo ſimplicium fidelium ſenſus erat de gratia, antequam Janſeniſmus propoſteram & inconditam de ea loquendi formam mundo obtruderet? Plebs, quin ſcholaſticas phraſes intelligeret, utpote quibus facile carere poteſt, aut ſatis explicatam de gratia notionem mente conciperet, quæ equidem ei neceſſaria non eſt, a ſuis doctrinæ Chriſtianæ libellis, & multo plus etiam ab experientia rite inſtituta, ſimpliciter credebat cum Eccleſia, quod gratiæ reſiſti poſſit, & quidem frequentiſſime eidem reſiſtatur. Hæc fides curam injiciebat animis, & cautos reddebat, ut piis motionibus, quibus Deus poſt colluſtratum cæleſti lumine intellectum, voluntatem ad pietatis officia incitaret, prompte obſeque-

filia in transverſum agebat. Ut illum ſen
ne ſenſu aboleat, catechiſmus Gratiæ n
omnino modum ſuppeditat, qui in hoc
ſtit, ut uni ſoli gratiæ agenda relinquantu
nia; nihil autem agendum reſtet illi, cui ill
fertur. Audiamus de hoc illius oracu

In capite ſecundo hanc quæſtionem p
„ nit: „ *Eſtne huic gratiæ* (Jeſu Chriſti)
„ *um, ut faciat nos implere legem*? Et reſpo
„ omnino. - - non ſufficit, ut Deus nob
„ pertiatur potentiam implendi legem, ſi
„ mus, ſed neceſſum etiam eſt, ut faciat
„ am implere, dum potenti gratiæ victric
„ xilio efficit, ut velimus. *Interrogatio*: *Ha*
„ *tia an ſemper eſt efficax*? Reſp. eſt; nam illa
„ per producit effectum, quem Deus vult
„ lam producere. *Interrogatio*: *An ergo no*
„ *ſumus hanc gratiam reſpuere*? Reſp. I
„ mus, ſi velimus. „ (crederes hic audir
ctrinam Catechiſmi probe Catholici; ſe
diamus usque ad finem) poſſumus, ſi

„ denique obnitendi conatum vincit. „ Ut jam ridiculum hunc, vel potius, ut rem nomine ſuo appellem, veteratorium & malitioſum argutandi & ſermocinandi modum, cujus hæretica impietas oculis non obverſari non poteſt, rite animo conſequamur, non niſi verba priora & poſteriora cum erroribus, qui proxime ex illis conſequuntur, conferamus. *Gratia Jeſu Chriſti ſemper habet effectum ſuum*: ergo nunquam ei reſiſtitur; nam reſiſtere gratiæ, & ipſius impedire effectum, ex omnium Catholicorum Theologorum ſenſu unum idemque eſt. Quod ſi ergo ei nonnunquam reſiſteretur, non ſemper haberet effectum ſuum; hæc conſecutio omnino legitima eſt. Et tamen ei *nonnunquam reſiſtitur*; itaque non habet ſemper effectum ſuum; nec enim habet, dum ei reſiſtitur; hæc conſequentia primæ e diametro oppoſita, & ipſa legitima eſt. Atqui *hæc eadem gratia*, cui reſiſtitur, *vincit aenique noſtrum obnitendi conatum*; ergo efficit, ut dum ei reſiſtitur, non reſiſtatur, & ut ſemper ſuum habeat effectum, quando ſemper non habet. Fateor, has *Explanationes de gratia* aliis adhuc explanationibus plurimum indigere. Miſeri e plebe homines, quibus Catholica fides eripitur, ut hæretica hæc deliria pauculis Catholicorum quorundam verborum exuviis involuta, eidem ſufficiantur, plane magna commiſeratione digni, ac multis lacrymis deplorandi ſunt.

Ut his ipſis miſeris e manibus extorqueatur precandi cura, ac ſtudium, ſimulque ipſorum animis inſinuetur error de peccati evi-

tandi, aut exercendæ virtutis impotentia, idqu
ob negatas gratias, & ſublatam ipſam quoque i
las petendi facultatem, ecce, quid doceat hær
ticus Catechiſmi Author!(*p*) „*Interrogatio: an n*
„ *ceſſaria ad fundendas preces gratia data eſt omn*
„ *bus hominibus?* Reſp. Non eſt data; cum enim
„ non omnes homines accipiant gratiam credei
„ di, iidem etiam non accipiunt gratiam precan
„ di -- Et quantum ad eos pertinet, qui credun
„ cum non omnes DEO ſupplicent, ſequitur
„ non habere eos gratiam Jeſu Chriſti ad ſu
„ plicandum DEO, quandoquidem proprius i
„ lius effectus eſt, ut faciat nos orare Deum.
Concluſio, quæ ex natura ſua deteſtabili hu

borant, eamque rem nihil admodum ad ſe pertinere arbitrantur: curam de nobis ponite, & vitiis noſtris, ac vivendi licentia tranquille nos frui ſinite. Non aures præbeamus amplius illis, qui easdem iteratis identidem vocibus obtundunt, ut ſupplici prece ac voto petamus a DEO gratiam ex eorundem vitiorum cœno emergendi, & ad hominis Chriſtiani officium redeundi. Catechiſmus novæ Eccleſiæ hoc nos onere liberat, & in plenam libertatem aſſerit. (*q*) „ Si gratia, ait, illis „ collata eſt, certiſſime facient (pium opus „ vel rogabunt Deum) quin hortatoribus ad „ illud egeant: ſi hac gratia carent, nunquam „ facient, (pium opus, nunquam preces ſun„ dent) quantiscunque adhortationibus ad „ id impellantur. „ Vah! in quod barathrum obominandis his principiis miſellus populus præceps agitur? Num ergo nimis exaggerata ea aſſertio eſt, qua illa recto tramite ad extremam morum licentiam, ad omnis religionis contemptum, ad purum putum Deiſmum homines deducere comprobantur?

Ut vero vel pertinaciſſimi Janſeniſtæ perfectam ſui Cathechiſmi cum Burgoſontana, & Janſenii doctrina concordiam ſuismet ipſi oculis, & manibus teneant, breviter adhuc perſtringamus ea, quæ miſerabilis hic libellus

(*q*) **Hæc propoſitio conſequentia eſt doctrinæ in Catechiſmo traditæ; Catechiſmi author in Interrogatione 46. eam ad modum objectionis contra utilitatem exhortationum repræſentat, & adoptat tanquam veram, idque unum frigide reſpondet, *deſiſtendum non eſſe ab ejusmodi hominum exhortationibus.***

garrit contra mortem a Jeſu Chriſto pro
nibus hominibus obitam, & DEI ſalvandi
nes voluntatem.

Itaque ſciſcitor a vero fideli, & ex eo
telligere cupio; vultne DEUS ſincere om
homines ſalvare? vult, reponet is cum antic
doctrinæ Chriſtianæ compendiis, vult omni
vult omnes, ne uno quidem unico excepto. I
go, & quæro; unde hoc noſti? S. Paulus,
ſpondebit, hoc me docet; illius verba ſunt:
DEUS vult omnes hominꝰ ſalvos fieri, &
agnitionem veritatis venire. Jam ego
ipſum quæro ex quodam Janſeniſmi Candi
to, qui ad ſectæ Catechiſmi normam ac

„ ſingillatim, & ſine ullius exceptione acceptis, „ ſed de omnibus Electis, & prædeſtinatis, „ qui ex omnium hominum ſtatu, ætate, ſe„ xu, loco, regione, & conditione in Ele„ ctorum numerum cooptati ſunt. „ Quæro iterum, & poſtremo iisdem verbis, quibus Janſenianus Catechiſmus interrogat: (*u*) *An ergo ſoli* Electi, ſeu *prædeſtinati ſunt illi, pro quibus Chriſtus mortuus eſt? Reſponſio: Eſt mortuus pro omnibus hominibus*, ſcilicet hoc ſenſu, quod ſit mortuus, *ut conferret gloriam electis, & gratias quasdam volatiles, & præterlabentes aliquibus e reprobis, - - non tamen eum in finem, ut omnes homines ſeorſum & ſeparatim, nullo prorſus excepto, in ſocietatem percipiendi fructus ſuæ mortis admitterentur.* Sane nihil hoc reſponſo conformius fingi poteſt principiis Janſenii: (*x*) *Pro iſtis*, ait is, (*Electis*) *in æternum vivificandis mortuus eſt. - - Pro his* (*in peccato morientibus*) *in tantum mortuus eſt, - - in quantum temporalibus quibusdam divinæ gratiæ effectibus exornandi ſunt.* Ex his liquet, fabricatorem catechiſmi valuiſſe arte de verbo ad verbum reddendi, ac penitus cognitam atque comprehenſam habuiſſe doctrinam ſui Magiſtri. Electi igitur ex mente catechiſmi de gratia, quamcunque demum vitæ rationem ſequantur, beata immortalitate potientur: peccatoribus, quibus Deus nullam largitur gratiam, quicquid & ipſi conen-

(*u*) Ibid.
(*x*) Janſen. Tom. III. lib. 3. cap. ultimo.

nentur, & agant, certo nullus ad cælum patebit aditus; idem eveniet juſtis temporariis, ſeu illis, quibus non niſi prætervolantes gratiæ conferuntur. Ergo nihil pro ſano agit, qui vel minimum ſibi laborem ſumit, ut ſalutis ſe æternæ compotem reddat, dum jam omnia arbitrario, & inexſuperabili quodam fato antea decreta, & præfinita ſunt. His autem blasphemiis ſubſcribere num Deiſtarum quispiam unquam abnuet? Et tamen hoc ipſum eſt, quod Janſeniſtæ *docent populum de excellentia Gratiæ.*

Ecce plusquam ſatis argumentorum ex

ciebant, ſectatorum hujus Epiſcopi conſilium eſſe, ſocietatem ineundi cum Proteſtantibus: hi ipſi eadem cum Catholicis ſuſpicione ducebantur; obſtabant tamen aliquæ in illis Catholicæ fidei reliquiæ, ut nec hi, nec illi, quid ea de re ſtatuendum eſſet, exploratum haberent.

Vix Janſeniſmus decem circiter annorum ætatem attigerat, cum ſuum catechiſmum de gratia in lucem protraxit. Facti hujus protervia fidem fecit, quod is ſumptam hactenus larvam ex toto ponere cogitaret, nec aliud agerent Janſeniſtæ, quam ut ſe Calviniſtis aggregarent. Calviniani Præcones ex omnibus Europæ angulis jam ipſis tendebant manus, & tanquam Evangelicis ſuis Fratribus omnem addicebant amorem, ſuamque illis in tuenda veritate fortitudinem gratulabantur: nempe conſiderabant illos ceu recentes ſuppetias, quæ ad evertendum Antichriſti, ut impie loqui amant, hoc eſt, ſummi Pontificis, & Jeſu Chriſti in terris Vicarii thronum ſibi vires, ac manus jungerent. Geneva novum Catechiſmum adoptavit, nulla mutata in eo litera, ut qui puram Reformatoris ſui Calvini doctrinam complecteretur. Calviniſtæ Batavi ex fraterna pietate Janſeniſtis Belgii & Galliæ fanciendam ſecum ſacrorum communionem prolixe offerebant. Thomas Sellius Miniſter Gedanenſis, cum plura Catechiſmi de gratia exempla ad ipſum perlata fuiſſent, confeſtim inter ſuos ea ſodales partitus eſt,

eos-

eosque in partem tam læti nuncii voca
Verus & fidelis amicus Groninganus,
muel Maresius, cujus jam supra memi
Jansenistis legitimo omnino documento
dictissimi ipsis animi sui studium testatus
Catechismum e gallico in latinum sermon
conversum, Groningæ anno 1651 pr
subjecit, notis illustravit, longa & egre
Præfatione ornavit. In hac laudat San
rani *Petrum Aurelium*: de Doctore Arn
do perofficiose prædicat, *quod ad reducend*
in usum pœnitentiam publicam, & abrogand
frequentem Eucharistiæ usum, quem præser

ſui rationem reddit, latine reddidiſſe, n inſuper converterit in theſes, (*y*) i diſcipulis ſuis propugnandas, tribus uis diebus ſcholaſticæ concertationi pa- xpoſuit. Et o quam enixe, quam pa- o dicendi genere in hoc opere ani- & incitat Janſeniſtas? Amicum ſe in endit æſtu & calore plenum, qui can- & aperto animo amicis ſuis loquitur. *illa veſtra virtute*, (verba hortantis *viri docti, quod audeatis in os reſiſtere illi Pontifici*, (Innocent. X.) *qui in Jeſuitarum gratiam damnata orthodoxi- ententia, puri puti Pelagianiſmi putidam & n protectionem ſuſceperat. Amicus vobis Pla- icus Ariſtoteles, ſed magis amica veritas.*

lli Helvetiæ Pagi, qui proteſtantium bus infecti ſunt, non minus, ac om- lii Europæ Proteſtantes, & ipſi in iunis lætitiæ ſocietatem veniebant. Hen- Ottius Zwingliani verbi Præco & Pro- Tiguri, poſtquam exemplum quod- Catechiſmi de gratia ipſi in manus ve- , luculentam coram omnibus Magiſtra- , & toto Senatu Tigurenſi latinam ora- m (*z*) habuit, cujus argumentum erat *de*

---

heſes hæ typis impreſſæ ſunt Groningæ A. 1655. præfixo titulo: *Synopſis veræ Catholicæque do- næ de gratia.*

æc oratio typis edita fuit Tiguri An. 1653, pau- nte Bullam Innocent. X. Fuit illa ſparſa per Gal- n, ubi ejus exempla a Janſeniſtis, quoad ejus fieri erat, ſuppreſſa ſunt: cauſſa patet.

de caussa Jansenistica. In ea ob firmatas novis subsidiis Calvini seu Zwinglii sui partes lætus exultat, ac triumphat; quin ardentius etiam & majore teneritudine, quam ipse Minister Groninganus, Jansenistas complectitur. Ubique in ea legitima cogitandi, & rem suis momentis expendendi ratio, ubique sententiarum æquitas, ubique admirabilis bona fides dominatur.

Orator Zwinglianus orditur a professione sui judicii, quo Doctores Jansenistas in summo pretio haberet: (a) *Id, quod nullis ha-*
[redacted]

militiam ſua dedit nomina, ut ſub ſignis noſtris mereat, & juſtæ cauſſæ militet! Poſt plures exclamationes, inſtar hominis præ impotenti lætitia animo aberrantis, ad mentis denique tranquillitatem ſe refert, & inſtituendis ad aptam diſciplinam novis copiis operam dat: hinc converſa ad Janſeniſtas oratione, aliquot ipſis monita & conſilia ſuppeditat, quæ ſuo quivis judicio, ex multo uſu ac experientia profecta eſſe facile deprehendet.

Monitum I. Henrici Ottii, Miniſtri Tigurenſis, ad Janſeniſtas. A Papa ad concilium provocandi jus vobis reſervate: illud prædeceſſorum veſtrorum uſurpate: Si Papa nos excommunicet, nos ipſum excommunicabimus.

Monitum II. Prava dogmata noſtra ne amplius vocate: intolerabile vobis impiumve ne ulterius videatur, ſi Adverſarii veſtram cum Lutheri & Calvini doctrina conferant: calumnias, injurias, infames titulos, & alia, quibus vos gravant, atque onerant Antagoniſtæ, patienter ferte, ac ſpiritum ipſorum exinde nobiſcum dijudicate, proque converſione eorundem DEUM orate. Per vos autem triumphet veritas. - - - Exite Babylone o boni viri!

Monitum III. Ecquid vos Janſenitæ, veſtram de Gratia DEI puram doctrinam cum abſurdiſſimis illius (Concilii Tridentini) *figmentis conciliare nitimini? Aut Pelagium, aliosque ſuſcipite, aut Tridentini Concilii*

errores repudiate. Ac ne quis veſtrum hoc a
ita dici miretur, ipſos vos judices appello:
non Pelagianos Jeſuitarum errores vocatis?
non ex Pelagianorum pharetris tela Jeſuitæ co
tra vos depromunt? At vero diſſentiuntne iid
Jeſuitæ a concilio Tridentino? diſcordantne ci
Papa? Nonne unum corpus ſunt, una anima
Ergo (Miniſter ipſis Janſeniſtis inde infere
dum relinquit) ergo, ſi Papa & Jeſuitæ P
lagiani ſunt, uti inter nos convenit, etia
Concilium Tridentinum a nobis Pelagianiſm
infectum eſſe cenſendum eſt, adeoque de
jam nihil amplius vobis laborandum, qu
modo dogmata veſtra cum doctrina Conci

s contra eosdem inibi ſtatuimus, & cre-
, expendite: Sane nec plus nec mi-
Catechiſmum veſtrum gratiæ com-
ndere, facile deprehendetis.

)enique orator Senatum alloquitur, &
. canentis in morem, eidem certum,
mque eſſe vult, Janſeniſtas cum Tigu-
is idem ſentire, idem loqui, eandem-
mnino cantilenam modulari. *Home-*
itaque, clamat, *Homophonos adverſantis-*
ac ringentibus Jeſuitis, doctiſſimos Janſe-
habemus.

)mnes hi Miniſtri, cum ita loquerentur,
berent, agebant ſine fuco, & ingenue
cum amicis, de quorum fide omnia
)lliceri poſſe credebant; & ſi Janſeniſtæ
deſtinatum habuiſſent animo, cum Pro-
ibus in ſociale fœdus coire, non erat
tunior unquam occaſio aggrediendi tam
arum facinus, & bellum Eccleſiæ mo-

At longe illi aberant ab eo conſilio,
trinſecus aut palam ſegregarent ſe a Ca-
s: poſtulabat Burgofontanum ſyſtema,
nper foris cum illis conjuncti apparerent.
, ſi aliquando ſe junxiſſent Calviniſtis,
opere ſibi ab illis caviſſent Catholici; ab-
ti eſſent tanquam hæreticos, eisque
ia facultatem ac vires ſubtraxiſſent, ma-
damni inferendi Eccleſiæ, quam hodie

Eccleſiæ inferunt Calviniſtæ, quorum tand totum illud lucrum eſt, quod aliquot Mo chi ſolitudinem, ac religioſæ vitæ diſciplin pertæſi, ad ipſos transfugiant.

Exigebat igitur evocata ex inferis o matum inter Janſeniſtas conjuratio, ut ſe per intra ſinum ſe tenerent Eccleſiæ, eum finem, ut illum facilius ac certius lacer poſſent. Unde tantum aberat, ut Calvi ſtis bonam gratiam deberent pro omnibus comiis, & amicitiæ tam ſolide fundatæ, t ſinceræ, & plusquam ſinceræ teſtificationib ut cum profecta ex iis in ſe incommoda ag ſcerent, iisdem eundem obviam, & pal

cus, ac communes inter ambos errores eſſent, ita artifici quoque, variis eos ſermonis fallaciis velandi, eſſe communia.

§. IV.

Principia Burgofontanæ doctrinæ de Gratia a Gerberonio tradita in libro conſcripto ad formandos eorum mores, qui virtuti, & vitæ perfectioni ſtudent; ſed nullo operæ effectu.

Per temerariam omnino inconſiderantiam grandibus ſe ipſos difficultatibus objecerant. Janſeniſtæ, cum Catechiſmum ſuam in lucem emitterent, qui proximam ſuum cum Catechiſmis Calviniſtarum, & Dordracenæ Synodi Canonibus cognationem aperta prope fronte præferebat. Ex his anguſtiis eluctati, priora inſtitere veſtigia, & ad ſuſceptum ſemel perficiendi ſui ſyſtematis, & adhibendæ ſolertiæ in diſſeminandis ſub mille, aliis ex aliis formis, principiis, quæ viam ſternunt ad Deiſmum, inſtitutum rediere. Hactenus ea Janſenius aptaverat literatorum ingenio; Arnaldus curioſitati fæminarum nobilium; Catechiſmus de gratia credulitati ſimplicis populi; reſtabant illi, qui ſanctioris vitæ, ac virtutum ſtudium profitentur. Etiam pro his quidpiam, quod ad ipſos contagione errorum corrumpendos idoneum foret, ſingillatim elaborandum erat; quandoquidem

ſi hi Factioni accederent, plurimum eadem ex iis lucri haberet, præſertim, ſi copioſi eſſent, & divites. Certe omnium ætatum hæretici hujusmodi homines in partes ſuas trahere ſatagebant.

Sed quis in animum inducat, profugo ad Batavos Monacho, qui illic ſub adſcito civis Roterodamenſis titulo, & Auguſtini Kergré nomine jura indigenarum ſibi tribui petierat, & obtinuerat, hoc eſt, Gerberonio id muneris commiſſum fuiſſe, ut librum adornaret, qui animos pietati & religioſius vivendi ſtudio addictos, novæ ſectæ conciliaret? Si ipſa

agendo negotio deſtinatus probe artem calleret, errorum venenum piæ cujusdam dulcedinis ac cæleſtis ſaporis ſpecie condiendi; a quo tamen ſtylo, ſi unquam alius, Gerberonius alieniſſimus erat, qui omni vita ſua in iis, quæ ſcripſit, nonniſi violento & impotenti dicendi genere uſus eſt.

Hic vir tamen, hic eſt, qui perſonam gerere aggreditur hominis DEO, & divinis dediti, & ex intimis Chriſtianæ ſapientiæ præceptis animas ad rerum cæleſtium cognitionem ac ſanctiorem vitam adducendi ſibi negotium ſumit: hac mente opus lucubratur, cujus argumentum hæc ipſa ſapientiæ præcepta eſſe declarat. „ Propoſitum huic libro eſt, in prævio monito ait, „ animis Chriſtianis, qui vi„ tæ ſuæ rationes ac principia gratiæ compo„ nere, & cogitationes ſuas æque, ac ſuum „ amorem myſterio ipſius amoris conſecrare „ deſiderant, exemplar aliquod ob oculos po„ nere, in quod intueri, ſeque ad illud con„ formare poſſint. „ Si nomen Authoris præfixum comparuiſſet in fronte operis, admonuiſſet utique animos Chriſtianos, ut ſibi ab illius fallaciis, & errorum contagione caverent: at Gerberonius ea comitate, ac indulgentia fuit, ut nomen ſuum ſupprimeret, eique illud *Flori a ſancta fide* ſubſtitueret; deinde alios e ſecta ſcriptores imitatus, librum ſuum ſpecioſo ornavit titulo, qui piam bonarum animarum curioſitatem non irritare non poterat: *Speculi* enim *pietatis Chriſtia-*

næ inſcriptione inſignivit. Inſuper hanc ſibi vim intulit, ut aſpero ſuo ſtylo aliquantum mellis aſpergeret, & modo quasdam teneri affectus phraſes hinc & illinc ſpargeret, quales ſunt: (*c*) *O mi DEUS, quam amor tuus delicatus eſt! nempe gloria ipſius gratiæ eſt tota ipſius æmulatio*: modo loqueretur animis, ut ſi ſerio præſtantiſſima vitæ ſanctioris arcana ipſis vellet pandere; (*d*) *vultisne*, ait, *animæ Chriſtianæ, vos cito ad eminentem ſanctitatem attollere*? Atque hoc eſt totum fere artificium, quod ſibi indulgere ſe poſſe cenſuit; cæterum principia, quibus in toto reliquo libro animas ad *eminentem ſanctitatem*

eorum, neutiquam per vim expreſſa, ſed ex ipſa natura ſua ſponte oblata, inferri poteſt concluſio, hoc principale puri Deiſmi principium ſit, *ſinamus Deum frui ſtatu, ac jure ſuo, & nos vivamus arbitrio noſtro, quin ulla de re unquam laboremus, aut angamur.* Ut autem conſtet, me nihil ultra verum augere, eundem Gerberonio, quem aliis, honorem habeamus: Audiamus ipſummet, & audiamus ſolum.

Principia Perfectionis a P. Gerberonio tradita pro animabus ad eminentem quandam ſanctitatem Janſenianam evehendis.

Summa Principii Gerberoniani I. Deus ſalvat, quos ipſi lubet ſalvare, & damnat, quos lubet damnare; cujus alia ratio reddi non poteſt, quam quod hæc ipſius voluntas ſit.

Verba Gerberoni. (*f*) „DEUS, quin „ulla intueatur merita, nec alia, quam ſuæ „miſericordiæ habita ratione, efficaci, & de„finito fine ulla conditione, aut exceptione „decreto ab æterno conſtituit ſeparare ali„quos a maſſa peccati, iisque largiri ſuam „gratiam & gloriam; aſpernatus alios, & de„ſtituens, atque deſtinas ſuppliciis, quæ „ipſorum crimini (peccato Adami) debentur.„

Certo itaque ſalvus ero, ſi inter priores ſum; certo autem æternum infelix, ſi e numero poſteriorum. Ergo tempus operior, quo

(*f*) Specul. &c. pag. 123.

ipſe eventus myſterium hoc explicet, ac rem decidat; interim libere genio meo indulgere, & ſiniſtris affectibus obſequi poſſum, quin habeam, quod a DEO timeam, quippe qui ſuſceptum conſilium *abſolutum & efficax* mutare non poteſt.

Summa Principii II. Potiorem hominum partem DEUS ſalvare non vult; quicquid egerint, ſalvi non erunt, quia eos DEUS ſalvare non vult.

Verba Gerberonii: (g) „ S. Paulus dixit, DEUM velle omnes homines ſalvos

„ divini ſui Patris ad æterna ſupplicia condem-
„ natos. - - Mortuus eſt pro omnibus ho-
„ minibus, eodem ſenſu, quo Deus vult
„ omnes homines ſalvos fieri.

Hic Deus Burgofonte fabricatus vult valde exiguam hominum portionem ſalvam fieri: omnes reliquos præciſe & expreſſe vult damnare. Quæſo, an non æquum eſt, ut Roterodamum eamus, quemadmodum ivit horum impiorum dogmatum Author, & ibi Deum tam ſeveræ indolis, eo, quo decet, cultu venerari diſcamus?

Summa Principii III. Aliam partem hominum, quæ eſt admodum exigua, Deus ſalvare vult; quicquid egerint, ſalvi erunt, etiamſi ipſi id nolint, quin ullum peccatum eos poſſit perditum ire.

Verba Gerberonii (*k*) „ Cum nihil eos
„ poſſit perdere, quos Deus ſalvare vult,
„ nec etiam quicquam illos poſſit ſervare ab
„ exitio, quos Deus vult damnare, poſito
„ ipſius decreto, quo ſalvare illos, hos deſe-
„ rere ſtatuit, vel ipſis oculis patet, nume-
„ rum eorum, quos elegit, & eorum, quos
„ abjecit, ita dimenſum ac deſcriptum eſſe, ut
„ illi nihil addi, nihil demi poſſit; adeoque
„ fieri nequeat, ut ullus electorum damne-
„ tur, aut reprobatorum ſalvus ſit. „

Admirabile profecto principium pro interna animi pace, etiam inter media enormia ſce-

(*k*) pag. 139.

ſcelera! ſi electus ſim, nullum ſcelus obſtare poteſt, ut non ſalvus ſim; ſi non ſim electus, etiamſi flagitioſæ meæ vitæ valedicam, & frugi evadam, propterea tamen non magis ſalvus ero: ergo ſive electus, ſive non electus ſim, pravis meis moribus ſuaviter, & ſecure indormire poſſum. O quam *eminens* Janſeniana hæc *ſanctitas*, commoda, & facilis eſt!

Summa Principii IV. Sive agamus bonum, ſive malum, & peccemus, id ſemper neceſſario agimus.

[redacted]

tentiæ, & damnum reparandum eſt? Sed o quam ſapientiores ſunt, & rem penitius cernunt ac intelligunt Janſeniſtæ! *Vultisne animæ Janſeniſticæ, cito vos ad eminentem quandam ſanctitatem attollere*? Dormite in utramque aurem, & quietæ expectate adventum gratiæ: ſi venerit, neceſſario illius impulſum ſequemini: ſi venire nolit, nullum malo remedium eſt; veſtra tamen flagitia non eſt, cur vobis quietem turbent; hoc veſtrum ſolatium eſto, *neceſſario vos victos, & in peccatum abreptos fuiſſe.* Ecce vero, quam belle *Speculum Pietatis* animas in pace interna firmet, conſolidet.

Summa Principii V. Si quando mandata Dei non ſervantur, ex eo fit, quod non præſto ſit Gratia, qua ſerventur; huic enim gratiæ nunquam reſiſtitur.

Verba Gerberonii: (*m*) „ In hoc ſtatu (naturæ humanæ reparatæ) nunquam reſi„ ſtitur gratiæ, quæ largitur plenam agen„ di facultatem, ac potentiam. - - - neque „ in eodem ſtatu extat gratia mere ſufficiens: „ - - - Accidit ſubinde, juſto deeſſe gratiam, „ quæ ipſi præbeat potentiam proximam, & „ ſufficientem, ad implendum præceptum „ Dei, etſi quodam implendi deſiderio te„ neatur. „

Si nunquam gratiæ reſiſtitur, tunc illa efficit, ut impleantur præcepta, quin, cum ve-

(*m*) pag. 272.

venit, & adeſt, nos jungamus operam, & huic nos negotio immiſceamus: ſi illa non venit, cum nemo teneatur eo, quod fieri nequit, Deo obtemperandi nulla noſtra obligatio erit. O quanta hæc perfectio filiorum Dei Burgofontani, hoc eſt, quam deteſtabile complementum improbitatis, & protervæ morum licentiæ eſt?

Ut egregia hæc principia altius in animis inſculperentur, Gerberonius id ipſe ſibi laboris impoſuit, ut ex illis pia ad Deum ſuſpiria, & virtutum actus effingeret, quos lac eſſe cupit, quo animæ nutriantur; certe nimis molles, ac teneri ſunt, quam ut quibusdam eo-

„ quam ut ipſam gratiæ, quæ ejusdem libertati
„ relinqueretur, ſanctitatem corrumpat! „

Actus Admirationis. (*p*) „ Quam profun-
„ da ſunt DEI conſilia! Reſervavit pecca-
„ tori invictas vires, quibus præſtet, ut pro-
„ digia ſuæ gratiæ in illo effulgeant. „

Actus Tremoris. (*q*) Terret, & con-
„ cutit me hujus juſtitiæ ſummum jus, ac ſe-
„ veritas, quæ in maſſa peccati omnes illos
„ relinquit, quos ipſius miſericordia non ele-
„ git, nec ullum ipſis præparat auxilium, quo
„ ſalvari poſſint. - - (*r*) O abyſſus judicio-
„ rum DEI! omnibus artubus contremiſco,
„ dum cogito, ex iis ipſis, qui in veræ fidei
„ ſinu, & in piis de Chriſtiana pietate ſenſi-
„ bus, ejusque exercitiis vitam egere, non
„ paucos eſſe, quibus hanc gratiam, o Deus,
„ non niſi ad tempus indulſiſti; debere autem
„ te ex arcano tuo judicio permittere, ut in
„ errorem & peccatum incidant, & denique
„ peccato ſuo immoriantur, ne unquam ipſis
„ ignoſcas, & parcas.

Abominanda hæc dogmata, quæ non niſi exſecti e libro Janſenii centones ſunt, tam evidenter cum quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus congruunt, ut plane abundans & ſupervacaneum foret, pluribus intimam eorum connexionem cum perfecto Deiſmo demonſtrare. Cæterum poſtquam *Speculum Pietatis* luci publicæ expoſitum eſt, prædicabant

(*p*) pag. 106. (*q*) pag. 140. (*r*) pag. 147.

bant illud, & celebrabant Janſeniſtæ tanquam librum omni exceptione majorem; at Catholicos illico vel primo aſpectu venenum libri advertit, neque eum S. Auguſtini authoritas, quam author ubique obtendit, & jactat, contra Eccleſiæ fulmina tueri poterat. Damnatus ab Innocentio XI, deinde a Cardinalibus quoque Grimaldo Archiepiſcopo Aquiſextienſi, Camuſio Epiſcopo * Gratianopolitano, & pluribus aliis Galliæ Præſulibus, in quorum numero ipſe etiam * Tellerius Archiepiſcopus Remenſis erat, pari ſententia confixus, & propſcriptus eſt: junxit ſe contra

mis addictum fuiſſe: (*s*) „ Ne exiſtimatis ve-
„ lim, ait, hoc opus cenſendum eſſe opus dia-
„ boli, quia ſupplicium ſubiit, quo crucian-
„ tur cacodæmones, hoc eſt, quia igne exu-
„ ſtus fuit; imo in hoc potiſſima ejus gloria
„ ſita eſt, quod ſors illi obtigerit, quam na-
„ cti ſunt præſtantiſſimi libri, ipſi etiam
„ quos S. Spiritus dictavit. „ Archiepiſcopus Remenſis Tellerius ex multis nominibus ac meritis dignus videri poterat, qui mitius a Gerberonio haberetur; at nec ipſe benignius, quam alii Præſules, acceptus eſt: appellat ipſum Gerberonius (*t*) illum *ſuperbia inflatum, quem S. Paulus deſignat, Doctorem, qui rudis eſt, & hoſpes in ſcientia Sanctorum, hominem laborantem animi morbo, ex quo invidiæ, maledicta, ſuſpiciones pravæ, & perniciosæ contentiones naſcuntur.* Egregium ſine dubio modeſtiæ, ſubmiſſionis, obedientiæ, manſuetudinis, & moderationis exemplum, quo bracteatis Factionis ſanctis viris, & fæminis ille præluxit, cui primo e ſecta in mentem venit, librum cudere, *pro animabus cito ad eminentem quandam ſanctitatem evehendis.*

Interea Lectorem Catholicum, non dubito, graviter ſuccenſuiſſe immodicis, quas intellexit hactenus peſſimi exempli aberrationibus Gerberonii: ſed en id etiam, quod

(*s*) Acta cauſſa P. Gerberonii c. 2. pag. 35.
(*t*) Epiſtola cujusdam Theologi ad Archiepiſc. Remenſem.

conceptam ipſius iram delineat, & ſimul eidem legitimam miſericordiæ DEI imaginem repreſentet, qui, quicquid ogganiat Janſeniſmus, quotidianis documentis oſtendit, velle ſe ſerio ac ſincere ſalutem omnium hominum, etiam graviſſimorum peccatorum. En hic idem P. Gerberonius, poſtquam turpi ad Batavos transfugio afflixit Eccleſiam, eamque plusquam quinquaginta annis prodigioſo quodam pernicioſorum librorum, ac libellorum numero exagitavit; his ipſis autem peſtiferis armis innumeris animabus Jeſu Chriſti ſanguine redemtis peſtem & exitium attulit; hic idem divinæ miſericordiæ quam toties

roſana veſte tectum, commorari Bruxellis, peram dedit, ut 30 Maji 1703 illi manus jicerentur, & captus in cuſtodiam daretur. ıſtructa in ipſum lite, & poſt habitas plures e rebus ipſius quæſtiones, ſuis ipſe teſtimoiis & confeſſione convictus eſt, palam doiiſſe hæreſin, præſertim, poſtquam e relioſo ſancti Benedicti in civem Roterodamenm migraſſet, & infamibus libellis Pontifiım, Principum, & omnium eorum, quos ſectæ ſuæ hoſtium numero duxiſſet, famam ceraſſe. Sententia 7 Decembris ejusdem ini in eum lata, ac publice recitata fuit, ıa ex Concilii Tridentini formula profiteri lem, quinque propoſitionum ejurare doctriım, & formulario ſubſcribere jubebatur; de traderetur ſuis in Abbatia Corbejenſi Surioribus, a quibus ſeverius in ipſum aniadverteretur, pro eo, ac in Domino conltum, ac reo utile viſum fuerit; demum unquam in Diœceſin Mechlinienſem pedem ferret, propoſito perpetui carceris ſupplio, ſi reditum tentaret.

Si Gerberonius tam præſenti ſibi animo iſſet, ut pro delictorum ſuorum gravitate i ipſius jus diceret, merito acerbiorem omno in ſe ferendam ſententiam metuiſſet; at ndum edomitus, & redactus ad incitas at; unde nec eo adigi poterat, ut quicquam æſtaret eorum, quæ imperata erant; hæc tem animi obſtinatio movit Regem Ludo-

vicum XIV, ut eum tanquam ſuum ſubditum ſibi reddi peteret; & initio quidem in arce Ambianenſi teneri cuſtodia, tum Vincennenſi carceri mancipari voluit. Hic, quod ſex captivitatis menſes Mechliniæ effectum dare non poterant, effecere ſex anni in Gallia.

Decrepita ætate, & octoginta annorum jam ſenex, proinde divino tribunali, in quo geſtorum rationem redderet, admodum vicinus, in animum denique ſuum altius deſcendere, clauſos hucusque aperire oculos, & de propinquo jacturæ animæ ſuæ periculo cogitare cœpit: rem omnem attentius conſide-



cum eum Tyrannis, naſcentis Eccleſiæ hoſtibus, comparat, & exæquat, jure maximo meritum eſſe dolens agnoſcit: veniam ab Eccleſia, a Pontifice, ab Epiſcopis, a cunctis Superioribus Eccleſiaſticis, & univerſim ab iis omnibus, quorum nomen & famam in ſcriptis ſuis unquam violaſſet: teſtatur, cupere ſe omnino, ac velle, ut de his animi ſui ſenſis, quæ in præſentia haberet, & in quibus, ut ſe mori ſinat Deus, vehementer optaret, conſtet omnibus, ſicque ſincera hac confeſſione & mundo, & conſcientiæ ſuæ ſatisfaciat. Poſt hanc de ſe victoriam, & ad veram Eccleſiam reditum dimiſſus e cuſtodia, & libertati redditus eſt, ut reliquos vitæ dies in Abbatia * S. Germani in Pratis exigeret.

Cum vero recens hic ad Eccleſiam redux veritatis aſſecla factioſorum, a quorum partibus diſceſſerat, indolem nimium quantum exploratam haberet, & non prævidere non poſſet, eos palinodiam ſuam atque errorum revocationem Tyrannorum ac hoſtium, ut loquuntur, violentiæ, aut hauſto ex incommodis diuturni carceris tædio adſcripturos eſſe, populo poſt præſentibus eodem Vivantio, & Priore S. Germani in Pratis, diſertis verbis declaravit, *ſe modo reſtituta libertate*, omni ſeu hominis, ſeu incommodi, aut periculi metu vacuum, & *in medio fratrum ſuorum rata habere omnia, quæ in ſcriptis rei* (18 Aprilis) *geſtæ adſis continerentur, atque*

(*) S. Germain de prez.

que ſincere, & integre, quemadmodum tum, ita & modo Eccleſiæ, ac ſuperioribus ſe ſuis ſubjicere. Felix enimvero, quod diutius ſe ſubmittere non diſtulerit, quippe decem poſt menſibus, die Converſionis S. Pauli, anno ſequente mortuus.

§. V.

Patris Queſnelli opus, cum majore conſilii ſucceſſu, quam a Gerberonio ſuum, ad faciliorem Janſenii, ſeu Burgofontanæ doctrinæ meditationem pro hominibus per-

bus annis in elucubrandum opus incubuit, cui omne Janſeniſmi venenum affunderet. Libri titulus eſt: *Novum teſtamentum in Gallicum ſermonem converſum, cum obſervationibus moralibus ad quemvis verſum, ad lectionem utiliorem, & meditationem faciliorem reddendam.* Venenum autem illud tam callide & tecte novit inſpergere, ut & illis, qui frequentiori pia commentandi uſui aſſuevere, certo poſſit imponere, quin de peſte hac quippiam ipſis ſuboleat; & ſane negari non poteſt, impia, de quibus mundum docendis Burgofonte conventum eſt, dogmata, pietatis aſſimulatione tam dextre involuta, tam ſuavi verborum unguento delibuta, in eo opere exhiberi, quo nec Janſenius, nec Arnaldus, nec ipſe etiam Sancyranus, nec quisquam alius ea hactenus tegere, aut oblinere potuerunt. *Molliti enim ſunt ſermones ejus ſuper oleum; ſed ipſi ſunt jacula, & quidem intento arcu, ita ad nocendum parata, ut ſagittent in obſcuro rectos corde*: verba ſunt, quibus librum hunc depingit Bulla *Unigenitus.*

Conatus eſt itaque P. Quesnellus hoc opere exequi Burgofontanum ſyſtema ſecundum omnem ſuam amplitudinem, dempto unico capite, a quo abſtinendum ſibi eſſe duxit. Dicam ergo, in quo normam Burgofonte præſcriptam non ſit ſecutus, & cur ſecutus non ſit.

Unum ex quatuor adjumentis ad evertendam religionem Burgofonte propoſitis,

erat, ut diximus, *omnem Directoribus, & Moderatoribus conſcientiarum exiſtimationem, atque authoritatem detrahere, eorumque directionem exhibere ſoliut lucri proprii ſtudioſam, ſeu totaliter intereſſatam.* Queſnellus in ſuis *obſervationibus moralibus* caput hoc penitus præteriit; ut homo enim ſolers, ac providus ſerviit tempori, nec in infamandis conſcientiarum moderatoribus operam ponere voluit, ut, cum ita neceſſitas ſectæ, & imminens calamitas ferret, tractando gemino majoris longe momenti argumento ſe impenderet. Videbat, a ſummis Pontificibus, magno Præſulum numero, omnes factionis libros jugulari ſententiis

igitur omni, qua poteſt, ope adnititur, micos ſectæ Magiſtratus, ac Principes terimo penicillo deformare, ceu totidem tyınos, hoſtes, ac vexatores, ex illo homim genere, qui (x) *ſuis ipſi, vel aliorum imderatis excæcati affectionibus, putent ſe honorare um, dum veritatem, & ipſius diſcipulos acerime exagitant, probosque homines ferro & flamma ſequuntur.* Quæſo, num ſcribit hæc Novade Neronum & Diocletianorum tempous? Eo ille in hoc argumento inſolentiæ ceſſit, ut ipſa Factio ingens malum metue, & Willardus intimus ejus amicus, ſcripta no 1697 epiſtola ſumma eundem contenne obteſtaretur, vellet librum ſuum incudi ldere, & certis quibusdam locis modum hibere; quandoquidem is ſeditionis conſilia nis aperte inſpiraret animis, & *obſervationes rales* (epiſtolæ verba ſunt) *eos, qui perſeuntur, & qui perſecutionem patiuntur, veluti gito commonſtrarent.*

Præter hanc igitur a norma Burgoſonta- declinationem fieri non poteſt, ut quis acratius Quelnello ad illius præſcriptum ſua ripta & doctrinam conformet. Ad extinendum Sacramentorum Pœnitentiæ & Evariſtiæ uſum, eadem cum Magiſtris ſuis linıa uſum fuiſſe, jam alibi diximus. Quæ xerit & fecerit ad redigendam in nihilum mmorum Pontificum & Conciliorum autho-

x) Vid. propoſ. 100.

ritatem, *omnemque Eccleſiæ poteſtatem proſtigandam*, ſuo loco demonſtrandi occaſio erit. Nunc ordo & ſeries materiæ poſtulat, ut id duntaxat oſtendamus, quam cumulate ac perfecte *liber obſervationum moralium* cum quinis Janſenii propoſitionibus, aut quod idem eſt, cum quinis Burgofontanæ doctrinæ capitibus conſentiat.

Cæterum, cum Queſnellus ex malis, & detrimentis, quibus affecit Galliæ Eccleſiam, famoſum omnino nomen adeptus ſit, antequam ad ipſam materiæ tractationem acceda-

Andilii & Arnaldi doctrinæ lacte enutriri filios paſſus eſt Generalis noſter Præpoſitus.

Fuere tamen ex Congregationis Moderatoribus, qui a torrente ſe abripi paſſi non ſunt, & multam operam dedere, ut remedium adhiberetur malo, quod procedente tempore Congregationi ultimam peſtem ac perniciem non accerſere non poſſet. Rem alacriter perſecuti, tandem in Generali Conventu Pariſiis Anno 1678 habito effecere, ut ſerio decreto caveretur, ne ullus poſthac Janſeniſmum doceret, aut tueretur. Pars quædam Oratorianorum ſubſcripſere huic decreto: pars maluere excedere Oratorio; pars omnino relinquere Galliam, quam illi obtemperare. P. Queſnellus & ipſe hoc Moderatorum ſuorum edicto offenſus, ex illorum numero fuit, qui profugere e patria: Bruxellas ſe anno 1685 contulit, & ibi ſub profano habitu, & variis adſcitis ſibi fictis nominibus, jam *de Rebeck*, nunc *de Frene*, modo *Patris Prioris*, cum Arnaldo diu delituit; qua de re ipſe P. Queſnellus omni exceptione majus teſtimonium dicit, cum fatetur, ideo dunlaxat ſe ultro extorrem factum e patria, ac ſolum vertiſſe, ne vel cogeretur præcepto Janſenii doctrinæ contrario ſubſcribere, vel ex Oratorio ejiceretur. Extat hæc ejus teſtificatio in data duobus poſt ipſius fugam annis ad P. Henricum Noriſium, poſtea Cardinalem, epiſtola, in qua, cum ſingillatim expoſuiſſet omnia, quæ in Comitiis Patrum Oratorii

An-

Anno 1678 geſta fuiſſent, addit: (z) *Ut utrique neceſſitati me ſubducerem, meum amicorumque conſilium fuit. Ab integro igitur biennio ſic privatam vitam agere inſtitui, ut a ſolito hominum commercio ſegregatus, locum vix paucis amicis notum, paucioribus pervium - - hactenus incoluerim.* Sed num Queſnello tam comperta, ac perſuaſa fuerit veritas, & integritas doctrinæ, quam tanta animi obſtinatione, tanta laboris, commodorum, patriæ, & veritatis jactura, ac impendio propugnabat, ſcripta de ejus ſenſis ſequens epiſtola, quæ in manus * Andegavenſis Epiſcopi (Michaelis Poncet de la Ri-

„ tæ eſſent, accedendum ſit; ipſe vero ad hæc
„ repoſuerit, ac ſuaſerit, ut Eccleſiæ arbori,
„ ac potiori fidelium parti addictus manerem;
„ neque enim ſe ob aliud, quam ob concitatas
„ in ſe contumelioſas a Jeſuitis infectationes,
„ eas, quas hodie pertinaciter tueretur partes
„ amplexum fuiſſe. Quodſi jam hæc te narran-
„ tem falſitatis quis arguat, hac epiſtola mea
„ fidem facio, ea veriſſima eſſe, & plusquam
„ viceſies ex ore avunculi mei, Queſnelli, au-
„ diviſſe. Domine, tuus cum omni obſervan-
„ tia infimus, & obſequentiſſimus ſervus

Pinſon Sculptor,

ad * S. Agnani 18 Sept. 1718.„

(*b*) „ Profeſſus ſum, inquit Epiſcopus An-
„ degavenſis, & iterum profiteor, ipſas au-
„ tographas has literas eſſe in manibus meis;
„ addo, me ſumma eas cura aſſervaturum,
„ nec ſtaturum per me, quo minus intelli-
„ gat poſteritas, P. Queſnellum, cum inter
„ vivos ageret, fucata ſua agendi ratione
„ multis illuſiſſe. „

Cum Queſnellus fugitivus Bruxellas elapſus eſſet, Arnaldus poſt mortem Sancyrani, Princeps Factionis, annis gravis, & decrepita prope jam ætate erat; itaque tempus monebat, ut de ſufficiendo ſibi ſucceſſore cogitaret; deſtinavit huic muneri Queſnellum, cui ſuis ipſe manibus, ſuisque ſub oculis formando, & inſtitutione ſua expoliendo reliquos

(*b*) Epiſtola ejusdem Præſulis 30. Octobr. 1720.
(*) S. Aignan.

quos vitæ dies impendit, eo conſilio, ut poſt obitum ſuum Factioni præeſſet; cui etiam reipſa, novem poſt annis, Arnaldo anno 1694. ætatis octogeſimo ſecundo, mortuo præeſſe cœpit.

Hac nova dignitate auctus Queſnellus, Factioni magno in pretio, atque amoribus erat; hinc officii ſui eſſe credidit, ſui conſervandi majorem, ſi unquam alias, curam gerere. Variis confictis nominibus, quæ ſibi ipſe indiderat, ne detegeretur, nondum ſuo latendi ſtudio ſatis cautum eſſe cenſebat. Unde ſecuriorem viam iniit; identidem ſe alio-

ıterea cum nullus captivo præſto eſſet
or Angelus, non aliud expectandum
quam quod tam chari patris filii nulli
, nullis artificiis, aut ſumptibus parſu-
ıt, ut eum ex ergaſtulo ſuo, ac judi-
ınibus eriperent; quod etiam poſt tres
tatis menſes ope ac dolo Galli cujus-
tenuis fortunæ hominis, aſſecuti ſunt.
ri ſpe, & cupiditate adductus, quod
ım ſe credidit, ſi illum Factioni libe-
eſtitueret, tum de ſitu carceris, in quo
ɔatur, accurate edoctus, perforato pa-
tam amplum in muro hiatum aperuit,
eum captivus penetrare, & in tutum
e poſſet. Penetravit, & evaſit Queſ-
, quam evadendi *viam* Janſeniſtæ (*c*)
o ſimilem poſtea proclamarunt; ſed
hæc actio non multum vires naturæ

ıterea reſtabant in manibus Archiepiſco-
rceptæ chartæ, ac literæ, quæ ſatis
ıe argumentorum ſuppeditabant, ex
elapſo fugitivo lis de deſerto vadimo-
ac contumacia intenderetur: lata 10
ıbris 1704 ſententia (*d*) pronunciatus
erdictus ſacris, & ab Eccleſiæ corpore
ıtus; indicta dein eidem hæc pœna,
cœnobium quoddam ſecederet, dum
:iſſet ſacræ ſedi, ab ea diris, & exe-
cra-

(*c*) Inſtitutio familiaris de Conſtitutione pag. 9.
(*d*) Acta Quesnelliana in fine.

grationibus, quibus devinctus eſſet, exſolutus fuiſſet: porro ſtatutum in ipſum perpetui carceris ſupplicium; ſi quando in Diœceſin Mechlinienſem reverti, vel quicquam in ea typis edere tentaret. Tota ſubinde cauſſa, omniaque cauſſæ monumenta prelo ſubjecta, & palam orbi expoſita ſunt; & quamvis Queſnellus eam *monſtrum horrendum*, *informe*, *ingens* appellet, & veluti contextam ex meris calumniis criminationem maledico dente laceret, nunquam tamen conſcripta ex ipſius chirographis documenta & teſtimonia, quæ horrendorum ipſum dictorum ac factorum convincebant, atque inconcuſſa ad eum con-

(*e*) „ Eminentiſſime! patere, ut ad pedes „ tuos abjectus petam, ac rogem, imprimis „ paterna mihi manu a te benedici, deinde id „ indulgeri, ut tibi ſumma cum reverentia, „ tanquam patri meo, ac judici exponam, quod „ amplitudinem tuam celare non poſſe mihi „ videor. Pars operæ, quam in elaborandas „ obſervationes morales contuli, non adeo „ mihi cordi eſt, ut, quemadmodum ex igno- „ ratione veri, hallucinandi periculis obno- „ xius ſum, erubeſcam aberrationes meas „ agnoſcere, videre expunctas, & vel mea „ ipſius voce ac manu retractare. „

Num ipſa docilitas, & majorum obſervantia verbis magis officioſis, ac ſubmiſſis, quæque aliis ad præſtandum Eccleſiaſticæ poteſtati obſequium exemplo eſſe poſſint, uti poterat? At comparemus modo illa cum iis, quæ de hoc examine ſcriptis literis communicavit cum amicorum quodam, de cujus in ſe voluntate ac fide maxime confidebat.

(*f*) „ Agat per me bonus Abbas Antonius de S. Bernardo (hoc nomine Cardinalem Noallium indicat) „ quicquid lubuerit; nam „ quo pacto ego obſtem, & impediam? Ægre „ non fero, me hac de re in conſilium adhibi- „ tum non fuiſſe; id, quod tanquam bonum „ probabitur, fatebor meum eſſe; ſi quid „ autem ſit, quod approbari non poſſit, fa-

(*e*) In eadem Cauſſa Queſnelliana pag. 423.
(*f*) Ibid. pag. 424.

„ cile me expediam, inficiando, ullam n
„ in eo partem habere. - - - ſcio, dixi
„ eum aliquibus, ſuffragaturum ſe quatu
„ fratribus adſcripto nomine primæ (g) ſu
„ Abbatiæ; idque ab ipſo fieri oporteret
„ comprimendam contradicentium inſole
„ tiam; at bene prævideo, tantum ipſi a
„ mi non fore. „ Poſt ſimplicem intuitu
gemini hujus ex illius epiſtolis excerpti
quid de P. Queſnelli animi æquitate,
ingenuitate cenſendum ſit, facile ſtatuem
Sed en alterum Queſnellianæ modeſtiæ,
moderati conſilii, & calami erga Eccleſi

„ tiam injuſtam & irritam, a Magiſtratu la-
„ tam, qui poteſtate ſua abutitur, averſabun-
„ tur, cui non modo nemo tenetur obſequi,
„ ſed omnes tenentur non obſequi, ne tam
„ apertæ injuſtitiæ participes fiant. - - - (*i*)
„ Neſcio, num unquam & uſpiam extiterit
„ decretum quodpiam Epiſcopi, æque ac tuum,
„ Reverendiſſime Domine, veritati adverſum,
„ quocunque iſtud ſenſu accipiatur. - - - (*k*)
„ Ne crede, fore quempiam adeo ſimplicem,
„ ac ignavum, qui terreatur decreto, veræ
„ ſalutis doctrinæ tam contrario; neque au-
„ thoritatem tuam tantum momenti habitu-
„ ram, ut nobis perſuadeat, lucem (utrius-
„que damnati libri) fugere, quia tibi libuit,
„ eos tanquam errorum tenebras inſectari.
„ - - (*l*) Non tulit hæc tellus unquam ty-
„ rannum, qui, quantumcunque fureret,
„ legem conderet, qua vetaret, ſubditos ne-
„ ceſſario alimento tueri ſanitatem, & ſuſti-
„ nere vitam corporis. Eorum, qui tibi a
„ conſiliis ſunt, jam eſt, comparationem ti-
„ bi, ſibique aptare. - - - (*m*) Quod iisdem
„ authoribus ad calcem decreti tui contra
„ Hennebellum adjungis, res profecto eſt
„ turpiſſima, abjectiſſima, & tua dignitate
„ indigniſſima, Reverendiſſime Domine &c. „

Num alibi, quam inter inſanientes ex veritatis odio hæreticos paris inſolentiæ exempla prodiere hactenus? Et hoc Queſnellus honeſtiſſimo *demiſſiſſimæ Expoſitionis* nomine

(*i*) Ibid. pag. 30. (*k*) Ibid. pag. 32. (*l*) Ibid. pag. 34. (*m*) Ibid. pag. 78.

inſignire audet ? Cæterum ipſius ſtylus a c
te ad calcem idem eſt. Qui modeſtiſſim
hunc virum diffuſiore calamo deſcriptum
dere cupit, ipſius effigiem poſt Sancyr
Janſenii, & Arnaldi imagines, a manu aut
ris colloquiorum inter Comitiſſam, & P
riſſam (*n*) graphice depictam inveniet.
ſi hac de re plura dicerem, longius a pr
ſito mihi argumento diverterem.

Veniamus ergo in rem præſentem
ad librum *obſervationum moralium* adve
mus animum: ultimus hic erit, cujus
quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus
ſenſus in hac Parte IV. nſui ſit, ut ſyſtem

oraculis debitam reverentiam ac fidem
it, ut a quadraginta, & quod excur-
m annis, ex quo 101 propoſitiones
æ execrationibus confixæ ſunt, aſſeve-
imo ſuper tecta prædicandi finem non
:, Bullam *Unigenitus*, cum condem-
101 propoſitiones, in iis unum ſupra
n orthodoxæ veritatis effata condem-
cujus rogo, ut lector probe meminiſſe
Hæc vero dum voce, ac verbis ſua-
, ac pietatis fuco oblitis ſpargunt in po-
, promovent ſua de corrumpendis aliis
a, rebellionem iis inſpirant contra Ec-
n, hujus deciſiones in contemptum ad-
t, & ſenſim ſine ſenſu eo deducunt ani-
quo deducere conſtitutum habeant,
im ad religionis contemptum. Nihil ego
quor, quod non fiat videnti, & ſcien-
a Gallia.

Quid ergo propoſitum ſibi habent hæc

pro ſolis Electis obita; id, quod tam planum, & apertum eſt, ut quivis ſummam harum Queſnelli propoſitionum, cum quinque articulis Burgofontanis, ac doctrina Iprenſis Epiſcopi concordiam, vel ipſis ſenſibus percipere poſſit.

Itaque P. Queſnellus per fallacem ſpeciem, *Meditationem reddendi facilliorem*, ut præfefert libri inſcriptio, non aliud ſatagebat, quam ut in animos eorum, qui majoris perfectionis ſtudium profitentur, Deiſmi ſemina immitteret, & illius ubique *ſuper Evangelii ruinam* ſtabiliendi opus conſummaret. Hinc *obſervationibus ſuis moralibus* omne quinque

tur accedamus, in pauca a me conferendas, ne ad eadem revolvar iterum, quæ jam millies dixi alibi. Et quoniam Queſnelli conſilium fuit, *meditationem reddendi facilorem*, induamus nos ipſos ad aliquot momenta temporis in pedicas, quas nobis ponit, & ipſo Magiſtro ac Duce quatuor, vel quinque Meditationes inſtituamus, quarum Burgoſontana dogmata argumentum erunt. Explanabit illud Queſnellus; noſtrum duntaxat erit ex principiis, quibus nos imbuerit, affectus & propoſita efformare; nec dubium eſt, clare incurſurum in oculos præcipitem locum, ad quem nobis viam præire cogitat.

Primum Meditationis argumentum.

Præcepta DEI ab iis ſervari non poſſunt, qui reipſa eadem non ſervant.

P. Queſnellus *meditationem* hujus Burgoſontani dogmatis *facilem reddit* primis octo propoſitionibus a Bulla condemnatis: ſatis hoc loco ſit *meditari* de prima & tertia, quarum hæc doctrina eſt.

„ Quid aliud remanet animæ, quæ Deum, „ atque ipſius gratiam amiſit, niſi peccatum, „ & peccati conſecutiones, ſuperba pauper„ tas, & ſegnis indigentia, hoc eſt, generalis „ impotentia ad laborem, orationem, & ad „ omne opus bonum? In vanum Domine præ„ cipis, ſi tu ipſe non das, quod præcipis. „

Affectus. Quam infelix ego homo ſum, mi DEUS, quod *tuæ gratiæ, & amoris jacturam fecerim*! Hac me via redactum video ad univerſalem boni vel minimi quidpiam agendi impotentiam: omnia tua mandata pro me evadere tam ardua, ut ea implere non poſſim. Et quid conſilii capiam in hoc tam miſero ac terribili ſtatu? num precibus me ac lacrymis, quemadmodum a me fieri jubes, iram tuam mitigem? At quid? Ita *omnes me animæ vires deficiunt*, ut quamvis precari me jubeas, precari non poſſim; imo ſi precarer etiam, preces meæ forent *novum peccatum*, quemadmodum me docet quædam ex centum &

Secundum Meditationis Argumentum.

Nunquam reſiſtitur gratiæ, neque etiam illi reſiſti poteſt.

P. Queſnellus utriusque hujus Burgoſontani dogmatis *meditationem reddit facilem* decem propoſitionibus a Pontificia Bulla condemnatis: (*p*) Quaternæ ſolæ ad explicandum hujus meditationis argumentum ſufficient.

„ Quando Deus vult animam ſalvam fa-
„ cere, eamque tangit interiore manu gra-
„ tiæ ſuæ, nulla humana voluntas ei reſiſtit.
„ - - Gratia DEI non eſt aliud, quam om-
„ nipotens ejus voluntas. - - Gratia eſt ope-
„ ratio omnipotentis manus DEI, quam ni-
„ hil impedire poteſt, aut retardare. - - Deus
„ ipſe nobis ideam tradidit omnipotentis ope-
„ rationis ſuæ gratiæ, eam ſignificans per il-
„ lam, quæ creaturas e nihilo produxit, &
„ mortuis reddit vitam. „

Affectus. Quam ſplendidum lumen hæ damnatæ a Bulla veritates accendunt animi mei oculis! oſtendunt mihi felicitatem animæ, quam *ſalvam vis*: & o quam exiguo pretio conſtat hunc animæ æterna in cælo felicitas! ſinit te illa totum agere, quin ſe ullo modo huic negotio ingerat, non magis, quam *res*

(*p*) Vide propoſ. 9. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

creata quam producis e nihilo; & salus ipsius in tuto est. O prodigiosa Gratiæ omnipotentia, cui nunquam resisti potest! felices animæ, quas *tua manu tangis*, quia nunquam tibi *resistunt*.

At omittamus jam id, quod ad alios pertinet, & redeamus ad nos ipsos, ac videamus quid fiat in nostris animis, quisve nostrorum flagitiorum fons & origio sit. Ergo pecco ego, o terribilis Deus, & ideo solum pecco, quia *me manu gratiæ tuæ non tangis*, nam si me hac manu tangeres, *nunquam voluntas mea tibi resisteret*, nunquam peccato me inquina-

quos ſalvare vis, & non ſecus a peccato eripis, *ac res creatas condis e nihilo, aut mortuis vitam reddis*, quin ab iis operæ quidpiam eam in rem navandum ſit. Tum fremam, & contábeſcam ob ſeveritatem tuam erga omnes alios, qui non ex alia cauſſa peccato hærent infixi, & inde ad æterna inferorum incendia damnantur, quam quod negata ipſis ſit gratia, ſeu *manus tuæ omnipotentis operatio*, quæ illos extrahat e peccato, & cæleſtis beatitatis compotes faciat. Porro mihimet ipſi ſuggerere non deſinam: *quando Deus me tanget manu ſuæ gratiæ*, evadam e ſtatu peccati, & alium auſpicabor vivendi modum, *cum nulla ei voluntas reſiſtat.* Donec autem id mihi obtingat, fatalis me adigit neceſſitas, ut in illo ſtatu permaneam. Denique deplorabo ſortem meam, & inter acerbos gemitus operiar reprobationem, quam æque evitare non poſſum, ac ***mortuus ſibi vitam reddere non poteſt.***

Tertium Meditationis Argumentum.

Libertas hominis neceſſario cedit gratiæ victrici.

P. Queſnellus hujus quarti Burgofontani placiti *meditationem facilem reddit* quinque propoſitionibus: (*q*) meditemur ex iis tres, quæ ſunt hujusmodi:

„ Pec-

(*q*) Vide propoſ. 38. 39. 40. 41. 42.

„ Peccator non eſt liber, niſi ad malum, „ ſine gratia liberatoris. - - Voluntas, quam „ gratia non prævenit, nihil habet luminis, „ niſi ad aberrandum, ardoris, niſi ad ſe „ præcipitandum, virium, niſi ad ſe vulne- „ randum; eſt capax omnis mali, & incapax „ ad omne bonum. - - ſine gratia nihil ama- „ re poſſumus, niſi ad noſtram condemna- „ tionem. „

Affectus. Quantis immerſus erroribus hæſi hactenus, mi Deus! credebam ſemper cum antiqua Eccleſia, poſſe me, etſi peccator eſſem, præſtare quæpiam, quæ in oculis tuis peccata non eſſent. Hæc nixus fide pre-

Propoſita. Ne novis identidem acceſſionibus augeam peccata mea, o Deus ſumme auſtere, & rigide! certum mihi hodie, & deliberatum eſt, poſthac 1. neminem eorum amare, quos amare me jubes; *nec enim amarem, niſi ad interitum, & damnationem meam.* 2. nunquam, quamdiu peccator ſum, precibus vacare. 3. nunquam in hoc ſtatu ullum pietatis opus facere, & virtutis officio fungi; nam quid? ſi alio me modo gererem, improbe agerem, & te offenderem, mi Deus, quem tamen amare oporteret, ſi etiam in medio infidelitatis, & paganiſmi ſinu natus eſſem. At quid ajo? etiam in hoc hallucinor. Heu! ſi in hoc ſtatu eo, quem omnes tibi homines debent, naturali te amore proſequerer, amor quoque hic erga te meus peccatum foret, *nec amem te, niſi ad interitum meum.* Ergo ultimum hoc meum propoſitum eſt: non amabo, niſi peccatum, cum timendum mihi ſit, ne *aberrem*, ne *me præcipitem agam*, ne *graviore etiam me vulnere ſauciem*; & quamdiu gratia Jeſu Chriſti non ultro illabetur animo, quæ voluntati meæ neceſſitatem inferat, aut unam & ſolam libertatem tribuat ad bonum, nunquam attollam ad te oculos, nunquam recordabor tui; quia hic obtutus, hæc cogitatio peccatum foret. An dicam aliquid adhuc gravius? ſinam ego te frui eo, quod es, & habes, ſicut me ſinis manere, quod ſum, *aptus ad omne malum, & ad omne bonum impotens.*

Qua-

Quartum Meditationis Argumentum.

Deus non vult ſalvare omnes homines, nec Jeſus Chriſtus pro aliis mortuus eſt, quam pro Electis.

P. Queſnellus hujus poſtremi articuli Burgofontani *meditationem facilem reddit* quinque propoſitionibus; omnes quinque nobis conſiderandas ſumamus, ne pereat quicquam cæleſtis unguenti, quo delibutæ ſunt.

(r) „ Quando Deus vult ſalvare animam, quocunque tempore, quocunque loco, ef-

ıtum & unam veritates, quibus Bulla infa-
ım errorum notam inuſſit, meditatæ non
t. Perſuaſum illis erat vitæ tempore, quod
cere velis earum ſalutem, & quod ideo Je-
Chriſtus æque pro ipſis, quam pro aliis
ɔrtem ſubiiſſet. At hunc longe alia rerum
:cies ſe obiiciet oculis; damnatum ſe iri vi-
ɔunt propterea, quod earum ſalutem no-
ris, vel volueris non niſi ficto quodam,
ſimulato modo. Ergo circumventæ, ac
luſæ ſumus, inquient: per baptiſmum filii
:I, & membra Jeſu Chriſti effectæ, crede-
mus, *velle Deum nos ſalvare per* JESUM
riſtum: at noluit, quia reipſa ſalvæ non
nus: ſi voluiſſet, *certiſſime ſalvæ eſſemus*:
Jeſus Chriſtus per mortem ſuam teſtatus eſ-
deſiderium ſalutis noſtræ, *ſine omni dubio*
ım conſecutæ fuiſſemus; nam ſcimus mo-
, *ipſius deſideria nunquam carere effectu*
). Proh! quanta deſperandi materies pro
imabus, quæ tempore vitæ ſuæ tam pa-
m cordi habuere veritates ab Eccleſia dam-
tas *meditari*!

Propoſita. Quod ad me attinet, o infi-
te formidabilis Deus! poſthac e numero
rum deceptorum non ero. Aſſiduum meum
s veritates *meditandi ſtudium* efficiet, ut
æveniam hoc malum; ex ſolerti ac conſtan-
inveſtigatione, qua hauſtam ex iis mihi no-
m cudo vivendi regulam, explicatas jam
beo rationes meas, ac ſcio, quas poſthac
hoc negotio partes ſequi debeam. Cum

ex-

excedendum e vivis erit, fidenter tibi exprobrabo: o DEUS, qui me condidiſti e nihilo, ut æternum me perderes, ſi *voluiſſes ſalvare animam meam, indubitatus divinam voluntatem tuam effectus ſecutus fuiſſet!* Video jam, inſtare terribile hoc momentum, quin aliqua in te ob merita Jeſu Chriſti ſpes a me collocari poſſit; nam eheu! quid ego ſperem? *affixo terrenis rebus, & mihimet ipſi*, tantum audaciæ ſit, ut credam, in numerum me eſſe adſcriptum eorum, quos *Jeſus Chriſtus ſanguine ſuo vindicavit a manu Exterminatoris Angeli?* Procul abſit a me horribilis arrogantia, qua *mihi ipſius merita aſſerere*, aut

), dum videmus, nos eſſe miſerrima illa pro-
eata e nihilo opera Dei cujusdam imaginarii,
ii in aliquas creaturarum ſuarum eam vim e-
rcet, ut neceſſario faciant id, quod præcipit,
deinde eas cælo muneratur, acſi magna iis
o hoc obtinendo merita ſuffragarentur: DEI
jusdam tyrannice gubernantis, qui omnes
as creaturas ſuas ita deſtituit, ut neceſſario
ciant malum, & præcepta violent; poſtea ta-
en eas ad inferos detrudit ob id, quod ipſius
æceptis non obtemperaverint: Dei cujusdam
llacis, qui majori Chriſtianorum numero im-
nit, dum ipſos ad baptismi gratiam admittit,
aſi etiam pro ipſis Jeſus Chriſtus eſſet mor-
us, cum tamen mortuus non ſit, niſi pro
ectis: Dei cujusdam crudelis, qui potiſſi-
am hominum partem non alium in finem
ndidit, quam ut ſempiternis cruciatibus
ctandos tradat, eoque ſe conſpectu paſcat,
od perennes inter flammas ardeant, quas
adere non poterant. En igitur Quesnelli
eum! an non is idem ipſe eſt, cum Deo
rgofontano, qui *feligit, quos vult, & æter-*
felicitati deſtinat: deſtituit alios, & pro ar-
trato ſuo æternas ipſis pœnas decernit; cum
eo, qui *pro omnibus hominibus mortuus non*
, imo cujus *naturam humanam induit myſte-*
um, hiſtoria quædam apogrypha eſt: cum Deo,
jus mandata, quicunque eorum conatus ad ea
plenda adhibeatur, ſervari non poſſint: cum
eo, cui conſtitutum eſt *nos vel ſalvare*,

quicquid fiat a nobis, vel damnare, prout ipsi collibitum est?

Quo autem cultu hujusmodi Deum prosequi possumus? Ex mente Burgofontanorum Deistarum omnis cultus ipsi debitus hac una officii nostri significatione absolvitur, ut credamus, *eum unicum esse veræ fidei nostræ argumentum*, hoc est, ut credamus, ipsum existere, & sinamus porro esse, qualis, & quantus est. An P. Quesnellus plus aliquid exigit? imo an hominibus libertatem permittit, faciendi aliquid amplius? Tegat, & involvat se Quesnellus, quantumcunque possit, & velit; venenum ta-

qui & qualis eſt. Atque hic puriſſimus Deiſmus eſt, quem Quesnellus inſpirat animis, dum iis *meditationem facilliorem reddit.*

Inter Quesnelli autem Patronos & aſſeclas, quicunque eximiis in Factionem meritis excellunt, ad eundem & ipſi finem cogitationes ſuas & curas referunt. Nihil illis affingo: ſuis ipſos armis petamus ſuo teſtimonio convincamus.

Conſectaria, quæ ex Quesnelli doctrina nullis admotis machinis, non argutiarum violentia quadam exprimuntur, ſed veluti e fonte ſuo ſponte fluunt, omnia & ſingula ſine dubio vident Factionis Anteſignani, utpote homines, qui ſummo ingenio, ac rerum cognitione valere dicuntur; aut ſi non viderent, certe non forent, quales prædicantur. Jam vero hæc ingenii ac doctrinæ prodigia, an non ubique, non minore impudentia, quam affectatio Authoris patrocinio edicunt, ac venditant, centum & unam Quesnelli propoſitiones a Bulla condemnatas, eſſe totidem condemnatas veritates? Per hoc autem an non hominum animos in eam adducunt ſententiam, doctrinam Eccleſiæ, commentitiis his veritatibus oppoſitam, falſam eſſe? An non ergo cum Magiſtro ſuo Quesnello in eo elaborant, ut iidem peſtiferam doctrinam, quæ mendacibus his veritatibus continetur, incaute imbibant? An ergo minus, quam Quesnellus, contendunt, ſenſim ſine ſenſu, *quin res advertatur*, oppugnatam fallaciſſimis his veri-

tatibus Jeſu Chriſti religionem animis evellere? An non ergo intendunt æque, ac Quesnellus, ſucatis verborum illecebris inducere homines, ut omnem religionis uſum, & reddendum DEO cultum negligant, ac ſatis habeant ſimpliciter *credere Deum, tanquam unicam veræ fidei ſuæ argumentum*, quemadmodum adulterina hæc veritatum probra immanem iſtam improbitatem ſuggerunt, & ad eam in mores inducendam inſtigant? An non ergo omni, qua poſſunt, ope & arte conſilii Burgofonte initi, cui non alius, ac iſte ſcopus propoſitus erat, executionem urgent, ac pro-

[redacted]

amplius ſæculo, contra Eccleſiam Chriſti ex certa ſyſtematis forma rebellantibus, non poteſt is non graviſſimam de ſe ſuſpicionem præbere. Num duntaxat larva quædam eſt, ſub qua latere cupiunt? aut potius novus laqueus, quem nectunt pietati fidelium, vel novum artificium, quo ad evertendæ funditus religionis ruinam utuntur? Eja! ſequamur & hic eos aliquantulum per flexuoſa ipſorum diverticula & anfractus: ipſimet aditum nobis aperient, quo in hæc adyta ac myſteria penetremus. Quesnellus dux noſter erit, & facem præferet.

Cur quæſo, a tempore Burgofontani conventus ad hodiernum usque diem tam perfecta inter Factionis ſcriptores concordia dominatur, qua omnes Chriſtianas virtutes ad ſolam charitatem revocant, adeo quidem, ut nulla ſit fides, nulla ſpes, nulla legis obſervantia, verbo, nulla virtus, nulla etiam religio, ubi locum non habet charitas? Undenam in Quesnello, qui anteceſſorum ſuorum duntaxat Echo eſt, unde ortum habet affectatus ille docendi ac ſcribendi modus, quo omnia incitamenta, quibus ad colligenda pro cæleſti corona ac mercede merita moveamur, in ſolo DEI amore reponit? An divinus noſter Magiſter Jeſus Chriſtus non aliud nos, quam iſtud docuit? In quem finem Novator hic præterea omnem honorandi Deum rationem ad unum DEI amorem refert? Sancta noſtra religio mille alias nobis ſuppe-

ditat. Quo animatus ſpiritu tam decretori voce ſententiam fert: (*s*) *Nec Deus eſt, ubi non eſt charitas?* hoc dogma plan Eccleſiæ Jeſu Chriſti doctrina non eſt.

Novus hic ſtylus tam proprius ſpiritui e roris character eſt, ut, quantumcunque piu ac religioſum ſe ſimulet, dubium tamen no ſit, peculiare ſuum venenum ſinu concluſu geſtare: *Moliti ſunt ſermones ejus ſuper oleu ſed ipſi ſunt jacula.* Et quale putemus hc venenum eſſe? ut illius nobis pateat malig nitas, referamus nos ad ea, quæ in con ventu Burgoſontano acta ſunt: hic conver

Et hoc ipſum omnino, a centum & amplius annis, inſpectante, & teſte tota Gallia fit. Janſeniſtæ *ſpecioſiſſimum* omnium, qui fuere unquam, *modum adhibent*, dum opportune, importune, horſum & vorſum de amore DEI ſermonem inferunt: Ecce tibi modum, quo *ſe inſinuant aliorum animis*; at ſimul, quomodo deſtruant, dum ædificare ſe fingunt. Si, cum de charitate loquuntur, vellent verbis ac ſenſu Catholico mentem ſuam exprimere, dicerent, charitatem eſſe perfectiſſimam primam, ac reginam virtutum; modum eſſe perfectiſſimum honorandi DEum, perfectiſſimum incitamentum & animam noſtrarum actionum, meritorum fontem uberrimum; hæc eſſet vera ac ſolida ratio animandi & accendendi fideles ad amandum DEum: at pro eo, ut hunc in modum loquantur ſicut loquitur tota Eccleſia, prorſus diverſa eorum ſententia, ac oratio eſt: (*t*) *ſola charitas*, ajunt, *Chriſtiano modo facit actiones Chriſtianas*, hoc eſt, ſola eſt virtus Chriſtiana; & per hoc deſtruunt omnes virtutes reliquas; (*u*) *charitas ſola DEum honorat*; & hoc ſuo effato deſtruunt omnem DEI cultum, qui non & ipſe DEI amor eſt: ſola charitas pro apto ac digno fine & cauſſa valere poteſt, ex qua actiones noſtræ proficiſcantur: (*x*) *DEus non coronat*, inquiunt, *niſi charitatem; qui currit ex alto impulſu, & ex alio motivo, in vanum currit*; & hoc

(*t*) Vide propoſ. 53. (*u*) Propoſ. 56.
(*x*) Propoſ. 55.

ſuo axiomate omnes pias actiones, quas ex ſupernaturalibus aliarum virtutum momentis ac rationibus efficimus, ad nihilum redigunt, & univerſim omnem pietatis ſenſum, & exercitium extinguunt, *quin res advertatur.*

Jam vero, poſtquam per cauſſam tuendæ præſtantiæ, ac dignitatis amoris DEI ita labefactata fuerit religio, pronum & facile eſt, hanc ipſam religionem prorſus peſſundare; neque enim aliquo alio opus eſt, quam ut exercitium charitatis ſeu amoris DEI tam arduum reddatur, ut nullus ipſius amplius uſus eſſe poſſit. Num autem impia dogmata, quæ hactenus expoſita ſunt, alium

amabilem & amandum eſſe, inquiet mihi Janſeniſtarum quispiam, eoquod JEſus Chriſtus pro me ſanguinem, ac vitam dederit? Equidem unum hoc ad amandum DEum incitamentum eſt, quod is ſub aliqua veriſimilitudinis, & rationis ſpecie ſuggerere poteſt: at ſi principiis ſectæ ſuæ probe imbutus eſt, num audebit de eo mentionem inferre? Et ſi quidem hac de re me admoneret, exciperem loquentem, eam mihi omnino incognitam eſſe; nam per vos Chriſtus non eſt mortuus, niſi pro electis; undenam autem ſciam ego, me e numero Electorum eſſe? Et huic meo reſponſo quid haberet, quod reponeret? At eccé gravius aliquid, quod malus ipſi in extricando ſe ab objecta difficultate negotium faceſſat: loqueris mihi (dicerem homini) de morte JEſu Chriſti pro omnibus hominibus obita, tanquam de validiſſimo argumento, quod nos ad amandum DEum impellat: at num in veſtra ſecta ulla de hoc amoris myſterio fides locum habet? credebantne illud Patres, & Architecti Factionis veſtræ, cum ferreo ore pronunciarent, *hiſtoriam* de illo *eſſe apogryphum*, & Sancyranus in pleno Burgofonte confeſſu, fœderatis ſuis auderet conſilii princeps, & author eſſe, ut *inſtitutiones ſuas ordirentur ab antiquatione myſteriorum, quorum fides inutilis eſſet, & ſolum credulitati hominum illuderet, præcipue vero illius de Incarnatione Domini, quod eſſet veluti baſis, & fundamentum reliquorum omnium*; & demum adjungeret; *cui bono aliquis JEſus Chri-*

ſius natus & mortuus ſit pro hominibus? Hui blaſphemiæ nemo congregatorum refragaba tur; omnes adſtipulabantur ejus ſententiæ nec diſſidebant inter ſe opinionibus, quar quibus potiſſimum adjumentis initum conſi lium executioni dari poſſet; num autem hoc eſt credere Incarnationis myſterium?

Quodſi meus hic Janſeniſta eo receptum haberet, ut abnueret, quod, etſi primi ſe ctæ Architecti hoc myſterium inficiati fuiſ ſent, hodierni Janſeniſtæ illud ad apogrypha hiſtorias amandent; facile hoc reſponſo re tundi poſſet: cautiores eſſe Janſeniſtas, quar ut palam hoc myſterium negent; ut ita ſe ge

dilexit me, & ſemetipſum tradidit pro me. Atqui hunc in modum myſterium Incarnationis reddere inutile: an non tantundem eſt, ac illud negare? Nempe hodierni Janſeniſtæ ad fabulas non ablegant hoc myſterium! at quamvis in hanc blaſphemiam non erumpant, num ideo veſtigia non premunt, ac conſilia ſequuntur patrum ſuorum? num in illorum ſyſtemate exequendo non ſumma contentione elaborant, dum ad locum, ad quem adductam ſcimus, impietatem ſuam contra Jeſum Chriſtum provehunt? Poteſtne Chriſtianus ſine horrore ac fremitu audire Tourneſium de Jeſu Chriſto loquentem, veluti de puro homine, inſtar aliorum erroribus obnoxio, qui (*y*) neſcius, quid conſilii capiat, *deliberat*, & poſtquam per errorem aliquid ſtatuit, *ſe corrigit*? Num ita loquerentur Janſeniſtæ de Deo-homine, ſi ſe pro iis gererent, qui de ejus divinitate rite convicti eſſent?

An non alius Factionis * ſcriptor, qui nomen ſuum ignorari voluit, eo petulantiæ ac furoris progreſſus eſt, ut ipſam divini noſtri Magiſtri doctrinam criminaretur, acſi remiſſum ac molliorem Theologum ageret, dum in amœniſſima de filio prodigo parabola, eam

(*y*) Is (Filius DEI) *deliberabat*, num a ſe ſupplicandum eſſet Patri, ut ſe moriendi lege ſolveret; & forte etiam reipſa ſupplicavit: at ſe mox *corrigebat*. Ann. Chriſtian. Tom. 4. pag. 368. Edit. apud Joſſet. 1683.

(*) P. de Cluny ex Oratorio.

eam, qua Deus reducem ad ſe peccato
excipit, facilitatem ac teneriſſimum amor
nobis explicat? Facinus hoc tam inſol
& præter fidem eſt, ut omnino ægre n
feram, ſi lector non mea, aut alterius
thoritate, ſed ſuorum ipſius oculorum te
monio niti velit: oportet igitur ipſa hu
Janſeniſtici ſcriptoris verba adnumerare,
quidem deprompta ex libro, cui titulu
Devotio pœnitentium peccatorum. Cap. 5. *de p*
dere peccati. En illa:

„ Nolim ego alteri cuidam peccatori
„ tio vertere, quod non æque audax, ac

„ dem DEI benignitas, quæ in tota hac pa-
„ rabola ad *extrema* deſcendiſſe videtur,
„ aliam agendi rationem ſecuta eſt. At hoc
„ argumento non eſt, quod Deus ſemper
„ *miranda, & ſtupenda* faciat, quan-
„ do non modo non erga nos geret ſe
„ tanquam patrem erga filios, ſed ſicut mu-
„ lierem Chananeam tractare nos volet
„ *tanquam canes.*“

Quod Janſeniſtæ adverſarios ſuos nimiæ indulgentiæ, ac mollitudinis in doctrina morali incuſent, tolerari tandem poteſt: calliditatis & artificii hoc opus, ſtratagema militare eſt; garriant ergo, & calumnientur, quantum, & quamdiu ſuggeret maledicendi libido: at quod de hac remiſſione ac laxitate redarguere Jeſum Chriſtum, hac injuria inceſſere audeant ipſum DEI Filium, quemadmodum hoc loco faciunt, quis patiens ferat, aut non videat, directe ab ipſis impugnari divinitatem Chriſti, & occulte cuniculos agi, quibus myſterium Incarnationis ſubrutum, funditus demum evertatur?

Cæterum ſiquis magis adhuc conſpicua execrandi hujus conſilii indicia, atque argumenta deſideret, Janſenismus nova quotidie pro facienda optione, ſubminiſtrat. Cum libri non poſſent omnes pervertere, Janſeniſtæ imagines æri inciſas in auxilium vocarunt,

ut-

utpote quæ ignorantium libri ſunt, a quibus noſtræ S. Religionis myſteria doceantur; atque hæ ipſæ Janſeniſmo pro inſtrumentis erant, quibus in rudium animis myſteriorum horum ſpecies, ac fidem abolerent. Hoc ipſo, quo hæc ſcribo, momento, ejusmodi imaginem præ oculis habeo, ex qua ea tantum huc transfero, quæ ad præſens argumentum pertinent; exhibet illa ſummos ſectæ viros, & heroes, in ſcutulis, quæ majoris nummi modum ac formam habent, adumbratos, & ex ſymmetriæ legibus ad ramos arboris affixos, qua Janſeniſtæ *parvam* ſuam *Eccleſiam* ſignificari volebant: aliquantum ſuper myſticam hanc ar-

certe cauſſæ habent, cur ſuæ ceſſationi, ac negligentiæ tribuant. (*z*) Sacræ liturgiæ liber hujus diœceſis, qui ob novos errores, quibus patrocinabatur in omnibus, tantas turbas excitavit, ait, morem crucifixi imaginem aræ imponendi eſſe uſum novum; & hinc magis conſultum fore, ſi abeſſet. En verba Rubricæ: (*a*) *Ex uſu nunc recepto ſuper altare collocatur crux, ad cujus pedem, vel retro opponitur tabella Secretorum, quæ dicitur Canon, & hinc inde candelabra cum cereis. At ſatius eſſet, ut nihil ſuper altare poneretur, niſi quod ad miſſæ ſacrificium neceſſario requiritur.*

Cum Janſeniſtæ hoc factum inficias ire nequeant, fruſtra etiam hanc excuſationem opponent, omne id, quod ad abrogandum imaginis Chriſti Crucifixi uſum in Diœceſi (*) Trecenſi tantum fuiſſet, temerariam machinationem, & comparatas ab aliquibus duntaxat privatis præſtigias fuiſſe, quarum reliqua Janſenia Eccleſia particeps non eſſet. Fallax effugium! Conſtat, Factionem non aliud molitam eſſe in hanc Diœceſin invehere, quam cujus ipſi uſus eſt in Hollandia, ubi parva Eccleſia omnem magnificentiæ ſuæ ac dignitatis ſplendorem obtinet, quia nullos ibidem perſecutores patitur. At quid opus abire hinc longius, & Hollandiam petere

(*z*) Miſale Trecenſe impreſſum Anno 1736.
(*a*) Rubric. pag. VI.
(*) De Troyes.

tere? an non ante 30 vel 35 circiter annos vidimus in regni ſinu, in pago *Aſnariæ* prope Pariſios, a Petitpiedio novam ex toto fabricatam liturgiam induci? (*b*) „ Exorſus eſt ab eo, ut novum altare in modum ſarcophagi conſtrueret. - - Appellabat illud *Altare Dominicale*. - - inter „ omne tempus, quo nihil ſacrorum myſteriorum celebrabatur, omni ornatu ſpoliatum erat, quemadmodum die Jovis ſancto omnia noſtra altaria poſt divinum officium ornamentis ſuis exui ſolent. Eo ſolum temporis momento, quo ſacerdos ad aram & dicendum ſacrum accedebat,

ſculis Patriarchæ ſui Sancyrani ? in fronte unius (*c*) ex antiquiſſimis editionibus *Theologiæ familiaris* hujus Abbatis, quæ duo quoque *Pietatis exercitia ſub Miſſa* complectitur, imago extat, quæ ornatum altaris exhibet, qualem Janſeniſtæ eſſe cupiunt tum, cum ſacerdos ad operandum ſacris accinctus eſt. Repræſentat illa aram amplo linteo contectam: in ara duo candelabra cum totidem accenſis cereis: præterea nihil: nec minimum crucis, & crucifixi ſeu in ara, ſeu etiam in vicinia indicium, ac veſtigium in oculos incurrit.

An non hæc effigies eſt *Altaris Dominicalis*, quod conſtruxit Petitpiedius? an non imago moniti illius, quod Miſſale Trecenſis Diœceſis his verbis exponit: *Satius eſſet ut nihil ſuper altare poneretur, niſi quod ad Sacrificium Miſſæ neceſſario requiritur*? Ergo, altaria noſtra reducere ad modum & formam Altaris in ſano quodam Calviniſtico, & præcipue ab iis relegare imaginem Jeſu Chriſti cruci affixi, non eſt ſimpliciter machinatio, & facinus, quod in Diœceſi Trecenſi duntaxat, aut Aſinariæ, aut in Hollandia, attentatum eſt, ſed ex conſilio naſcitur Burgoſonte inito, quo omnem de ſanctæ noſtræ religionis myſteriis, & *præcipue myſterio Incarnationis, quod reliquorum omnium veluti baſis ac fundamentum eſt*, fidem extinguere conſtitutum fuit.

(*c*) Editio V. anni 1644. in form 12. Pariſiis apud Joan. le Mire.

Appendix,

Duæ S. Vincentii a Paulo Epiſtolæ.

De præſenti argumento

tenus commemoravit. Extant duæ S. Viri Epiſtolæ (ex Gallico in Italicum ſermonem converſæ in Collectione Bottagriffiana Tom. XVII. a pag. 330 - 350) ad Argnyum Congregationis Miſſionariorum S. Lazari Sacerdotem, Romam datæ. Ambæ admodum prolixæ ſunt; & hinc præcipua utriusque capita, quæ maxime huc pertinent, ex Italico latine reddita, ipſius quidem ſancti Scriptoris verbis exponenda, reliqua autem ſummatim referenda, ne hæc appendix nimium excurrat, opportunum eſſe exiſtimavi. Prioris 25 Jun. 1648 Pariſiis datæ hoc initium eſt: „ Poſtrema tua „ ad me epiſtola duo capita complectitur: in „ primo quereris, quod fratribus noſtris Adjutoribus munera nimis honorifica commit„ tam: in altero perperam me egiſſe arguis, „ quod novarum hujus temporis opinionum „ me inimicum profeſſus ſim „ Poſtquam brevi reſponſo de priori capite quærenti ſatisfecit, mox deſcendit ad ſecundum, & de culpa in eo, quod novis, quæ ſparguntur, opinionibus apertam inimicitiam denunciaverit, commiſſa ſe arguenti, hæc, quibus in hanc mentem impulſus fuiſſet, argumenta opponit:

Inprimis id poſtulaſſe, inquit, rationem muneris, quo fungeretur in conſilio de rebus Eccleſiaſticis: Omnes in eo (Reginam, Cardinalem, Confeſſarium) ſe huic doctriæ adverſos pronunciaſſe: num poteram ego, quærit, ancipitem me ac medium gerere, & neu-

tri parti accedere? ſane docuit deinde ev
tus, tempeſtivum & utile, quod cepi, c
ſilium fuiſſe.

Deinde compertum habuiſſe ſe ait ſcopu
quem ſibi novitatum harum author præfixiſ
id nimirum deſignaſſe animo, ut convelle
& demoliretur præſentem ſtatum Eccleſi
atque hanc ipſam ſuo, quod ajebat, faſtig
ac juribus & viribus reſtitueret: libere &
dacter illum ſibi ipſi edixiſſe aliquando, v
Deum Eccleſiam hodiernam deſtruere, eosq
qui ad illam fulciendam ac ſuſtentandam o
ram ſuam conferrent, divinis conſiliis re

pite, cui ex maligno fine fides & authoritas conciliari cœpta fuiſſet.

Quartum illudque prætermiſſis multis aliis ultimum ſcribit, ſibi argumentum fuiſſe Cœleſtini Papæ in Epiſtola 2 ad Epiſcopos Galliæ effatum: *Timeo*, ait Pontifex, *ne connivere ſit hoc tacere: timeo, ne illi magis loquantur, qui permittunt illis* (quibusdam Sacerdotibus, qui in materia de Gratia errores diſſeminabant) *taliter loqui: in talibus cauſſis non caret ſuſpicione taciturnitas; quia occurreret veritas, ſi falſitàs diſpliceret: merito namque cauſſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori.* Propius autem vero eſſe, hæc Papæ verba non ad Epiſcopos modo, ſed æque ad omnes alios pertinere, quicunque malo, quod vident, non omnem, quoad ipſorum facultas ac vires ferant, viam intercluderent. Nunc vero (Epiſtolam ſuam proſequitur S. Vincentius.)

„ Videamus, de quo agatur. De libro „ de frequenti communione, & de Janſenio „ agi ſcribis: legiſſe te illum, cum primum „ in manus venit, atque jam ſemel lectum „ relegiſſe ac reguſtaſſe iterum: abuſus, qui„ bus divinum hoc ſacramentum profanetur, „ forſitan incitaſſe authorem, ut hunc librum „ elucubraretur.

„ Omnino, Domine, verum eſt, mul„ tos eſſe, qui Sanctiſſimo hoc Sacramento

„ abutantur, quos inter præ aliis infer e
„ homo ſum, & propterea obſecro,
„ mecum preces jungas ad petendam a D
„ noxæ hujus gratiam. At & illud quoq
„ verum eſt, tantum abeſſe, ut efformat
„ in hunc modum liber legenti deſideriu
„ ac ſtudium frequentis communionis af
„ rat, ut potius eundem ab ea avocet
„ retrahat. Jamque ipſo etiam tempore P
„ ſchali is frequens Sacramentorum uſus n
„ eſt, qui alias vigebat. Non pauci C
„ riones Pariſienſes quæruntur de infreque
„ tia, & longe rariores fuiſſe communion
„ teſtantur, quam annis prioribus. Cu

„ omnes invidiæ ac contemptui objiceret, „ Chavignyus paucis abhinc diebus narra- „ bat amicorum ſuorum uni, faſſum ſibi „ eſſe Sancyranum, quod inito cum Jan- „ ſenio fœdere ratum utrique ſit ac fixum, „ juncta opera id conari, ut ſanctus hic „ ordo omni ſua forma ac fide excideret, „ atque in rebus ad doctrinam & pia in „ procurandis ſacramentis obſequia perti- „ nentibus, probro ac infamia notaretur. „ Ego ipſe prope quotidianos ejusmodi ſer- „ mones audivi, in quibus de infamandis „ & opprimendis Jeſuitis deliberationes ha- „ bebantur.

„ Cum primum Arnaldus, qui librum „ de frequenti communione ſuo nomine in- „ ſignitum in publicum emiſit, pœniten- „ tiam publicam, & illam alteram, quam „ S. Communioni præmitti volebat, a mul- „ tis impeti & erroris accuſari cerneret, „ pro tuenda cauſſa ſua id unum repoſuit, „ ſibi non niſi *de abſolutione declaratoria* ſer- „ monem fuiſſe. Sed quomodocunque ob- „ tentus hic ſe habeat, plures alii errores „ in eo libro ſunt, quemadmodum aſſeve- „ rarunt Grandius Profeſſor Navarræus, „ Vir ex doctiſſimis noſtri temporis homi- „ nibus. Confeſſarius regius, Cornetus, & „ Coqueretus, qui de hoc ipſo negotio col- „ laturi conſilia in noſtra Domo convene- „ rant; illudque adjecere, *ejusmodi declaratio- „ nem plenam fraudis ac præſtigiarum* eſſe, mul-

„ taque alia complecti, quæ nihilo plane ſa
„ niora ſint iis, quæ in primo libro ſcripſiſſet
„ Num enim id, quod ait: Eccleſiam, cum
„ primis ſuis temporibus ante abſolutionem
„ ſuſcipi & agi voluerit pœnitentiam publi
„ cam, ſemper habuiſſe in animo illam in
„ ſtaurare, & in uſum revocare; alioquin, ſi
„ ab hac mente unquam ſua deſiſteret, non
„ fore amplius incorruptæ & perennis verita
„ tis columnam, ſed errorum ſynagogam
„ num hoc, inquam, non graviter offendi
„ animos, & in errorem inducit? Quid? nun
„ forſan Eccleſia, quæ in doctrina fidei ea
„ dem ſemper, ac pura & integra eſt, in mo

[redacted]

„ mum quoque noſtrum adverſum profiteamur?
„ Si alterum, dum opus illud Papa legi pro-
„ hibet, an non Conſiliarios in negotiis Ec-
„ cleſiaſticis, Reginæ authores eſſe oportuit,
„ ut curaret executioni dari, quæ fieri juſſiſſet
„ Urbanus VIII, & palam ſe infenſam decla-
„ raret tum condemnatis Baii, tum novis
„ opinionibus hujus Doctoris (Janſenii) qui
„ tam audacter ac temere ſtatueret dogmata
„ in materia de gratia, quæ ab Eccleſia hacte-
„ nus neutiquam conſtituta ac definita fuere.
„ At decies omnino, ſcribis, omnia S.
„ Auguſtini opera, trigeſies autem ejus Tra-
„ ctatus de gratia evolvit Janſenius - - - re-
„ ſpondeo, eos, qui novæ & peregrinæ cu-
„ jusdam doctrinæ authores ſunt, eamque
„ aliis confirmatam ac perſuaſam eſſe volunt,
„ plerumque homines eſſe magnæ doctrinæ
„ atque ſolertiæ, multumque operæ ponere
„ in legendis authoribus, quorum fidem &
„ authoritatem in rem ſuam adhibere cogi-
„ tant; neque etiam negari poſſe, hunc Præ-
„ ſulem doctrina & litteris prope inſtructum
„ fuiſſe; interea cum illud ſibi propoſitum
„ habuerit, ut, quemadmodum ajebam, Je-
„ ſuitas peſſundaret, legerit per me S. Augu-
„ ſtinum toties, quoties legiſſe ſcribis, id
„ omne non obſtat, quin offendere, & in er-
„ rores prolabi potuerit; nos autem nullam
„ honeſtam ſpeciem, qua tegamus culpam,
„ habebimus, ſi patrocinemur & adhæreamus
„ illis opinionibus, quæ latis in illas ſenten-
„ tiis ac cenſuris adverſantur. - - - - -

„ Sed opiniones ais, quas nos appella-
„ remus antiquas, recentes duntaxat ac ho-
„ diernas eſſe, nec niſi 70 annos fluiſſe,
„ ex quo Molina protulerit, dogmata ſua de
„ quæſtionibus, quæ hodie agitantur Equi-
„ dem, Domine, non nego, Molinam au-
„ thorem eſſe ſcientiæ, quæ *Media* dicitur,
„ quæque, ſi rite rem eloqui velimus, aliud
„ non eſt, quam explicandi modus ac ratio,
„ ex qua intelligamus, quomodo & unde e-
„ veniat, ut ex duobus hominibus eadem
„ præditis indole, iisdem naturæ dotibus, at-
„ que eadem gratiæ menſura ad agendum ſa-
„ lutis ſuæ negotium inſtructis, unus agat hoc

„ Et illa doctrina, præcepta Dei ser-
„ vari posse, quam idem Jansenius infestis
„ armis invadit, an nuper primum inven-
„ ta, & in orbem Catholicum invecta est,
„ postquam Concilium Tridentinum *eadem*
„ *sess. 6 canite* anathema dixit asserenti, *Dei*
„ *præcepta homini etiam justificato, & sub gra-*
„ *tia constituto, esse ad observandum impossi-*
„ *bilia?*

„ Aut illa, quam sciri a fidelibus pa-
„ rum referre ais (an gratiæ quædam tan-
„ tum sufficientes, aut non omnes effica-
„ ces sint) forsan recens ac nupera, & non
„ tradita a Concilio Arausicano *cap.* 25. do-
„ ctrina est? En tibi hujus Concilii verba,
„ in quibus si non ipsum gratiæ sufficientis
„ vocabulum, certe illius vim ac sensum
„ leges: *Hoc etiam secundum fidem Catholicam*
„ *credimus, quod accepta per Baptismum gratia*
„ *omnes baptizati, Christo auxiliante & coope-*
„ *rante, quæ ad salutem pertinent, possint &*
„ *debeant, si fideliter laborare voluerint, adim-*
„ *plere.* Quod autem scribas, nihil admo-
„ dum interesse, ut rem hanc cognitam ha-
„ beamus, patere, quæso, ut candide &
„ aperte tibi enunciem, magni omnino a me
„ momenti existimari, ut nemo Christiano-
„ rum ignoret, nemo non credat, Deum
„ esse adeo benignum, ut omnes Christiani
„ adminiculante Jesu Christi gratia opus æter-
„ næ salutis suæ perficere possint; adeo bo-

„ num,

„ num, ut interveniente ac ſequeſtro Jeſu „ Chriſto ad illud efficiendum adjumenta ac „ modos ſubminiſtret; idque ipſum infinitam „ Dei bonitatem pateſacere, & clarius illu- „ ſtrare. Sed & novum vocari nequit dogma „ Eccleſiæ profitentis, non omnes gratias eſſe „ efficaces, quandoquidem homo iis reſiſtere „ poteſt. *Cap. 4. de Juſtificatione.* „

His, quæ ſcripſerat haſtenus, ad porro refellenda ea, quæ ab Argnyo objecta erant, ſubjungit S. Vincentius, Clementem VIII & Paulum V, cum litigioſas de gratiæ

re a Congregationis ſuæ hominibus, ut frigido illo ac futili terriculo, *quid dicent? quam ægre nobis facient inimici?* a defendenda Dei & Eccleſiæ cauſſa prohiberi ſe ſinant. Tum illud præcipue monet, ut S. Auguſtini ſenſa & dicta interpretentur ad mentem Concilii Tridentini, non Concilium ad verba Auguſtini; quippe illud ab omni errandi periculo immune fuiſſe, non autem hunc: & quodſi regeratur, ſummos quosdam Pontifices in rebus de Gratia S. Auguſtino fidem haberi voluiſſe, id nempe intelligendum eſſe reſpondet de iis, quæ tunc temporis probe jam diſcuſſa ac deciſa fuiſſent. Claudit demum Epiſtolam ſuam his verbis: „ Acer„ biſſimum dolorem, quem nullis verbis „ æquare poſſem, caperem, ſi quis (e „ Congregatione Miſſionariorum) relinque„ ret vivos fontes veritatis Eccleſiæ, & „ foderet ſibi ciſternas, hoc eſt, novas opi„ niones ſectaretur, quarum periculum ne„ mini magis, ut puto, quam mihi, & qui„ dem ex ipſius authoris, qui primus eas „ fabricatus eſt, ore ac ſermonibus comper„ tum eſt. „

Non acquieviſſe ſancti Viri ſenſis ac verbis Argnyum, & præſertim libro de frequenti communione patrocinatum fuiſſe, eamque in rem fructus, quos liber hic jam tuliſſet; & S. Caroli Borromæi exemplum op-

oppoſuiſſe, oſtendit S. Vincentii epiſtola altera, ad eundem Argnyum data Origniaci (in Picardia ad Oeſiam fl.) 10. Sept. 1648. in qua is quidem ex gratuita quadam indulgentia permittit Argnyo, reperiri forte in Gallia & Italia, qui ex eo libro utilitatis quidpiam hauſiſſent; at ſi hinc centeni ſunt, inquit, quibus ille majorem forte in ſuſcipiendis Sacramentis reverentiam perſuaſit, inde ſaltem decem millia, ſi etiam minimus eorum, quibus nocuit, numerus ineatur, ab omni illorum uſu avertit. Et S. Carolum non negat, inſtauraſſe in Mediolanenſi ſua Diœceſi ſpiritum pœnitentiæ, & de-

„ Certum eſt, Domine, quicquid contra „ ſentias, librum hunc præcipue id velle, „ ut antequam pœnitentia tanquam ad redin„ tegrandam cum Deo gratiam neceſſario in „ uſum revocetur; & ideo, quantumcum„ que libri Author, priſcam hanc diſcipli„ nam ceu meliorem duntaxat & utiliorem „ a ſe proponi, interdum fingat ac ſimulet, „ explorata tamen res eſt, quod eam neceſ„ ſariam eſſe decernat; quandoquidem illam „ in toto libro ceu grandem religionis no„ ſtræ veritatem, ceu morem ab Apoſtolis „ ac tota Eccleſia per 12 ſæcula uſurpatum, „ ceu traditionem nulli variationi obnoxiam, „ ceu formam a Jeſu Chriſto inſtitutam re„ præſentat, atque illud identidem repetit, „ religione ſe teneri, ut illam tueatur ac „ conſervet, & continuo illis dicam ſcri„ bat, qui huic ſuo eandem renovandi con„ ſilio obſtrepere, ac refragari auſit. Ex al„ tera autem parte palam & diſerte docet, „ olim non aliam cuicunque peccatorum „ mortalium generi conſtitutam fuiſſe pœ„ nitentiam, quam publicam, id quod li„ quet ex *Part. II. cap.* 3. Ubi pro certo „ affirmat, nullum in antiquis Patribus, & „ præſertim in Tertulliano, alterius, quam „ pœnitentiæ publicæ veſtigium extare, in „ qua Eccleſia poteſtate clavium ſuarum uſa „ fuiſſet: ex qua doctrina perſpicue confici„ tur, Arnaldum animo deſtinatum habere,

„ pœ-

„ pœnitentiam publicam pro omni gravium
„ peccatorum modo ac genere reſtituere ac
„ ſtabilire, eumque, qui hujus eum pro-
„ poſiti inſimulat, non calumniam inferre,
„ ſed verum effari, cum id ex ipſius libro,
„ quisquis hunc animo præjudiciis libero
„ legerit, facile eruere poſſit. At tu, Do-
„ mine, falſum id eſſe ais. Compatior ti-
„ bi, quod arcanam cauſſam & reconditum
„ principium hujus omnis doctrinæ ignores:
„ illius author Eccleſiam ab antiquis illis
„ temporibus ad noſtram usque ætatem de-
„ feciſſe, ac ceſſaſſe comminiſcitur; & hinc
„ præpoſtero ſtudio ardet, eandem ad prio-

„ di pro magnis peccatoribus, ſed abſoluta
„ quadam & univerſali lege idem ſtatuere pro
„ omnibus, quicunque gravis ſe peccati reos
„ feciſſent; quod quidem ex his ipſius verbis
„ *Part. II. cap.* 8. apparet: *Quis non videt*, in-
„ quit, *hunc Papam exiſtimare, neceſſarium om-*
„ *nino eſſe, ut peccator non ſolum antequam ad S.*
„ *Communem adeat, ſed etiam, antequam ab-*
„ *ſolvatur, dignas peccatis ſuis panas ſubeat, &*
„ *dependat*? Et poſt pauca: *Hæc verba an non*
„ *liquide nos docent, ſecundum ſanctas regulas ab*
„ *hoc Papa toti Eccleſiæ præſcriptas, & ex perpe-*
„ *tua ejusdem Eccleſiæ traditione depromptas, Sa-*
„ *cerdotibus eam legem, quam in uſu acceptæ a Deo*
„ *poteſtatis ligandi & ſolvendi animas ſequantur,*
„ *poſitam eſſe, ut ne abſolutionis beneficium lar-*
„ *giantur peccatoribus, niſi poſtquam hi inter ge-*
„ *mitus & lacrymas conſentaneam qualitati deliƈo-*
„ *rum ſuorum pœnitentiam exegerint.* Oculis ca-
„ reat neceſſe eſt, qui in his verbis & mul-
„ tis aliis, quæ ſequuntur, non videt, Ar-
„ naldum pro certo haberi velle, neceſſario
„ abſolutionem a quocunque peccato gravi,
„ indiſcriminatim tamdiu ſuſpendendam eſſe,
„ dum omnes pœnitentiæ partes impletæ ſint.
„ Et hoc an non ego ipſe vidi a Sancyrano
„ fieri? an non conſtanter id faciunt „ qui
„ ipſius veſtigia conſectantur? Et tamen hu-
„ jusmodi opinio manifeſtus error hæreticus
„ eſt.

„ Quod ad abſolutionem declaratoriam „ attinet, non alio opus eſſe inquis, quam „ primum illius librum luſtrare ad confutan- „ dum id, quod ipſi tribuitur; atque hanc „ in rem tres vel quatuor ex eo locos ad- „ ducis. Sed mirum non eſt, Arnaldum „ interdum aliorum Catholicorum lingua ac „ verbis uti: nempe Calvinum imitatur, qui „ tricies negat, Deum a ſe authorem pec- „ cati ſtatui, quamvis omni ope in id in- „ cumbat, ut execrándum hoc principium, „ quod ab omnibus Catholicis ipſi tribuitur, „ firmum & ſtabile efficiat: nec minus om-

„ omnem præſtitutam ſibi pœnitentiam per-
„ feciſſet; præcipuam autem cauſſam, ex
„ qua hunc ordinem atque intervallum ſer-
„ vari velit, eam eſſe, *ut peccatori tantum*
„ *temporis ſit, quo delicta ſua ſalutari ſatisfactio-*
„ *ne expiare poſſit*, quemadmodum *Part. II.*
„ *cap.* 2. probare nititur? Quis homo ſanæ
„ mentis, qui perſuaſum animo habet,
„ peccata ante receptam abſolutionem ſalu-
„ tari ſatisfactione dilui, ſincere fide credere,
„ poteſt, eadem peccata ſacramentali abſo-
„ lutione condonari ac deleri? „

Poſt exagitatam hanc Arnaldi doctrinam de anticipanda ante abſolutionem pœnitentia, S. Scriptor revertitur ad ejusdem errorem de pœnitentia publica. Argnyus, ut Arnaldi cauſſam ageret, & ejus hac de re dogmata vindicaret, reſponderat Vincentio, illum non aliud docere, quam quod uterque Eccleſiæ uſus, & antiquus, & hodiernus, bonus, prior tamen ille melior ſit; cumque Eccleſia filiis ſuis velit quam optime, dubitari nequeat, quin antiquum ab iis iterum adhiberi deſideret: in ſubſidium vero Arnaldinæ cauſſæ vocaverat Argnyus, neſcio quem morem Orientis; deinde conſuetudinem pœnitentiæ publicæ in Germania uſque ad tempora Lutheri: item ſanctionem quandam S. Ignatii: & denique exemplum, atque edicta

S. Caroli Borromæi. Sed ſingula refellit Vincentius, & imprimis non permiſcendam eſſe, ait, diſciplinam Eccleſiaſticam cum immoderationis vitio, utpote quæ ab omnibus reprehenderetur: male ſentire & loqui, qui prætermiſſum pœnitentiæ Arnaldinæ uſum lanquidæ cujusdam remiſſionis arguit, quam Eccleſia invita & ægro animo toleraret: mori Orientis, de quo tamen nulla certa fides eſſet ac notitia, opponit comprobatam a ſummo Pontifice atque omnibus Epiſcopis, in participandis Sacramentis, totius Europæ conſuetudinem, finita Confeſſione abſolvendi pœ-

nihil affine habere errori illorum, qui a S. Communione non octo ſolum aut decem diebus, ſed quinque vel ſex menſibus, nec magnos duntaxat peccatores, ſed ſacras etiam Virgines, integerrimis moribus ac vitæ ſanctimonia præditas, prohiberent, quemadmodum ex literis Epiſcopi Lingonienſis ad Epiſcopum Macloviopolitanum conſtaret: minime de inanibus ſolum ſubtilitatibus agi, cum nota inureretur ejusmodi deliramentis, quæ ad abolendam penitus S. Communionem graſſarentur; tantumque abeſſe, ut probis fidelibus tam pernicioſa doctrina in uſum deducenda ſit; ut potius æquiſſimas iidem cauſſas habeant eam aſpernandi, & jure ſiniſtram de iis concipiendi opinionem, qui illam venditarent: S. Carolum alieniſſimum fuiſſe a mente illam ratam habendi, cum nihil majore ſtudio laudaret ac commendarent, quam frequentem Communionem. - - - - - Quamvis autem Arnaldus, ut fallacem ſuum ludum melius tegat, ſpeciem ſumat abhorrentis a conſilio, homines a frequenti Sacramentorum pœnitentiæ & Euchariſtiæ acceſſu abſtrahendi, in dubium tamen id vocari non poſſe, quod liber ipſius ejus ſit indolis, ut omnes a percipiendis ſæpe Sacramentis quam maxime alienet.

„ Et quid? verba S. Vincentii ſunt: an
„ non in Præfatione *pag.* 36. alte extollit il-
„ lorum pietatem, quibus, quod ſe Jeſu
„ Chriſti corpus ſumere in vita, indignos
„ judicent, ad mortem uſque S. Communio-
„ nem differre in votis eſſet? an non certos
„ nos eſſe jubet, hac animi ſubmiſſione ma-
„ jus obſequium præſtari Deo, quam ullo
„ alio virtutis opere, cujuscunque demum
„ generis ac formæ ſit? contra autem quam
„ temeraria illa *Part. III. cap.* 2. ipſius aſ-
„ ſertio eſt, quod indigne loquatur de Deo,
„ qui noſtro ad Euchariſtiam acceſſu ipſi
„ honorem haberi affirmat; quodque fre-

„ cenſet, ſed inſuper iisdem tam nude ac
„ crude propoſitis præparationem, quæ ad
„ dignam SS. Euchariſtiæ perceptionem ab-
„ ſolute neceſſaria ſit, omnino contineri,
„ in libro ſuo de frequenti Communione,
„ ſemper & ubique propugnat. Et rebus
„ ita comparatis, quis erit, qui dum hanc
„ Arnaldi doctrinam, ejusque ſentiendi ac
„ loquendi modum animo reputat, in eam
„ opinionem adduci ſe ſinat, vere & ſin-
„ cere illum velle, ut Fideles ſæpius ad
„ ſuſcipienda divina Myſteria accedant?
„ Contra vero certum eſt, non poſſe quem-
„ piam hujusmodi principiis fidem adhibere,
„ quin aliquanto poſt tempore a frequen-
„ tandis Sacramentis ſe alieniſſimum ſentiat:
„ Et ut de me ingenue confitear, ſi librum
„ Arnaldi tanti facerem, quanti tu facis,
„ non ex Chriſtianæ duntaxat demiſſionis ſpi-
„ ritu, dicendo mihi ſacro & ſumenda Eu-
„ chariſtia in perpetuum interdicerem, ſed
„ SS. Sacramentum denique vel ipſa recor-
„ datione perhorreſcerem, atque reſpuerem,
„ quandoquidem illud Arnaldus, ſi uſitato
„ hodie ac comprobato ab Eccleſia more
„ ac modo ſuſcipitur, laquei inſtar Sathanæ,
„ & lethiferi, quo anima inficitur, veneni
„ repræſentat, eosque, qui conſueto hoc
„ ac communi animi habitu ad divinum hoc
„ epulum accumbunt, non mitius, quam ca-

„ nes, porcos, & Antichriſtos contumelio-
„ ſiſſime accipit, & inſectatur. Si clauſis
„ ad reliqua omnia oculis ſolum intueamur
„ id, quod in pluribus libri ſui locis de
„ prodigioſis præparationibus, ſine quibus
„ ſacram ſynaxin obiri non vult, docet &
„ præcipit, quis in terris homo eſt, qui
„ tam magnifice de ſe ipſo ac virtute ſua
„ ſentiat, ut dignum ſe cœleſtis hujus men-
„ ſæ convivam fore æſtimare poſſit? Hæc
„ ſane ſolius Arnaldi prærogativa erit, qui
„ poſtquam hanc præparationem ad tam ſu-
„ blimem gradum evexit, ut vel ipſe S. Pau-
„ lus vereretur ad eam accedere, ſæpius ta-

„ communicare: hæreticus error eſt, hanc „ demiſſioni larvam præferre omni alii bo„ norum operum generi, cum manifeſtum „ ſit, ſaltem Martyrium ac mortem pro Chri„ ſto toleratam: longe dignitate & merito „ præſtare nec minus impium contra ca„ tholicam veritatem dogma eſt, quod De„ us a noſtris Communionibus nullum pror„ ſus honorem, ſed probra duntaxat & in„ jurias recipiat.

„ Dum autem Arnaldus in hunc mo„ dum omnes longe a S. Communione re„ movet, per ipſum etiam non ſtabit, quo „ minus Templa & Aræ ſine celebrantibus „ Sacerdotibus & Sacrificiis ſint; quippe „ dum Ven. Beda Sacerdotes, qui nulla „ legitima cauſſa prohibiti a faciendo Sacro „ abſtinent, arguit, quod privent SS. Tri„ nitatem laude & gloria, Angelos lætitia, „ peccatores venia, juſtos auxiliis gratiæ, „ animas in luſtrâlibus flammis ſubſidio, Ec„ cleſiam cœleſtibus Jeſu Chriſti favoribus, „ & ſe ipſos medicina ac remedio; Arnaldus „ ſibi religioni non ducit, omnes hos effe„ ctus aptare meritis Sacerdotis, qui ex pœ„ nitentiæ ſpiritu Aræ ſe ſubtrahit, & Sacris „ operari renuit, quemadmodum ex *P. I, „ cap.* 40. clare colligimus: imo de hac pœ„ nitentiæ ſpecie multo magnificentius ac

„ ſplendidius, quam de ipſo Miſſæ ſacrifi-
„ cio loquitur. Jam vero quis non videt,
„ hujusmodi doctrinam validiſſimum incita-
„ mentum eſſe ad Sacerdotes eo adducen-
„ dos, ut nunquam aut raro ad Aram fa-
„ ciant; quoniam ex omiſſo Sacro tantun-
„ dem emolumenti capiunt, quantum ex eo
„ peracto; quin imo ex Arnaldi principiis
„ majus etiam aliquid ex hac Sacri prætermiſ-
„ ſione lucrari dici poſſunt; nam cum ille
„ multo amplioribus verbis extollat præter-
„ miſſam, quam ſuſceptam S. Communio-
„ nem, longe majus etiam pretium omitten-
„ dæ vel omiſſæ, quam faciendæ aut factæ
rei divinæ ponat, neceſſe eſt

„ illius præcipuam, quoniam privationis &
„ jacturæ æternæ felicitatis quandam imagi-
„ nem; at ſimul hominibus valde commodam
„ & opportunam, quippe quæ laborioſa non
„ ſit, & facili negotio ab omnibus præſtari
„ poſſit. Poteratne Arnaldus luculentius te-
„ ſtari, non alium compoſiti a ſe libri ſco-
„ pum eſſe, quam ut Miſſæ Sacrificium & S.
„ Communio aboleantur, dum ad denun-
„ ciandam nobis pœnitentiam ſuam (de qua
„ tamen nec particulam unquam vel ab hujus
„ doctrinæ authore, vel ab ipſius ad hanc
„ invehendam adjutoribus exerceri vidi) ex
„ omni antiquitate teſtes ac præcones evo-
„ cat; & poſt tot oſtentationes ac magnifi-
„ cas laudes omnem hujus pœnitentiæ rigo-
„ rem ad id unum reducit, ut a ſumendo
„ SS. Chriſti Corpore abſtineamus? Certe,
„ qui legunt ipſius librum, nec hunc illi fi-
„ nem propoſitum fuiſſe advertunt, ex eo-
„ rum numero ſunt, de quibus Propheta:
„ *oculos habent & non videbunt.* - - - - - -

Hactenus S. Vincentius a Paulo, qui ad ultimum addit, poſt exaratam hanc epiſtolam e veſtigio ſe iturum ad Aram, & ſupplicaturum Deo, ut largiretur Argnyo gratiam agnoſcendi veritates, quas his litteris proſecu-

cutus esset, paratus pro iisdem vitam & s
guinem profundere. Quodsi autem idem
gnyus in opinionibus, quibus hucusque
fragatus esset, porro perseveraret, eup
se omnino, ne quod hac super re sibi
responsum redderet.

FINIS Tomi I.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS
1897

VERITAS CONSILII BURGOFONTE

INITI

EX IPSA HUIUS EXECUTIONE

DEMONSTRATA,

SEU

VERUM SYSTEMA *JANSENISMI*

ET

EVOLUTIO MYSTERII INIQUITATIS,

OPUS

GALLICO PRIMUM SERMONE CONSCRIPTUM,

NUNC PUBLICÆ UTILITATIS CAUSSA LATINE REDDITUM.

TOMUS II.

POSTERIORES DUAS PARTES COMPLEXUS.

AD CALCEM ADIECTA PRÆSENTIS OPERIS APOLOGIA.

Cum Approbatione & Facultate Superiorum.

Augustæ Vindelicorum & Friburgi Brisg.

SUMPTIBUS FRATRUM IGNATII & ANTONII WAGNER M DCC LXIV.

THE NEW YORK

SYNOPSIS MATERIARUM,

QUÆ

TOMO II.

CONTINENTUR.

PARS V.

In qua agitur de tertio adjumento, quo Jansenistæ invehendum & ſtabiliendum Dellmum ſibi ſunt, ſi de doloſis artibus & commentis, quibus conſcientiarum arbitris ac moderatoribus omnem authoritatem & exiſtimationem detrahere conati ſunt.

Petrus Camuſius Epiſcopus Bellicenſis Bugoſonte operam ſuam pollicitus eſt, & promus navavit ad fidem & famam conſcientiarum moderatoribus adimendam *pag.* 5.

Artic. I. Petri Camuſii vitæ ſynopſis. Irregio & ſordes in ſcriptis ab eo fabulis amtoriis *a pag.* 8 - 22.

Artic. II. Petri Camuſii anno 1621. iter Bugoſontem ſuſceptum. *pag.* 22.

Artic. III. Ejusdem liber contra animarum Drectores, cujus inſcriptio: *Director Gratuit* &c. Scopus huius libri. *pag.* 26.

§. *I.* Eiusdem aſſertio I. omnes conſcientiarum moderatores.

§. *II.* - aſſertio II. Parochos ac Curiones,

§. *III.* - aſſertio III. religioſos animarum Drectores omnia ad proprium ſuum com-

modum ac lucrum referre. Alter Petri Camuſii liber, cui titulus: *S. Auguſtinus de opere Monachorum &c.* Fallax de eo ſupprimendo Camuſii promiſſum. Fatum hujus libri. *a pag.* 37 - 54.

QUÆSTIO II.

Quomodo Janſeniſtæ poſt Petrum Camuſium, proſecuti ſint artes & conatus, Confeſſariis & directoribus famam & authoritatem detrahendi. *pag.* 55.

§. *I.* Cur illi non omnes, quemadmodum Camuſius, ſed religioſos Directores adorjantur. *pag.* 56.

§. *II.* Trium Epiſcoporum, qui ad Janſeniſtarum partes acceſſerant, ſevera in quosdam religioſos ordines agendi ratio. *a pag.*

§. *VIII.* Injuriosæ fabulæ & narrationes contra Jesuitas sparsæ, e. g. de Ambrosio Huys, P. Jansens, P. Girard, P. Chamillard. *a pag.* 113 - 145.

§. *IX.* Fabulæ & Satyræ contra omnes Catholicos a *Novitiarum Ecclesiasticarum* Scriptore venditari solitæ, documentum sunt perennis cujusdam executionis systematis Burgosontani. Imago Jansenïani hujus scriptoris picta ab alio Jansenista *pag.* 145 - 148.

§. *X.* Consilium Jansenistarum profugorum in Hollandiam, universum orbem sibi & sectæ suæ adjungere cogitantium: Via & ratio id facile consequendi. *pag.* 149. 157.

QUÆSTIO III.

Quænam Jansenistæ ex omnibus iis, quæ ad infamandos conscientiarum arbitros, atque animarum moderatores dixere, scripsere, ac fecere, consectaria in suos usus deduxerint. *Anacephalæosis* omnium, quæ Jansenistæ in præsente materia pro executione systematis Burgosontani attentarunt. *pag.* 157 - 173.

PARS VI.

Quæ complectitur ea, quæ a prima Jansenismi origine ad hodierna usque tempora egerunt Jansenistæ, ut Ecclesiæ potestatem everterent.

QUÆSTIO I.

Simon Vigorius e Jansenistis primus potestatem Ecclesiæ convellere ac demoliri conatur. *pag.* 177.

Artic. I. Vigorius nititur destruere regimen Monarhicum Ecclesiæ, & Aristocraticum invehere. *pag.* 185 - 200.

Artic. II. Vigorius aggreditur infallibilitatem Papæ. *pag.* 200 - 206.

Artic. III. Vigorius præparat animos ad id, ut omne genus Appellationum ad futurum Concilium pro ſumme legitimo habeant, & ſimul ſubminiſtrat obtentus ac effugia, quibus eludantur ſanctiones futuri Concilii; ad quod ſuo tempore appellandum eſſe Burgoſonte præfinitum fuit. *pag.* 207 - 232.

QUÆSTIO II.

Quot & quantos conatus poſt Simonem Vigorium usque ad tempus Queſnelli adhibuerint Janſeniſtæ ad deſtruendam poteſtatem Eccleſiæ. *pag.* 232.

Artic. I. Hæreſis de gemino Eccleſiæ capite.

eſiæ ſpeciem ac formam refugiunt. 269.
III. Iidem Romam non amplius habent pro prima Eccleſiæ Sede. pag. 275.
IV. Item mutant regimen Eccleſiæ, & puram ariſtocratiam convertunt. pag.
V. Janſeniſtarum contemptus authoritatis, poteſtatis, & perſonæ ſummi Pontificis. pag. 284.
VI. Iidem gradu ſuo dejiciunt munus Apoſtolicum. pag. 316.
VII. Ad ſimplices Fideles transferunt auctoritatem Eccleſiæ docentis. pag. 352.
VIII. Eccleſiam Gallicanam fœde a ſe deformatam coniungere cum Anglicana conantur. pag. 375.

QUÆSTIO IV.

Quodſe & rem ſuam geſſerint Janſeniſtæ, quam ab Eccleſia *Obſervationes Morales* damnatæ ſunt. pag. 381.
I. Janſeniſtæ condemnati vociferantur contra lata a Summo Pontifice in novos errores anathemata. pag. 382.
II. Poſt furores & clamores ſuos contra Eccleſiæ anathemata, appellant ad futurum Concilium, uti pro re nata Burgorum decretum fuerat. Exiguus ſucceſſus oratoriarum artium, quibus Appellantium numerum augere volebant. Miraculorum commentitii ipſorum Sancti Pariſii, & ridicula deliramenta de adventu Eliæ. pag.

QUÆ-

runt. *pag.* 421.
Artic. II. Conditiones, ſeniſtæ, ut ſe futu bus ſubmittant, oſten liberatum habere, n quæ Concilium ſtatue rum conditionum cun ſtulabant Lutherani, ſubjicerent. *pag.* 426.
Anacephalæoſis & Concl 440.
Vindiciæ hujus operis co nymum octo Epiſtolar

Veritas

Conſilii Burgofonte initi ex hujus executione de monſtrata.

PARS V.

In qua agitur de tertio adjumento, quo Janſeniſta ad invehendum & ſtabiliendum Deiſmum uſi ſunt; ſeu de doloſis artibus & commentis, quibus conſcientiarum moderatoribus, atque arbitris omnem fidem, authoritatem, & exiſtimationem detrahere conati ſunt.

Poſtquam Burgofontana Factio aptiſſimas rationes inierat, quibus Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, uti & dicendi ſacri, eidemque aſſiſtendi uſum extingueret; nec minus ea doctrinæ ſuæ principia ſtatuerat, quæ certam ac planam ad omnis religionis neglectum, atque deiſmum viam aperirent:

rent: verbo, poſtquam Fideles ab omni præſtando Chriſtiani hominis officio, atque uſurpandis, quæ religio Jeſu Chriſti dictat, ſeu neceſſariis, ſeu opportunis ſalutis ſubſidiis, pro ſceleſte arrogata ſibi poteſtate exſolverat; Factio, inquam, Burgoſontana dubitare non poterat, exituros in Eccleſia inter tot Sacerdotes & Miniſtros Jeſu Chriſti, ſive religioſi ordinis legibus adſtrictos, ſive non adſtrictos, magnanimos Machabæos, qui veritati omnes animi facultates, omnes ingenii vires, omnes labores conſecrarent, imo, ſi ita ferret Eccleſiæ neceſſitas, vitam darent & ſanguinem, ne unquam deteſtabilis do-

„ præcaveatur. Mox autem neceſſariæ illi „ cautionis adhibendæ negotium in ſe ſuſce„ pit congregatorum alter, & opportunum „ ſe remedium allaturum pollicitus eſt, quod „ in eo poſitum eſſet, ut ad tollendam, vel „ certe imminuendam Directorum conſcien„ tiæ exiſtimationem & authoritatem, eorum „ directionem exhiberet ſolius lucri proprii „ ſtudioſam, ſeu *totaliter intereſſatam.* „ Hujusmodi erat machina, quam conventus contra conſcientiarum Arbitros ac Moderatores fraudulento artificio conſtruxerat.

In ſecundo hujus Operis Parte expoſitum jam eſt, quis & qualis Abbati Sancyrano hujus ad ſtabiliendum Deiſmum adjumenti uſus fuerit. Timiditas, qua plerumque hæreſum architecti laborant, qui latere, & e tenebris ferire volunt, vel alia nobis incognita cauſſa obſtitit, ne in omnes conſcientiarum arbitros, ſeu religioſos, ſeu nulli ſacro ordini addictos, quos Sacerdotes ſæculares vocare ſolemus, æquali malignitate fureret; pepercit aliquantum poſterioribus, ut incitatiore impetu in priores irrueret; inter hos autem præcipue Jeſuitas ſibi delegit, quos acerbiſſimis calumniis infectaretur; quemadmodum ſuo loco monſtravimus. At æquum non erat ut tot alii omnis ſtatus & ordinis Sacerdotes, qui præclaro ſalutis alienæ ſtudio ad animas pietate ac virtutibus imbuendas operam ſuam conferunt, vix in partem

venirent injuriarum, quæ multis nominibus tam honorificæ ac pretioſæ eſſent.

Quis ergo ex conjuratis Burgofontanis negotium ſuſcepit omnes Directores & Moderatores conſcientiarum fama ſua & authoritate ſpoliandi? Deinde, qua acerbitate Burgofontanorum ſucceſſores, & affeclæ nefarium illos infamandi conſilium ac modum proſecuti ſunt? Et demum quid inde Janſeniſtæ contra Directores, quibus exiſtimationem, & ſuam apud fideles fidem eripuere, lucri nacti ſunt? Tria hæc hujus partis V. argumentum erunt.

modis penitus addictum, criminaretur, & turpiſſima nota deformaret; hoc, ut certo cognoſcamus, eadem, quam hactenus tenuimus, via pergamus; ex libris nimirum & operibus, quæ quilibet Burgofontano Conciliabulo præſentium de argumento, cum formato in eo ſyſtemate cohærente, in lucem protulit, ſententiam feramus, quas ſinguli officii partes ſibi obeundas acceperint; hæc opera loquuntur; hæc teſtimonium dicunt, cui nullam exceptionem opponere, nec refragari fas eſt; hic veritatem detegendi modus tam ſecurus & certus eſt, ut a nemine meditata aliqua ac prudente criſi aut cenſura oppugnari atque notari poſſit.

Baileo teſte, poſtquam narratio Juridica de colloquio Burgofontano typis excuſa comparuit, adnotatis duntaxat initialibus literis, quibus nomina eorum, qui colloquio coram adfuere, deſinabantur, *ex indole tamen ac charactere certorum librorum omnes intulere, literis quarti ex conjuratis P. C. ſignificari Petrum Camuſium Epiſcopum Bellicenſem.* Arnaldus in altera ſua Epiſtola ad Ducem & Parem Franciæ, nobis manifeſtat, has duas initiales literas (*a*) *eo ſpectare, ut indicaretur Petrus Camuſius olim cum viveret, Epiſcopus Bellicenſis.* Author Moralis Practicæ Jeſuitarum, poſtquam recitavit ex narratione Juridica de Conventu hæc verba (*b*)

(*a*) pag. 113. (*b*) Tom. VII. pag. 431.

Ex congregatis quidam neceſſariæ cautionis adhibendæ negotium in ſe ſuſcepit, & opportunum ſe remedium allaturum pollicitus eſt, quod in eo poſitum foret, ut ad tollendam, vel certe imminuendam Directorum conſcientiæ exiſtimationem & authoritatem, eorum directionem exhiberet ſolius lucri proprii ſtudioſam. Hic Author, inquam, poſt hæc verba, ſe ipſum & cauſſam ſuam prodit, quin eo advertat animum, dum ait: *Non poterat certiore ſigno denotari liber Petri Camuſii, cui a ſe elucubrato titulum fecit: Director gratuitus, ſeu ab omni mercede, præmio ac propriis utilitatibus alienus.* Scriptor Compendii Vitæ Petri Camuſii, quod libro *de Spiritu ſancti*

rabuntur minus, quam indigne ferent, ejusdem nomen inter Deiſtas Burgoſontanos adſcriptum intueri, quibuscum tam deteſtabilis conſilii & ſacinoris, quale eſt religionis excidium, ſocietatem iniiſſe arguatur. Quam optem ego ex animo, & quidem amicitiæ cauſſa, qua ipſum S. Franciſcus Saleſius dignatus eſt, ſolo Arnaldi, Baylei, & Authoris Moralis Practicæ errore accidiſſe, ut pro eo, ac recenſui, inter hos Deiſtas locum haberet: at infeliciter evenit, ut Epiſcopus Bellicenſis ſe ipſum proderet, atque in libris ſuis toti mundo manifeſtaret. 1. Ea extitiſſe ſua merita, ut Deiſtæ Burgoſontani t to in ſe fiduciam collocare, atque in conſiliorum ſuorum communionem vocare poſſent. 2. Anno 1621, in quem coitio Burgoſontana incidit, inter Burgoſontem feciſſe. 3. Commiſſum ſibi de infamandis Directoribus Burgoſonte negotium tanta accuratione confeciſſe, ut nullus reliquorum in gerendo, quod ſibi demandatum erat, munere ſtudio ipſum vinceret. De tribus his capitibus ipſemet comprobata firmiſſima authoritate monumenta poſteritati tradidit, ſuos nimirum libros, qui omni exceptione majores teſtes ſunt. Accedamus ad rem: ſed priora duo capita curſim tantum & leviter perſtringemus, ut tertium, quod principale noſtrum argumentum eſt, copioſius exequamur.

Articulus I.

Petrus Camuſius ita ſe geſſit, ut merito Deiſtæ Burgofontani eum in ſocietatem conſilii ſui adſciſcerent.

Joannes Petrus Camuſius anno 1582. natus Pariſiis, viceſimo ſexto ætatis ſuæ anno Antiſtes Bellicenſis renunciatus, & Bellici a S. Franciſco Saleſio ſummo ſacerdotii gradu inauguratus eſt. Poſtquam viginti annis huic Eccleſiæ præfuit, ea ſe cura ac dignitate abdicavit, & in Abbatiam * Alnetanam

[redacted]

ædebat ad annum usque 1622, quo
lis & ſanctus hic præſul ſupremum diem
Num vero ſolida quadam pietate, &
us ac virtutibus Epiſcopo dignis tam pre-
n ſibi amicitiam conciliavit? An potius
liſſimus ſimulandi artifex ſevero morum
u, & aſperrimo ſuo agendi modo S. Fran-
Saleſio impoſuit? Si vere cum Burgo-
nis conjuratis fœdus ac ſocietatem iniit,
m & explicatam res deciſionem habet.

Petrus Camuſius adhuc juvenis, quem-
ɔdum ipſe confitetur, (*d*) præcipue de-
batur evolvendo *Montani* libro, quem
ita ſua inſcripſit, *libro*, inquit, *cujus*
ſumma admiratio tenuit, itaque affecit,
um incredibili jucunditatis ſenſu cum le-
s identidem ac relegerem, nec animus le-
expleri poſſet. Poſt hoc autem tam in-
ium de ſe ipſo teſtimonium nil cauſſæ
cur miremur, tot feſcenninas ſordes
i Camuſii libris ineſſe. Jam, adhuc in
agente S. Franciſco Saleſio, aliquot ama-
is fabulas conſcripſerat, ob quas in re-
enſionem ſancti Præſulis incurrit, & de
ſuo in *adumbrandis procantium hiſtoriis*
io notatus eſt. At poſtquam is e vivis
ɛſſit, Camuſius totum ſe proclivi in has
as ingenio permiſit. Itaque omnem ani-
n & operam ad ſcriptitandas ejusmodi
mentitias narrationes appulit? eaque Ca-

Viator incognitus.

muſiani calami fæcunditas fuit, ut intra paucos annos ſcenicis his & prætextatis amorum commentis mundus affluereret, quibus Divorum & Divarum nomina, aut alios titulos, qui nec boni quippiam, nec mali præferrent, indiderat, quales ſunt *Alexis*, *Petronillo*, *Pia Julia*, *Agathonphilus*, *Hermiantes*, *Viator incognitus*, *Serapion*, *Turris Speculorum*, præter plurima alia fabuloſa opuſcula, quæ a multo jam tempore vix e Bibliothecarum pulveribus emergunt, quam ut in thuris aut piperis, aliorumve aromatum cucullos abeant. Generatim vero de materiis, quas ſibi tractandas ſumpſit, ipſe-

eorum nexum & ſtylum animo in chartam iiceret; quod quidem ipſum primo intui- quisquis oculos in Camuſii opera con-, facile deprehendere poterit; nam quid andem eſt, quod ex indigeſta ac faſtidio- ma diſparium rerum congerie, ubi ſine , ſine numero ac ordine unum ſuper- itur alteri, eruimus ac diſcimus? Nempe iviæ notas, ac impudicitiæ dedecora, quæ vis prope pagina in oculos incurrunt, quidem ſæpe tam turpia, ut nec fabu- antiquitas fœdiora de ſuo Jove ac Ve- e confinxerit; & quibus ea coloribus a? ſingularum nimirum rerum enumera- ie tam molli, & ob id aptiſſima, ut om- impuritatis venenum in lectoris animum ndat: teſtem appello narrationem, quam ſuorum operum quodam affert, minimis busvis rei adjunctis exornatam, de adul- o cujusdam *Rutuli*, cum *Zenobia* nobilis uxore, quem *Prætextatum* nominat, per- rato. At bona lectoris venia fas mihi fore fido, ut ab ampliore & excurrente longius bationum recenſione abſtineam; nam mvis ea nullum negotium faceſſeret, of- ionem tamen præbere, & periculoſam li exempli imitationem offerre poſſet. Sed d adhuc in Camuſii libris conſpectui ſe tro objicit? Nunquid loci ſacri Codicis, ter omne decorum & reverentiam ad 1, quam habet præ manibus, adhibiti? d utrumque ut ipſi exprobraret Cardina-

lis

iis Richelius, officii ſui eſſe cenſuit; per quam occaſionem, alias dicam. An non de permultis rebus ad religionem pertinentibus falſæ argutiæ, paſſim ipſius libris inſperſæ, tam ancipiti ac ficto ſermonis genere obvolutæ, ut & lectoris animum ſiniſtra de diverſis his rebus opinione ac contemptu imbuere, & ſimul ſcriptorem a ſubeunda vituperatione immunem præſtare poſſent, qua dignus eſſe videri poterat, quaque non ſemel, ceu homo, religionis expers, perſtrictus fuerat.

Denique in plerisque Petri Camuſii libris, qui plurimi ſunt, dominari cernimus

Interea, cum ſagaci ingenio non careat, iquam ſemper cautionem adhibet, ne ſiquid ıaligni aut protervi efferre cogitat, lectori ffidentiam de ſe aut ſuſpicionem moveat. linc primum artificiorum, quibus utitur, ud eſt, ut, quemadmodum reliqui Deiſtæ urgofonte de S. Auguſtino ſtatuerant, ipſe nomine & teſtimonio S. Franciſci Saleſii gat; nullum ſibi locum elabi ſinit, quo ɔn ad magni hujus & ſancti Præſulis, quem *atum ſuum Patrem* vocare ſolet, authoriıtem appellet: dum in libro ſuo conſcienarum moderatores in ſummam invidiam ɔcat, *non niſi ex mente & ſpiritu beati ıtris Franciſci Saleſii*, (*h*) ſi Camuſio cremus, his a ſe injuriis ac maledictis appeıtur; & quaſi non ipſa libri ſumma ſallaı titulum manifeſti mendacii convinceret, erubeſcit ad calcem ejusdem operis ad: : (*i*) *Beati Franciſci Saleſii hoc ego in ıto ſententias ac præcepta ſecutus ſum, ue doctrina in iſto labyrintho mihi pro Ariadnæ fuit &c.* Quid de impudente ıominis confidentia ſentiendum ſit, ſuo ſtatuemus; modo ſatis habeo illud comrare, quod, poſtquam *Director gra*emerſit in publicum, ad ſancti Præſuam pertinere viſum ſit, ut edita palam ɔne vindicaretur ab injuria, & conur omne id, quod Petrus Camuſius in hoc

ulo Directoris gratuiti.
or gratuit. pag. 448. & 449.

acutius & ingenioſius eſt. Si quando recenſet, quæ caſtas aures poſſint offendere, præfefert ac profitetur, nolle ſe ea afferre in medium; ſed nempe tum primum, poſtquam peracta fabula, & malum datum jam eſt. En ſpecimen! dum Epiſcopus Bellicenſis exponit verba, ac modum, quo *Triſtanus* quidam *Petronillæ* ardores ſuos atque affectus aperit, quam feſtive, quam ingenioſe rem agit? (*o*) „Nolim, inquit, prolixiore narratione explica„re modum ac viam qua Triſtanus ad ex„promendos & detegendos illi amores ſuos „delapſus ſit, eosque oblata æterni obſequii obligatione & integerrimæ ſervitutis ac

„ optima Petronilla, Triſtani ſuggerente Ca-
„ muſio verba ſunt, utinam ad hoc cor meum
„ pervadere, & in eo inſpicere poſſes laborem
„ manuum tuarum, puta, pulcherrimos cogi-
„ tationum ac deſideriorum flores, qui ex do-
„ tum ac virtutum tuarum contuitu enaſcun-
„ tur; creſcent illi, ut ſpero, & dulces fructus
„ ferent, niſi faſtidium & inclemens cordis
„ tui frigus ſpem & exſpectationem meam in
„ herba enecet. „ Hæc ſunt poſtrema verba longi & ſalacis alloquii, quo frigidus hic & inſul-ſus amaſius lenocinatur puellæ, quam deperit.

Nemo autem petat, aut expectet a me, ut profundius me immittam ſordibus, quibus Camuſiani libri referti ſunt, iisque prolixe & ſingillatim enumerandis diutius immorer. Ut legitimam de iis formam concipiamus animo, id unum dixiſſe ſufficiat, fuiſſe, Camuſio adhuc vivente, qui (r) ea, quæ hic de procantium amoribus ac lenoceniis tradit, cum *Ovidiana arte amandi* contulit, & comparatis inter ſe utriusque verbis ac locis, perſpicue oſtendit, omnia, quæ illiberaliora ac fœdiora extarent apud Ovidium, Epiſcopum Bellicenſem in amatorias ſuas fabulas tranſtuliſſe. Cum vero ex abundantia cordis loquatur os, num homo ejusmodi, cujus cor tanto cæno ac ſordibus ſcatet, vel ex hoc ſolo capite, probe dignus non eſt, ut in conſpirationem, pro ſubſtituendo in locum Evan-

(r) Memorabilia colloquia Hermodori, Part. II. lib. 3. colloq. 4.

gelii Deiſmo initam, ſocius adſcribatur? Verum & ea, quæ his ſubjungo, illum hac ſocietate non minus dignum eſſe, efficient.

Irreligio, & religionis ſive neglectus, ſive contemptus plerumque impuritatis comes eſt; hæc autem cum in plerisque Petri Camuſii libris veluti imperium obtinet, niſi mirum eſt, ſæpe illum conditionis ac ſtatus ſui oblivíſci, modo in ſacrarum literarum abuſu, nunc in modo loquendi de rebus religioſis, quas pie ſancteque colunt, quibus adhuc aliquis religionis ſenſus eſt. Agedum, demus etiamnum particulam temporis excutiendis mi-

„ queis irretita fuere. Ex omni eorum nu-
„ mero, *quorum mille cadebant a latere dex-*
„ *tro*, *& decem millia a ſiniſtro*, non niſi
„ tres ſeligemus. &c. „ Alibi, dum ſuum contra conſcientiarum Moderatores negotium agit, Angelos admiſcet argumento, quod tractat, modo nos convincendi aptiſſimo, quod *informatas animo rerum ſpecies ſine labore & ſtudio, ſine verborum cura, aut intento in eorum nexum ac ſtylum animo in chartam projecerit.* (u) Pro! inquit, ipſi etiam Angeli, „ quos divinæ literæ nomine filiorum DEI „ deſignant, ad pulchras hominum filias, „ quæ fortaſſis fidei ipſorum ac tutelæ com-„ miſſæ erant, oculos adjecere; ex quo „ commercio procreati ſunt Gigantes, hor-„ ror cæli & monſtra terræ. „ Hæc verba plus aliquid legenti obiiciunt, quam ſolam ſcribentis inconſiderantiam, & ſaltem putidam quandam ac ſalacem locutionem efficiunt, cui nihil honeſtæ rei, aut ſani ſenſus ſubeſt.

Porro, quis divinare poſſit, cum quo Epiſcopus Bellicenſis ſacram poteſtatem, qua pollent Epiſcopi imponendi manus, componat? Narrat is, Cardinalem quempiam, reo cuidam e ſua Diœceſi impetraſſe vitæ ac libertatis gratiam; tum ipſummet adiiſſe carcerem, & fontem manu prehenſum ad carceris fores adduxiſſe, ut liberum dimitteret; cum autem intercederent cuſtodes carceris, & ali-

(B) 2 quam-

(u) Director gratuitus pag. 60.



munia dæmonibus manus

Acriter quoque Ca
vit magnus ſanctorum
quos ſtatus religioſus
cum forma, quam de fa
niſci, & oculis ſubjice
congrueret. Luci ider
lent vitæ eorum, qui P
culo inter Divos relati
men in religioſis familiis
opinione enituere, idqu
ſibi mores, ac virtutum
dum proponant. Piæ h
parum probantur Camu
bi non poſſit a ſatyric
utique concinent, quicq
inimicorum eſt: (*y*) „ I
„ primum inter ipſos eſt
„ te præſtet, nulli induſt
„ C[illegible] enum ex

, illius Sancti & Sanctæ, qui nec in Sancto-
, rum, nec Beatorum ordinem a ſancta ſede,
, ſed a ſolis Biographorum calamis, qui hac
, in re ſummi Pontificis ſibi authoritatem ar-
, rogant, adſciti ſunt. „ At enim num inge-
iioſæ huic appellationi & arguto *formicoſi*
cervi vocabulo non aptior locus foret, dum
le commentitiis ſanctis agitur, qualis erat
id S. Medardi Diaconus, cujus ſcripta vita
Vaticani fulminis igne ambuſta eſt; vel quibus
Factionis ſcriptor in mendacibus ſuis *notitiis*
Eccleſiaſticis quotidie pro arbitratu ac libidi-
ie immortalitatem beatam, ac cæleſtes ho-
iores decernit?

Cæterum Epiſcopus Bellicenſis, per tem-
us Epiſcopalis dignitatis ſuæ, non viderit tot
æſules, ac vellet, ſubſcribere ſuis opinionibus,
que eadem ſecum ſentire; hinc veriſimilius
tum habuerit acerba illa apoſtrophe ad to-
n Epiſcoporum ordinem, in qua non minus
alias, conditionis ſuæ immemor, in con-
ıelioſas has voces contra Epiſcopos erum-
: (z) „ Canes muti, non valentes la-
'are, multo minus mordere, muti ſine
ıuis doctrinæ ac ſcientiæ, agitati ventis
nitatis, Paſtores Iſrael, væ vobis, qui-
n paſcitis, niſi vosmet ipſos. „ Sed finia-
nimis faſtidioſam recenſionem eorum,
in Camuſii libris pietatem Chriſtianam
lunt: Satis ille cognitus erit, quantum

ria facta hiſtorica, pag. 315.



bam ipſius de rebus reli
tem locum dediſſe alter
Lucianus Samoſatenus in
ſio redivivus. Certe ho
ſubminiſtrat, ob quæ
dionibus in contentione
dignus etiam fuit, qui
liabulo intereſſet. Vide
quando hoc iter fecerit.

Articulu

Petrus Camuſius fe
fontanum a

Non alio opus eſt, quan
mus in fabulam ab E
bricatam, cui nomen *Al*
de erit dubitandi locus,

se, iterque hoc plurimum mysteriorum habuisse. Tempus itineris proxime vero definire difficile non est.

1. Primi actores, qui in hac fabula theatrum subeunt, duorum viatorum personam & indita ipsis a Camusio *Menandri* ac *Florimundi* nomina gerunt. Ambo, dum ex Villers-Coste Retz Burgofontem pergunt, in nemore aberrant a via, & denique ad terminum, quem petebant, pertingunt. Errores viatorum in sylva, adventus, commoratio Burgofonte, & ex eo loco discessum tantum materiæ præbuere Camusio, ut sex libros fabulosis nugis & fictis eventibus impleret: delineat in iis Carthusiam, & vicinam religionem, ipsasque etiam imagines in sacello * *Baisemontani* prædii, quod in fundis Carthusiæ est; quæ tam accurata rerum narratio fieri non poterat, nisi ab homine, qui suis ipse oculis lustrasset omnia, & studiose singula in tabulas retulisset.

2. Itineris hujus, cui fabulosæ scenæ formam ac nomen inducit, arcanissimæ rationes sunt, quantum ad iter facientes pertinet; cumque Petrus Camusius illud aptum unius fabularum suarum argumentum esse existimavit, ea cautione ac calliditate rem executus est, ut nemo ad id, quod lateret, mysterii vel conjectura accedere posset. Et inprimis dissimulat nomen Carthusiæ, quæ iti-

(*) Baisemont.

studiamus, quæna
confitetur ac prædi
rum quempiam,
eumque ipſum, q
operis, nempe fabul
nandri notatum fui
Hiſtoria de te, ait
primum in hac narra
reipſa primum, quod
eſt, quod hic *Menan*
iret, in ſylva Villers
rem a recta via defle
» tens (proſequitur Ca
» titus es, & obtre
» tabulam, auſcultare
» hominum judicia ac
» bis poſt te plures ali
» ſcena ſe ſiſtere, ſed
» velint internoſcere,
» omnem [illegible] aam atque

„ conſiderantia indigna venia eſt, ſiquis ſua „ ſuorumque colluſorum conſilia incaute pro„ dat, quæ clauſa omnino & abdita habitu„ rum ſe profitetur. „ Sed hem! cum iter hoc *obtrectationum* argumentum eſſe poſſit, quid miremur, Petrum Camuſium tam cautum ac providum fuiſſe, ut viatores, ſuos non niſi perſonatos & alienum vultum indutos in theatrum adduceret?

3. Quo autem tempore Camuſius hoc iter Burgofontem ſuſcepit? Ex Janſenii ad Sancyranum literis intelleximus, Conventum Burgofontanum intra menſes Martium & Novembrem anni 1621 celebratum fuiſſe: Intra hoc ipſum etiam temporis intervallum Petrus Camuſius Burgofontem profectus eſt. Nam ecce, qua ratione ipſius fabula *Alexis* rem hanc veriſimillimam reddat. Epiſcopus Bellicenſis unum, vel ad ſummum duos menſes impendit componendis ſingulis ex tenis libris fabulæ ſuæ *Alexis*, idque aperte colligimus ex adſcripto die ac menſe, quo progrediente tempore approbationes cujusvis libri datæ ſunt; cumque alias Camuſius, prout gloriatur, *nihil fere relegerit, aut expunxerit*, ampliore ſpatio ad agendum hoc negotium non indigebat. Jam vero in primo libro, quem plane, niſi omnes me fallunt calculi, poſt ſuum Burgofonte reditum ſcribere exorſus eſt, ſuffragium approbatoris comparet, quod notæ temporis, 5. Novembr. 1621, ſubſcriptionem habet; Ergo, ſi au-

thori ad lucubrandum, aut potius præpropera feſtinatione exarandum librum, unus, alter, & tertius etiam menſis permittatur, Menſe Junio, vel Auguſto, vel Septembri anni 1621, ſe commiſit itineri; id quod cumulate & ex toto convenit cum Janſenii ad Sancyranum literis. Itaque Petrus Camuſius iter Burgofontem ingreſſus eſt tempore, quo conventus Deiſtarum habebatur. Sed num is huic cœtui etiam interfuit? Quæſtionem hanc ac nodum ſola ſedulitas atque exquiſita ſolertia, qua in fabricati ibidem ſyſtematis executione commiſſas ſibi partes egit Camuſius, expedire poteſt.

: possent. Eja, ut in maleficio deprehen-
amus hominem, ipsius prémamus vestigia;
: omnium argumentorum loco sit filum il-
id, quod in libris suis ad se insequendum
ise nobis porrigit.

Equidem ex satyricis salibus & mordaci-
us dicteriis contra religiosos, quæ plerorum-
ue librorum, quos in lucem effudit Camu-
us, veluti bases sunt, ad concipiendum ad-
ersus ipsum grave præjudicium, plusquam
itis nobis argumentorum nasceretur; at ul-
ro ea missa faciamus; quam ipsemet ratio-
em nobis offert adhuc perspicuam magis
c decretoriam, statuendi aliquid de consilio,
uod de omnibus universe *conscientiarum*
oderatoribus atque animorum ducibus fœde
acerandis susceperat.

Sub idem tempus, quo animos cala-
nosque Jansenii suus *Augustinus*, Sancyra-
i *Petrus Aurelius* occupatos tenebat, Pe-
rus Camusius arma sua ad assiliendos omnes
onscientiarum rectores acuebat. Liber ab
o *destinata opera* ad id procusus, ut illos
mper & ubique ad facienda sordida lucra
ccinctos exhiberet, hanc inscriptionem ha-
et: *Director gratuitus ex mente & spiritu*
eati Francisci Salesii. Dicamus pauca de
oc opere, antequam succum ac medullam
x eo exprimamus.

Pro

Pro modo temporis ac moræ, quo præcipui Factionis libri prodibant e prelo, iidem mittebantur ad Janſenium. Ex quadam ipſius ad Sancyranum epiſtola diſcimus, eodem fere tempore, quo Tomum *Petri Aurelii* alterum, ab Auberto Collegii, quod [a] Laudunenſe dicitur, Pariſiis Præfecto per curſorem publicum ad ſe miſſum acceperat, alia etiam via adveniſſe *Directorem gratuitum*; de quo breve hoc judicium fert: (*b*) ***videtur multum ei veri ineſſe, nec miror, de eodem ſupprimendo agi.*** Exprobrabatur autem Epiſcopo Bellicenſi, quod ab hæreticis Genevenſibus alteris typis *Director* ipſius *gratuitus*

Libri hujus, ſi quidem authori credimus,
us eſt, (*e*) *præcipue pias & ſimplices ani-*
juvare conſilio, ut habito delectu pro-
, cujus fidei conſcientiam ſuam tuto com-
ere poſſint, vitæ ac morum ducem ſibi
tent; ſi vero noſtros ipſimet oculos, &
quæ in libro legimus, conſulamus, finis
s non alius eſt, quam ut omnes conſcien-
ım rectores in ſuſpicionem & contem-
n adducat, iisque omnem fidelium fidu-
n abroget: reipſa totus liber in breviſſi-
n hanc ſummam & ſimplicem ſyllogiſmum
gi poteſt: Vitandi ſunt directores, quo-
ı ratio conſcientias gubernandi non niſi
turpi quæſtu ac faciendo compendio ver-
ır: atqui omnium directorum, qua
ſcientias gubernant, ratio in turpi quæ-
ac faciendo compendio verſatur: ergo
nes vitandi ſunt. Quæ autem, malum!
ɔ tam peregrina & inſolens, quam igno-
ıioſa ſanctæ religioni noſtræ obtrectatio
? Quid enim? omnes Jeſu Chriſti Miniſtri,
Eccleſia ad rectionem conſcientiarum ad-
eri ſoliti, *toti in curanda commoda ſua ac*
a incumbunt ? ſordida avaritiæ labes &
a cupiditas omnium, quibus fungun-
, munerum & actionum anima eſt? Ita
dem Petrus Camuſius, idque, ſi rationi-
; & argumentis confirmare non poteſt,
te maligno calamo aſſeverare non horret,
quidem tam crebra ejusdem cantilenæ re-
pe-

Direct. Gratuit. pag. 450.

petitione, toties variatis verborum ſallaciis, tam faceto rem eloquendi genere, ne quid acerbius dicam, ut omnes noſtræ ſanctæ religionis inimici facile ad aſſenſum trahendi, & quin animum advertant, ſcitas ac lepidas Epiſcopi Bellicenſis ſimilitudines & ludos pro ſolidis argumentis, quæ pro ipſo contra directores rem conficiant, habituri ſint.

§. I.

Petri Camuſii aſſertio, omnes conſcientiarum moderatores totos

ortuit; & profecto, ſi unam demas, illud prehendit in omnibus; utrum autem hæc ius veſtis exceptio demat vel deroget aliquid itæ Burgofonte ſtipulationi, ſuo loco exndemus: interea facta a Camuſio directoum, cum aureorum vaſorum vel gemmatoum operum artificibus collatio, ſola abunde fficeret ad prodendam affectionem animi, ia ad ſtribendum acceſſit, & in eosdem lamum ſtrinxit: (g) „ Plerisque, inquit, directoribus lucrum ſuum, non Jeſu Chriſti, in oculis & amoribus eſt, & perinde, ac ſi totidem aurifices vel gemmarii eſſent, non niſi aurum & gemmas pro materia expetunt, in qua artem & opus ſuum factitent. -- (h) „ ubique, quidquid alii contra ſtatuant, plus aliquid terreſtre, quam cæleſte, plus de materia & corpore, quam de ſpiritu eſt: latet anguilla ſub rupe, anguis in herba. „ Ita ille; ſed quid? *ubique* rvagatum eſt hoc malum? *ubique* latet hic guis? in cujus ergo conſcientiæ arbitri ac oderatoris nos fidem demus, qui ſpectet ſequatur aliud, quam quod cum lucro ſuo njunctum ſit? Verum audiamus Camuſium, m is ſingulos, qui avido in quæſtus ingenio nt, enumerare incipit.

§. II.

g) Direct. Gratuit. pag. 313.
h) ibid. pag. 129.

§. II.

Petri Camuſii aſſertio, Parochos & Curiones omnia ad lucrum ſuum revocare.

Num curæ nos & fidei Parochorum noſtrorum tradamus? Verum ab his ipſis Petrus Camuſius in recenſione ſua initium ducit, & oſtendere aggreditur, omnes conſcientiarum rectores *appetitione augendæ rei ſuæ ex toto inquinatos eſſe.* Quod autem in habendo cenſu primos illos luſtrationem ſubire jubeat, non ea ratio eſt, quod plus minusve aliis emolumentorum ſuorum appetentes ſint, ſed quod cum in ſupplicationem proceditur, *primum in agmine locum teneant.* Fingit itaque, & tanquam prævium quoddam poſtulatum ſtatuit, Curiones juxta, ac Religioſos ſine intermiſſione de paupertate queri; illos de inopia Parœciarum ſuarum, hos Cœnobiorum; & poſtquam fabricavit ſibi hoc ſpectrum, illud generoſe invadit, & ideo (*i*) „ ante „ omnia, ait, inquirendum modo eſt, num „ querelæ, quas Paſtores & Cœnobitæ de „ egeſtate parœciarum ac monaſteriorum ſuo„ rum movent, præter verum & modum „ non ſint. Quoniam vero Paſtores pro ve„ nerabili antiquitate ordinis ſui primi ince„ dunt in ſupplicationibus, hic ipſis quoque „ ho-

(*i*) ibid. 183.

„ honor habebitur, ut primas in reprehenſio-
„ ne partes ferant. „

Poſteaquam autem privatum commodum, cui directores inhiant, in tres claſſes partitus eſt, ſcilicet in commodum oblectamenti, commodum honoris, & commodum utilitatis; primum, de quo Curiones redarguit; illud eſt, quod, dum qui ex Parœcia ſua ſunt, ad frequentandum templum Parochiale adhortantur, privato commodo honoris obſequantur; ſic enim mentem ſuam explicat: (k) *Curio apud eos, qui ipſo conſcientiæ moderatore utuntur, in ſuis colloquiis prædicat dignitatem Parœciæ: monet, hanc Eccleſiam fidelis Chriſtiani matricem eſſe: in ea renatum ex aqua & Spiritu ſancto &c. Et hic*, poſt expoſitas Parochialis templi prærogativas proſequitur ſermonem Camuſius, & *hic amor ſuus ipſius ſatis aperta facie perſonam ſuam, & pro domo ſua agit ſub pallio privati commodi honoris & præſtantiæ: humana cupiditas nomine dignitatis Parochi, & Eccleſiæ Parochialis tegitur; quod quidem artificium nimis craſſum eſt, quam ut oculos fugiat, & latere poſſit.* Quodſi jam Curiones, & alii Sacerdotes, Curionatus officiis & functionibus deſtinati, dum Parœciæ ſubjectos ad adeundam matricem ſuam Eccleſiam excitant, ſub cohortationibus ſuis privati commodi ſenſus occultant, certe audiendi non

(k) Director Gratuit. pag. 96.

ſunt, imo etiam procul fugiendi; hæc enim Camuſii doctrina ac præceptum eſt: (*l*) *Fidelis circumſpectus & prudens, quamprimum hujusmodi cupidam ac lucri ſtudioſam indolem adverterit, leniter & ſedate, quantum maxime conſequi poterit, atque ſuſpenſo gradu huic ſe directori ac directioni ſubducat.*

At ſatis non erat exprobraſſe Curionibus, quod privatum honorem aucupentur; oportebat etiam illos, ac præcipue in hunc finem, ut omnis eorum tanquam hominum *quæſtuoſiſſimorum* bona fama evaneſceret, denigrari ac per ora populi traduci, velut *ſordidi*

„ vari, & rem augeri cupiunt? „ Jam vero omnes Curiones, qui Eccleſiarum ſuarum neceſſitates commemorant, facile, quantumcunque eæ veræ ac certæ ſint, graves ac moleſti accidunt iis, qui illis mederi & opem ferre tenentur: deinde pauciſſimos Curiones reperies, a quibus non munus ſuum ac ratio poſtulet, ut ſuo loco ac tempore de his neceſſitatibus admoneant eos, a quibus iisdem ſuccurrendum eſt: ſi jam fas erit de horum Curionum arcanis conſiliis atque animi ſenſibus judicium ferre, quale fert Camuſius, quisnam fidelium, ſi quidem *prudens ac circumſpectus* reputari velit, & cujusnam Curionis ductum declinare, obligatus non erit?

Verum his non contentus Epiſcopus Bellicenſis, non petit modo, ut devitetur omnis cum conſcientiarum moderatoribus, qui haberentur quæſtuoſi, communicatio, ſed multo etiam magis cum illis, in quibus nullum omnino privatæ ejusmodi cupiditatis appareret veſtigium; quandoquidem hæc poſterior directorum claſſis longe omnibus aliis periculoſior, & propterea etiam vehementius extimeſcenda ſit. En tibi ipſius argumentum, aut potius verba inania: (*n*) „ Malus „ hic dæmon (privati lucri aviditas) e lon„ ginquo inſidiatur & imminet: clam & ſine „ ſtrepitu viam ſibi ad faciendum aſſultum „ præmunit: hamum eſca & illicio tegit, at-

 „ que

(*n*) Direct. Gratuit. pag. 128.

„ que verſutiis ſuis eo magis homines decipit,
„ (& ideo magis cavendus) quo minus in
„ perſonatum & larvatum fraudis ſuſpicio ca-
„ dit. Nunc director, ab hac cupiditate ſti-
„ mulatus, peculiare ac proprium ſuum emo-
„ lumentum reſpicit ac quærit; nunc ſuæ
„ Eccleſiæ & communitatis: oportet vigilem
„ eſſe, & ad omnia attento excubare animo. „

Quo vero devoluta eſt Eccleſia Jeſu Chriſti, ſi hac forma, hoc ingenio, his moribus ſint, ad quos pertinet eſſe ſalem terræ? Quo redacti omnes fideles? cum in eas anguſtias conjecti ſint, ut in illorum fide ac charitate

§. III.

Petri Camuſii aſſertio, religioſos animarum moderatores, omnia privato ſuo quæſtu ac commodis metiri.

Scriptor fœcundi ingenii & calami non ſemper inter ſeria ſtylum ſuum ita contineri ac coarctari patitur, ut non ſubinde evagetur ad ludicra. Epiſcopus Bellicenſis, ut feſſum a ſcribendo animum recreet, ſannionem induit, & inſulſis jocis ludit in religioſorum veſtes & togam, calceamenta, promiſſas barbas, loquendi modos inter ſe uſurpari ſolitos, quandoque etiam in vota religioſa, *quæ* (o) *concinnatos ex cerimoniis & magnificas excellentias* appellat. At cum reverſus ad ſeria, jucundiſſimum ſibi argumentum reſumit de imputando religioſis directoribus *conſeſtandi privati lucri vitio*; tum enimvero magna ſua voluntate, omniumque virium contentione rem agit, nihilque induſtriæ ſibi reliquum facit, ut de accuſatione illa ſua & objecto crimine omnibus conſtet: variæ idem enunciandi formæ, orationis copia, argutiæ & lepores non minorem certe notant vim malignitatis, quam ubertatem ingenii.

Agedum, aperiamus iterum *Beniaminum* Camuſii: poteſtne elegantius quidquam ac ma-

(o) Direct. Gratuit. *pag.* 224.

magis delicatum eſſe illo eloquendi modo, quo explicat, ſacrum tribunal a Confeſſariis converti in univerſalem quandam officinam lucrandi omnia bona, præter animas? Apertus ſanctæ religionis noſtræ hoſtis id crudi & impolite effatus eſſet; at Camuſius ornatiſſimo & ſplendidiſſimo dicendi genere rem edifferit: (p) „ an non, inquit, res foret non modo „ reprehenſione digna, ſed ſeveris pœnis caſti- „ ganda, ſi quis in Confeſſarii ſede conſti- „ tueret ſibi menſam argentariam pro exer- „ cendo fœnore; fundum vectigalem: præ- „ dium elocandum villico: tabernam Nundi- .. natoris: tabularium Procuratoris forenſis.

is quæſtorum ſuorum manibus pro-
it. „
ec Camuſius acute omnino & ſubtili-
quanto major adhuc ejusdem ſolertia
picacia eſt, cui parem de ſe nemo ja-
unquam, cum videt, & detegit,
el animo ſibi fingere nullus præter ipſum
, nempe ſtudium privatæ utilitatis in
e heroicis probiſſimorum directorum
us; in quas ſi execrabilis hic cupidi-
piritus ſe ingerat, quid tandem erit,
nidum ſuum non conſtruat? Euge!
amus commemorabilem Camuſii ob-
nem.

vebat Epiſcopus Bellicenſis tum, cum
s lues magnam Galliæ partem depaſce-
n videtur autem ſenſiſſe propius circa
ari hoc terribile flagellum, ſecus enim
erte mentionem feciſſet; ignorare ta-
n poterat, ſuo tempore præſtitiſſe Re-
omne id, quod noſtra ætate * ante
ginta circiter annos ſuis oculis ab illis
lit magnus Epiſcopus Maſſilienſis; ſcie-
omnibus partibus eos, ad obſequium
fectorum concurriſſe; & tamen adeo
charitatis actum, quem nemo vix
ſuſcipiat, niſi contemptor omnis di-
s, & obfirmato ad profundendam ul-
m animo ſit, hunc, inquam, actum

* 1720 & 1721, quibus Maſſiliæ ex lue octogin-
inum millia interiiſſe dicuntur. *Interpres.*

Petrus Camuſius contumelioſiſſimo vocabulo appellat *fortitudinem larvatam*, & quod prope ſupra fidem eſt, proprium in eo commodum tam *honoris*, quam *utilitatis* deprehendit. En ipſius verba: (*q*) „ Cæterum non „ nego, quosdam tempore peſtis, aut belli, „ vel ex occaſione ortarum hæreſum pro ſalute „ animarum & corporum ardua tentare & „ aggredi, & quandoque etiam majora ac „ plura experiri, quam ipſos Paſtores, qui „ ab hujusmodi tempeſtatibus ac procellis ani„ mos terrore ſubigi ac frangi ſinunt. „ Poſt longam hac ſuper re loquacitatem, generoſitatem eorum, qui tanta in alienæ ſalutis negotio conantur & audent, aſſimilat illis

hucusque nunquam rite animum advertebas. Si vel tantillum Camuſius cum hoc oculorum ſubſidio mutuos quoque dare potuiſſet ſuos oculos, credidiſſet mundus æque, ac ipſe, videre ſe in vitæ contemptu, quo charitati litant directores, qui contagioſorum ſe obſequio conſecrant, ſordidiſſimam privati lucri & commodi cupiditatem. Sed intentiore & magis ſerio tono loquamur.

Si vel ex paucis his & brevibus adductis ſpeciminibus de *Directore Gratuito judicemus*, an non haberent Deiſtæ Burgoſontani, de quo ſibi ſatisfactum eſſe faterentur? Et an Janſenius ſecundum principia ſua non habebat rationem de hoc libro profitendi, *multum ei ineſſe veri, nec mirari ſe, de illo ſupprimendo agi?* Et Abbas Sancyranus non loquitur tanquam æquus rerum æſtimator, dum ait: (*s*) *lege libros ejus* (Reverendiſſimi Epiſcopi Bellicenſis) *& facile mecum agnoſces, nihil ab eo Regularibus largitum, unde ſuperbiant, multa etiam ſuggeſta, unde humilitatem, quam profitentur, meminerint?* Ex quo amici ſui Sancyrani de ſe teſtimonio (ut hoc obiter dicam) eum voluptatis ſenſum cepit Camuſius, ut ad reddendam gratiam hunc Abbatem laudet & prædicet (*t*) *tanquam prodigium ſapientiæ & modeſtiæ, qui ſe Petri Aurelii nomine tegat.* Redeamus ad principale noſtrum argumentum.

(*s*) Petrus Aurelius Tom. I. pag. 67.
(*t*) Declarationes de Melitone pag. 61.

Eccleſia Chriſti non tam deſtituta eſt probis & ſanctis conſcientiarum moderatoribus, ut non ſit magnus eorum numerus, qui ſummæ ſibi religioni ducerent terreni lucri quippiam quærere aut recipere pro impertiendis fidelibus ſacris myſteriis: latere id Epiſcopum Bellicenſem non poterat: interea tamen Confeſſarii, quorum gratuita, omnemque mercedem exoſa opera in propatulo erat, infamandi erant tanquam *quæſtuoſo mercimonio & diteſcendi deſiderio penitus addicti*; ſecus munere ſibi Burgoſonte decreto non niſi imperfecte & aliqua ſolum ex parte functus ſuiſſet, & fideles *prudentes & circumſpecti* ad hos ſe animorum

minuta vitæ ſubſidia, quæ fideles lau-
iliter in grati animi ſignificationem repen-
e ſolent, admittant, res plane digna
mendatione eſt, & integritatem inten-
iis, qua divina hæc & ſacra miniſteria
curant, teſtatur, cum æquum & deco-
n ſit, ut gratis illa elargiantur, quem-
nodum gratis poteſtatem ea aliis imper-
idi acceperunt. „

Ex hoc tam legitimo ac recto ſentiendi
quendi modo, quis non inferret; ergo
it tandem fideles aliquod Directorum &
ffariorum genus, ad quos adire, ſuam-
i iis fiduciam collocare poſſint? Verum
horum ex eo confici docet Camuſius,
acrem Philoſophum agit, & oſtendit,
s magis aſpernandos eſſe, quam hos
, utpote omnium maximos privati quæ-
captatores. „ At (pergit criminari) ſi
t ab effectibus gradum facere ad cogno-
ndas cauſſas, quando videmus, id, quod
a manus repudiat, copioſius redire ad
eram: potius eos ſementem ſpargere ad
ligendam ampliorem meſſem, quam re-
iere: retro pedem referre, ut capto ma-
e impetu altiorem ſaltum dent: exponе-
muſcam ad capiendum piſcem: dimitterè
licem, ut acquirant elephantem: equi-
m neſcio, an non hæc deliberata agendi
io minus ſimplicitatis exhibeat, quam
identiæ, plus autem propenſionis in pri-
a lucra recuſationis ſuæ pallio tegat,

„ quam

„ quam ſimplex, modeſta, & innocens ac-
„ ceptio illius, quod in modum eleemoſynæ
„ oblatum eſt. „ Hem ictum, quo omnes, aut fere omnes directores petuntur! qui accipit quidpiam, *director quæſtuoſus*, & ideo fugiendus eſt: qui *ut accurate & ſtricte inſtituti ſui leges obſervet*, nihil accipit, adhuc *quæſtuoſior* eſt: Petrus Camuſius id monſtravit quinque vel ſex lepidis comparationibus: quid agendum igitur; cui fidendum; quinam directores audiendi ſunt? nullos, definit Camuſius; & ſic quam belle *pias & ſimplices animas juvat conſilio, ut habito delectu proborum, cujus fidei conſcientiam ſuam tuto committere poſſint, vi-*

(z) *Quodſi interdum aliqui e Confeſſariis ad dirigendos plebejæ conditionis homines, vel pauperes ſe demittant, id præcipiti ingenio & repentinis animi æſtibus in acceptis ferendum eſt, qui tamen paulo poſt deferveſcent iterum, & penitus extinguentur.* Jam vero cuivis æſtimare facile eſt, num fieri potuerit, ut majore ſolertia & accuratione ſatisfieret ſuſceptæ Burgoſonte provinciæ, qua *ad tollendam, aut certe imminuendam moderatorum & arbitrorum conſcientiarum authoritatem, & bonam de eorum directione exiſtimationem, iidem exhiberentur ſolius lucri proprii & privatæ utilitatis ſtudioſi, ſeu totaliter intereſſati.*

Ajebam ſupra, Camuſium a reliquo directorum ac confeſſariorum cumulo, quos omnes, ſeu intra religioſos parietes vivant, ſeu in ſæculo, *de ſordida privati emolumenti aviditate* reos poſtulat, excipere directores integri cujusdam ordinis; ad quos proinde accedere, atque perfugium habere poſſint fideles, ſane conſideratione dignum, eoquod ab ipſo Camuſio, alieno prorſus ab omni privato lucro animo eſſe prædicentur; quo caſu non tam admirabili diligentia, qualem diximus, datam Burgoſonte fidem ſervaſſet, quoniam promiſerat, omnes Confeſſarios & directores notare infamia, ac omni authoritate ſpoliare.

Ve-

(z) Direct. Gratuit. pag. 440.

Verum hic nodus facile ſolvitur; nam primo, quomodo unus religioſus ordo, quantumcunque amplus & numeroſus, ſufficiat audiendis Fidelium confeſſionibus, ſi illi, quos ſuppeditat, confeſſarii ſoli ſint, quibus, tanquam ſolis, omnem mercedem ac lucrum averſantibus, fides haberi poſſit? deinde hoc ipſo, quod, Epiſcopus Bellicenſis, dum cæteris directoribus immanem labem aſpergit, ab ea autem integri cujusdam ſacri Ordinis directores eximat, hæc eadem exceptio, ex communi juris forma, firmat regulam in contrarium, & evidenter probat, illum omnibus aliis conſcientiarum arbitris ac moderatori-

ıum habet * Pariſiis, qua tota hæc reli-
a familia, quanta in Gallia eſt, contine-
Ergo elogium integritatis & illibatæ ab
ıi privato lucro continentiæ, quam ſum-
jure huic ſacro ordini tribuit, nihil om-
) officit facto Burgofonte promiſſo, nec
ratione fidcles ab univerſali directorum
uria, ad quam ab eo rediguntur, ſalvos
ſtat aut liberat.
Liber religioni & ſaluti animarum tam
ius, qualis erat *Director Gratuitus*, non
ɛrat non ciere grandem ſtrepitum: Reli-
i, qui omnium aſperrime, improbiſſime-
in eo accipiebantur, cenſebant diſſimu-
las non eſſe, nec impune & ſine reſpon-
dimittendas calumnias, quibus refertus
:. Pugnatum ergo calamò contra Camu-
ı, conſertæ manus, refutatæ calumniæ
: ; ſed omne religioſorum ex hoc ſcripto
ɪ lucrum fuit, ut Camuſius (cui libro-
ı elucubrationes non pluris conſtabant,
m tempore verba chartæ allinendi) non
ɑ contra ipſos opus ſcriberet, priore mul-
ſpiſſius & contumelioſius, atque in rebus
ıibus ac conſilium ac rationes Burgofonte
as accommodatum. Quoniam autem opus
ım in immenſum creſceret, ſi Petri Ca-
ſii veſtigia in omnibus ſuis contra religio-
declamationibus perſequi vellem; ſatis
: conſenſionem hujus novi libri cum ſyſte-
te Burgofontano oſtendere; dein referre
de

* PP. Theatini.

de eo judicium unius ex maximis ac graviſſimis Europæ viris; ac denique attingere obiter rationem agendi, quam Camuſius poſt latum hoc judicium ſecutus eſt.

1. Conſtat Deiſtas Burgofontanos unanimi conſenſu ſtatuiſſe, ut impoſterum, quæcunque ipſi opinionum portenta parturirent, S. Auguſtini nomine & authoritate munirent; & convenienter huic Senatusconſulto anno 1638 vulgatum vidimus plenum offenſionis librum Sancyrani, cui titulus erat: *De ſancta Virginitate, ſermo ex S. Auguſtino gallice redditus, cum notis &c.* Et propter quem P. Seguenotius, quod illi nomen ſuum tanquam authoris præfigi

s tueri, & in pietatis exercitiis, in uſu
amentorum, & præcipue in fidei integri-
continere ſatagunt. Petrus Camuſius ut
queretur ſuum propoſitum, & negotio,
i in libro *Directoris Gratuiti* inchoave-
extremam manum imponeret, tres rem
ficiendi vias ac rationes commentus eſt.
imis perrexit animorum duces atque ar-
os ludificare & calumniari; ceu homines
omnes actiones ſuas ad unam propriæ uti-
is rationem exigerent. Deinde corraſit
S. *Auguſtino de opere Monachorum*, quid-
l aptum putabat ad ſtatum religioſum
temptui ac injuriis exponendum. Deni-
, quod principale atque directum libri ar-
ientum erat, ſumma ope contendebat pro-
, omnium religioſorum partes eſſe, ut
manuum ſuarum laboribus vivant, idque
vi ſtrictiſſimi præcepti, (z) *quod funda-
ti inſtar eſt œconomiæ & diſciplinæ communi-
m.* Et ne forte quis hoc effatum
n ad ſolos mendicantium ordines ſpecta-
exiſtimaret, *non cenſeo*, inquit, (a) *Mo-
hos in cœnobiis, quæ liberaliſſime dotata,
ue attributis ſibi fundis & vectigalibus in-
cta ſunt, magis hac lege ſolutos, & labo-
li onere exemptos eſſe.* Viden itaque om-
religioſos, cujuscunque ſortis & ordinis
, ad eas anguſtias redactos, ut agrorum
tura, opificiis, aliisque illiberalibus arti-
victum quærere, ſeque alere neceſſe ha-

z) De opere Monachorum, pag. 68.
a) Ibid. pag. 195.

beant, quin ipſis locus ac tempus ſit ullum pium obſequium concionibus, ſacris expeditionibus & Evangelicis miſſionibus, audiendis confitentibus, præbendis bonis conſiliis, regendis conſcientiis &c. Fidelium animis præſtandi. Neque etiam Deiſtæ Burgofontani, quantum ad Religioſos attinet, plus aliquid petunt.

2. Liber *de opere Monachorum* amariſſimo felle turgidus, neſcio, qua via, antequam ſubjiceretur prelo, manu exaratus venit in manus Cardinalis Richelii Prudens hic regni adminiſter, utpote vir acri judicio, primo

„ S. Auguſtini de opere Monachorum, offi-
„ cii mei eſſe cenſui, ut amice te admone-
„ rem, videri mihi, non aliud melius a te
„ conſilium capi poſſe, quam ut obſerva-
„ tiones illas tuas typis ſubducas & ſuppri-
„ mas. Actio hæc non ſolum accepta erit
„ DEO, ſed multum etiam gloriæ tibi con-
„ ciliabit apud homines, qui plane non
„ parvi facient victoriam, quam de te ipſo
„ referes; dum curſum ſiſtes operis, quod
„ in eo jam erat, ut in apertum diem erum-
„ peret. Quodſi etiam nullam tibi curam inji-
„ cerent ea, quæ in ipſo libro continentur,
„ neque intentio, quæ ſcribentis calamum
„ animabat, id a te exigeret, certe liber-
„ tas, quam de hoc opere judicandi ſibi
„ quivis ſumet, a te impetrare debet. Sunt
„ in eo ſententiæ & verba, quæ non ſine
„ ratione in crimen vocabuntur nimiæ liber-
„ tatis & audaciæ: ſunt loci e ſacris literis,
„ quos non ſatis ſeria, ſed ludicra potius
„ interpretatione explicaſſe, atque in rem
„ tuam adhibuiſſe cenſeberis. Et demus etiam,
„ conſilium tuum non fuiſſe, quam loquen-
„ di de modico malorum religioſorum nu-
„ mero, qui bonis, velut lolia tritico, ad-
„ mixti ſunt, multorum tamen mentibus
„ hærebit ea opinio, verba tua omnes Re-
„ ligioſos, eorumque inſtituta a ſancta ſede
„ pro Eccleſiæ emolumento laudata & com-
„ probata, atque univerſum ſtatum monaſti-
„ cum impetere.

„ His meis obſervationibus addo, magnam
„ te a rege, cujus pietatem ignorare non potes,
„ initurum gratiam, ſi huic meo conſilio mo-
„ rem geras. De reliquo, ſi, quemadmodum
„ mihi liquido confirmabas, non aliud ſpecta-
„ bas in libro tuo, quam ut Hierarchiam Eccle-
„ ſiaſticam defenderes, poſtquam modo Reli-
„ gioſi ad voluntatem Epiſcoporum ſe non gra-
„ vate componunt in omnibus, quæcunque
„ hi ab illis jure exigere poſſunt; tantum abeſt, ut
„ cauſſari poſſis jus aliquod, idem acerbe ſcri-
„ bendi genus proſequendi, quod cœpiſti; ut
„ potius author tibi ſim, ut omnibus connitaris
„ viribus obliterare præteritorum diſſidiorum

3. Reſpondit his Cardinalis literis Camuſius (*b*) verbis & ſtylo, qui penitus deditum ipſius voluntati, ac ſubmiſſiſſimum conſiliis animum præferebant; fatetur in epiſtola ſua *aſperitatem* calami, quo contra Religioſos ſcriberet: diris devovet librum ſuum de opere Monachorum, & horrendis execrationibus configit: *Pereat*, inquit, *ſcriptum hoc - - - ejiciatur in terram oblivionis; ſit locus ejus inter ſpolia Achani, & impedimenta Holofernis, ſecundum voluntatem cæli. Ita fiat.*

Sed quamvis obſervantia, quam debebat Epiſcopus Bellicenſis & ſuæ, & Cardinalis regni adminiſtri, ad quem ſcribebat, dignitati, non videatur ullum permittere dubium, quin ſpecioſa hæc animi conteſtatio genuina ac ſincera fuerit; ingenui tamen & ſinceri quidpiam ſibi polliceri a Factioſis, perinde eſſet, ac circumveniri atque ludificari velle. Authorem, qui in ſocietatem Burgofontanorum Deiſtarum cooptari dignus habitus eſt, non oportebat ejus eſſe indolis, ut facile receptui caneret, & rediret ad frugem, quibuscunque demum rationibus ad id incitaretur neque etiam ſeria hæc reſipiſcendi voluntas jure ab eo ſperari poterat, quicquid tandem fucatis verbis pollicitus eſſet.

(*b*) Epiſtola data Pariſiis 26. April. 1632.

Epiſcopus Bellicenſis promiſit Cardinali omnia ; ſed nihil omnium reipſa præſtitit. ***Sanctus Auguſtinus de opere Monachorum***, cum notis & obſervationibus Epiſcopi Bellicenſis, typis excuſus eſt Rotomagi apud Adrianum Ouyn, cum præfixo in fronte nomine Authoris Jo. Petri Camuſii, & ſuffragio trium Doctorum, (*c*) quorum poſtremus, A. de Breda, cum viveret, ſe pro creato ab ipſa legum authoritate ſuffragatore librorum & libellorum omnium, qui a Janſeniana Factione edebantur in vulgus, gerebat. Liber de opere Monachorum non diutius, poſt literas Camuſii ad Cardinalem datas, cunctatus eſt

Quæſtio II.

Quomodo Janſeniſtæ, poſt Petrum Camuſium, proſecuti ſint artes & conatus, Confeſſariis & Directoribus exiſtimationem & authoritatem detrahendi.

§. I.

Lata ſecundum cauſſæ merita ſententia, & reddita Camuſianis libris merces, qua ſe dignos reddiderat, nihil turbavit, aut repreſſit Janſeniſtarum conſilia, neque obſtitit, ut ne Burgofontani ſyſtematis progreſſum omnibus, quibus poſſent, viribus urgerent. Camuſii contra directores declamationes ac ſatyræ, belli, quod Factio illis denunciare atque inferre decreverat, veluti claſſica erant; belli, inquam, quod contra aliquos eorum tamdiu geſtum eſt, donec arma ponerent, & ſeſe ad cauſſam ac partes priorum hoſtium ſuorum, & inimicorum Eccleſiæ adjungerent; belli, quod adhuc movetur in multos alios, & trahetur ac movebitur porro, quamdiu ea erunt virtute ac firmitate animi, ut cauſſam JEſu Chriſti, ejusque ſponſæ Eccleſiæ præferre audeant propriæ famæ & exiſtimationi, atque ignavo inhoneſtæ pacis ac quietis amori.

Epiſcopus Bellicenſis, ut vidimus, animo deliberatum habebat, omnibus univerſim Directoribus & Confeſſariis fidem & exiſtimationem eripere; illi tamen, qui in perficiendo hoc Burgofontani ſyſtematis capite neſarium laborem, quem ille exorſus eſt, proſecuti ſunt, magis conſultum eſſe cenſuerunt, (ne ſimul & uno tempore tot ac tantos adverſarios in caput ſuum accerſerent) intra hos ſe fines continere, ut ſolis religioſis infeſti eſſe pergerent, ſolos armis ſuis, ſeu convitiis ac calumniis inceſſerent; nec diffitendum eſt, hoc ſtrategema ſatis feliciter ipſis ceſſiſſe. Nacta eſt Factio ad hoc bellum tot fere milites,

Immoderatum hunc & inſolentem agendi modum, nemineth unum ignorare ſinit immanis libellorum cumulus, qui a centum & triginta circiter annis in lucem emiſſi, & ubique divulgati ſunt: hinc non niſi partem factorum, ac notabiliorum tantum attingam, quæ id ſpectabant, ut pro faciliore ſyſtematis Burgofontani executione fidelibus omnes Confeſſarii & Directores, qui a Factionis partibus non ſtarent, e manibus extorquerentur.

§. II.

Paulo ante Epiſcopi Bellicenſis obitum, alii quidam Epiſcopi, Factioni dediti, Janſeniſtarum votis ac conatibus, quibus in *deprimendos* directores, præſertim religioſos, incumbebant, ſinguli in ſuis diœceſibus, plurimum momenti & virium addidere. Erant autem, qui hoc ſuo in Janſeniſtas ſtudio tunc enitebant, Franciſcus Caumartinus Epiſcopus * Ambianenſis, Henricus Arnaldus, Antonii Arnaldi frater, Epiſcopus ** Andegavenſis, & Henricus Gondrinus Archiepiſcopus *** Senonenſis.

Primus magna violentia negotium Factionis egit contra PP. Jeſuitas & Capucinos, qua id effectum eſt, ut pro præfinita a Conventu Burgofontano forma, ambo, & hi & il-

(D) 5

(*) d' Amiens.
(**) d' Angers.
(***) de Sens.

illi, ad tempus ſacris fidelium in ſua diœceſi obſequiis inutiles redderentur.

Alter, ex bonitate naturæ moderati ingenii & conſilii, fere Janſeniſta non erat, quam quod a cauſſa ac rationibus Arnaldinæ ſuæ familiæ avelli nollet; putabat autem, poſſe quempiam verum & genuinum eſſe Catholicum, quicquid tandem de facto, ſeu diſtinctione juris & facti Janſenii cenſeret. Diligebat, & mille ſibi beneficiis divinciebat Jeſuitas Collegii * Flexienſis: at ſolicitantibus identidem, & aures obtundentibus Janſeniſtis, qui ex omni latere eum obſidebant, ceſſi

ıoluit, omnisque hæc tempeſtas, quem-
ıodum Ambiani, in id denique deſiit, ut
les Diœceſis Andegavenſis magno Cor-
ıriorum ac Directorum numero, qui eo-
ı animis contra novos errores præmu-
ıdis pares fuiſſent, privarentur. Et vero
inquiſito & explorato haberi poteſt, nul-
Janſeniſtarum machinationem magis ex
entia, & feliciorem præ iſta eventum for-
m eſſe; cum enim Regularium privilegia
ıderent, potiſſimam Curionum partem, &
s etiam aliquot Epiſcopos, eo adduxere,
pſorum ſe partibus adjungerent, & conſi-
um cum ipſis ſocietatem inirent, Curiones
legavenſes, exemplo Epiſcopi ſui conci-
, ſcriptis literis, ut communem hanc ſe-
ı cauſſam agerent, admonuere Curiones
iſienſes, & Factio Janſeniſtica, ſpecioſo
ıine defendendæ Hierarchiæ uſa, capto ex
turbis magno emolumento, in dies ſeſe
ıdit, & acceſſionibus aucta crevit viribus,
culo & damno eorum, qui ipſius pro-
ſibus ſe opponere potuiſſent.

At nihil clarius oculis ſubjecit furorem
ionis cujusdam, quæ vires ſuas noſſe in-
t, quam id, quod in Diœceſi Senonenſi
ıum eſt. Erat Octavio Bellegardio hujus
is Archiepiſcopo ex ſorore nepos, Henri-
Gondrinus, qui in Jeſuitarum Seminario
catus, & bonis moribus ac literis inſtitu-
fuerat. Agebant hi Patres cum Præſule

Avun-

Avunculo, jam multum provectæ ætatis viro, ut Abbatem Gondrinum ſibi muneris ac dignitatis adjutorem adſciſceret. Sed Præſuli non tam benevolus de pietatis ſpecie, quam nepos ſuus ubique præferebat, ſenſus erat, ac aliis: videbat illum propius, & melius, quam quisquam alius, noverat: diu abnuebat Jeſuitarum, quos amabat, ſolicitationibus obſequi, reſpondere ſolitus iis, qui favebant nepoti, ejusque cauſſam perorabant: non noſtis, mei Patres, non noſtis hominem; ſi autem voti, quod pro nepote meo facitis, vos damnem, cognoſcetis illum ſuo tempore. Vaticinio huic plus nimio ſua fides conſtitit. Gondrinus creatus Archiepiſcopus, retinuit aliquamdiu memoriam bonorum officiorum, quibus de eo optime mereri Jeſuitæ ſtuduerant, nec omiſit quicquam, quod Præſul bene in ſocietatem



hæc res ſe habeat, cujus ego me vadem præ-
ſtare nolim, Gondrini Archiepiſcopi peſſime
in Jeſuitas & Capucinos conſulentis agendi
ratio, ſi profuſos huic ſumptus jungas, in
quos faciendos proclivis erat, non vanam
credendi anſam præbere poſſent, Janſeniſtas
ipſum ex ea parte adortos eſſe, qua maxime
imbecillis, & hinc facilior expugnatu erat.

Mutati erga Jeſuitas animi ſigna Gon-
drinus prodere cœpit in ipſo Anni 1647 ex-
ordio. Invitatus ab his Patribus Archiepiſco-
pus, ut in templo ſuo, die circumciſi Divi-
ni infantis memoriæ ſacro, ſanctiſſimo Chri-
ſti corpore populo bene precaretur, condixit,
ſed adjecta hac conditione, ut eodem appa-
ratu ac ritu in ipſorum templo, quo in aliis,
in quæ plena ad ſe ſacra jurisdictio pertine-
ret, excipieretur. Excepere Jeſuitæ venien-
tem in primo hoc officioſo aditu, quo Præ-
ſul templum ſuum honorare dignaretur, om-
ni, quo poterant, cultu ac veneratione. *

Se-

(*) Edixerat poſt obitam apud Jeſuitas luſtrati-
onem Archiepiſcopus, iturum ſe altero die ad
PP. Capucinos. P. Quardianus de re admo-
nitus, interdixit toti ſuæ religioſæ familiæ ne
quis ſe coram Archiepiſcopo iſteret; duobus
duntaxat junioribus Capucinis negotium de-
dit, ut Præſulem ad fores templi operirent-
tur ac exciperent, linteo amiculo ſeu ſuper-
pel-

Sequente anno, imminente Bacchanaliorum tempore, vetuit Præſul (ſed quas vetandi cauſſas haberet, explorari non poterat) ne Jeſuitæ per tres dies antecinerales ſanctiſſimum Sacramentum palam adorandum proponerent, comminatus, ſe, ſi ſecus facerent, venturum ipſum, & ſuis illud manibus ſublaturum. Modus præcipiendi ac prohibendi tam incitatus & inſolitus, & quidem in negotio, quod vel verbo abſolvi poterat, his Patribus mali augurii loco erat, ac diriorem tempeſtatem portendere videbatur, revocabatque in memoriam, ſed nimis ſero, verba illa, quibus Bellegardius ipſis tam ſæpe a

emperaverant Jeſuitæ, hactenus ar-
npetus continuit, ne palam graſſare-
liam igitur viam iniit, qua, quod vel-
ıſequeretur.

no 1649 legem tulit, ut, quicunque
nenſi Jeſuitarum domo Sacerdotio ini-
ent, intra quindecim Paſchalis tem-
es in cathedrali ſua Eccleſia, non ali-
itentibus aures darent, & hoc quidem
m anno. Præſtitere Jeſuitæ, quod
Præſul, atque reliquo anni ſpatio ipſis
um quietis eſſe licuit. Altero poſt
ıtata eſt ſcena: petiit Præſul, ut Je-
sdem quindenis diebus, non amplius
na æde, non in proprio ſocietatis tem-
l in variis Parochialibus urbis Eccleſiis
tes de peccatis ſuis reos audirent. Id
vero

ſo hoc & fumido honore cultus, rece-
ndem, & poſtero mox die omnibus
cinis in ſacræ ſuæ jurisdictionis locis,
interdicit, tanquam hominibus, deteſta-
octrinæ, & quorum virtus ac religio me-
a ac fucata eſſet. Rex de toto hoc even-
octus, non ſatis habuit rem riſu excipere;
:riptis literis Archiepiſcopo ſignificari
nolle ſe quidem in hujus interdicti cauſ-
nquirere; quoniam tamen Capucini de
ſuo bene meriti eſſent, nec niſi de elee-
nis viverent, quas laboribus ſuis ſibi
ararent; cum ob ſublatam ipſis facul-
tatem

vero oneris illi deprecari fas ſibi eſſe putaba
ac reipſa rogabant Archiepiſcopum, ut
ſuis ipſe verbis ſtare vellet, & ſe ſuis n
ribus vivere ſineret. Hic vero lapis offe
ſionis fuit, hic fomes erupturi incendii. A
chiepiſcopus, qui tum erat Pariſiis, ex l
Jeſuitarum reſponſo anſam ſumpſit ordie
tragœdiam, non abſolvendam, quam c
ipſimet ex hoc mundi theatro excedend
erit. Itaque mandata ſua perſcripſit ad I
minum de Beniamin Eccleſiaſticum Diœc
Senonenſis judicem, quem officialem vu
dicimus, ac Generalem ſuum in ſacris
gotiis Vicarium, qui poſt ea ſibi reddi
quinque vel ſex ante Dominicam Palmar

Patres in Diœceſi Senonenſi pro ſacris tribunalibus jus dicerent: nomine & authoritate facultatum & approbationum, repoſuit Rector, quas nobis dedit Archiepiſcopus, & primum 20. Octobr. lapſi anni recens iterum ab eodem inſtauratas ac confirmatas accepimus: Cum autem ab eo exigeret Beniaminus, ut approbationes has ſcriptas exhiberet: a duodetriginta circiter jam annis, excepit Rector, ex quo domicilium habemus Senonibus, pro communi jam uſu & conſuetudine, non niſi ore & voce approbati fuimus, neque Gondrinus unquam, a tempore Archiepiſcopalis dignitatis ſuæ, alium approbandi modum adhibuit, quam quo priores ipſo Senonenſes Archiepiſcopi uſi fuerant.

Poterat Beniaminus ſimpliciter & absque omni ſtrepitu eripere Jeſuitis, atque reſcindere facultates ipſis conceſſas; & totum negotium ac contentio finita fuiſſet: at adimere Jeſuitis facultates, idem fuiſſet, ac fateri, illos easdem aliquando habuiſſe; maluit autem comminiſci, & proinde a Senonenſibus civibus pro re minime dubia accipi, graviter ipſos hucusque a Jeſuitis deceptos fuiſſe, cum confitentibus aures præberent, quamvis nulla ad id facultate atque approbatione inſtructi eſſent: Ut igitur commentitiæ huic confuſioni, atque abuſui mederetur, 9. April. 1650. (*d*) decretum condidit, quo Jeſuitæ in Diœceſi

(*d*) Quo anno Paſcha in 17 April. incidit.

Senonenſi omnino ab adeundo ſacro tribu
& exercendo ſacri judicis munere abſtiner
bebantur *propterea, quod non exhibuerint de probatione, quam ab Archiepiſcopo p tere & petrare debuerant, teſtimonium -- tamdiu, a ad eundem Archiepiſcopum pro illa acquirenda plices acceſſerint.* Poſtridie, nimirum 10 A lis, ipſa Dominica Palmarum, officialis Promotore, atque aliis Curiæ Eccleſiaſ Miniſtris, venit in templum Societatis interea, cum ſacerdos ſub re divina hiſtor Paſſionis Dominicæ legeret, ipſemet præco agens, legit ac promulgavit decretum fu non ſine magno tumultu, ac offenſione pop

ſi pacem ac tranquillitatem redderet, turbasque componeret, quæ ipſi non injucundæ eſſe videbantur. Senones ingreſſus eſt, cum decreto in pera, (*r*) quod in Portu Regio fabricatum fuiſſe, poſtea intellectum eſt; probat in eo, & aſſenſu ſuo atque authoritate firmat omnia, quæ Officialis ſuus dixiſſet, & egiſſet: Jeſuitas proclamat deceptores eſſe, qui nullo jure ac poteſtate potirentur confeſſiones audiendi, cum neque a ſe, neque a Vicario ſuo Generali cenſi, & approbati eſſent: deinde, veluti ex conſcientiæ teneritudine ac impulſu charitatis, quam certe Jeſuitæ nec ambiebant, nec ſperabant, preces communes in tota Diœceſi fundendas imperat, ut reſipiſcerent, & ad meliora conſilia revocarentur; id quod etiam executioni datum eſt. Poſt hæc, pridie feſti Nativitatis Domini, ejusdem anni, Præſul novum ludum præbuit: ipſe ſe contulit in templum Collegii, præeuntium ſuorum Miniſtrorum, & ſequentium ſedecim apparitorum globo ſtipatus: Animus erat illos e Patribus e confeſſariorum ſedibus ejicere atque abigere, quos in iis ad audiendas confeſſiones paratos offendiſſet: invenit neminem: qua re pro voluntate ſibi ſua tam cumulate, ut plus aliquid exrpetere nefas foret, ſatisfactum eſſe diffitei non poterat.

Ex alia parte PP. Capucini ſub id tempo- ob ſuum religionis ſtudium & conatum

(*r*) 4. Maji 1650.

contra naſcentes novos errores magnum, ſi quisquam alius religioſus ordo, in Gallia nomen adepti erant; æquum igitur erat, ut etiam participes eſſent calamitatis, & iram experirentur, qua Factio, & qui illius patrocinium gerebant, conceptum ex adverſis ipſorum conatibus dolorem ſuum ulciſcerentur. Gondrinus his Patribus acerrime infenſus, 28. Jan. 1653 contumelioſiſſimum contra eosdem palam decretum edidit, in quo putida eos affectatione, & non niſi per contemptum ſemper *Fratres Eremitas Ordinis S. Francisci, dictos Capucinos* appellat. Uſitatus ipſius ſtylus id decreto hoc a capite ad calcem idem

huic posteriori novæ eæque acerri-
e injuriosissimæ reprehensionum for-
ferint. Obtulerant PP. Capucini Se-
gio libellum supplicem, in quo con-
as Præsulis vexationes in tuto collo-
bant; cumque addictum ipsis fuisset
im, ac præstita securitas, quam pe-
Archiepiscopus robusto suo stylo iis-
:it, porrexisse *probrosissimum libellum*,
gis Mahometanæ Monachi contra Evan-
ent effingere; - - *Senatum Regium ad*
rruisse: addit, officii sui esse, totum
edocere, Ecclesiam majores inimi-
experiri, quam Capucinos; dehinc
interdictum, in illos duobus ante
tortum, & hujus sui consilii ac se-
hanc rationem reddit, quod eos *eo-*
apertos Ecclesiæ hostes, numero habeat,
ud aptos censeat, quam ad animas in æter-
itatem ac exitium adducendas. Atque
nodus est, quo hic Præsul serviit ac
:oposito Portus Regii; his probris
tis jactationibus infamiam, omnis-
& authoritatis jacturam illis moli-
qui ad tuendam Sacramentorum fre-
, atque propulsandam suis consiliis
errorum contagionem, operam
poterant.

itæ, ut & ipsi suæ, atque aliorum,
secus, ac ipsi pessime ab Archiepisco-
bantur, tranquillitati consulerent,
suam commendarunt Regis Confessa-



cum homine quem
& parem, qui ſui ob
reverentiam peccaret
nali Mazarino, ut ea
li: hic comiter & o
nali, quin tamen co
mitius poſthac a ſe
igitur Cardinalis, cui
rogantia, hac eadem
litatem aggreſſus eſt:
piſcopo, hem Domin
toti cuidam regno, &
mis in pugnas ac bella
thoritatem meam, ſu
piſcopus, in meam
dignitatem meam inva
excepit Cardinalis; Ca
nes: Jeſuitæ prudentes
na & æſtimat; gratian

hementius incaleſceret, interpellat iratum Cardinalis, & narrabo tibi, inquit, quod ſub oculis meis accidit in Italia. Comprehenſus eſt a fidei quæſitoribus homo delirus & fanaticus, qui credebat Patrem & Filium, non tamen in animum inducere poterat, ut crederet Spiritum ſanctum: ridebat omnia Theologorum monita & argumenta; uni tandem, ſimplici illi ac brevi, quo e carceris cuſtodibus quidam per jocum eum aggreſſus eſt, manus dedit: næ tu fatuus es, ajebat cuſtos, quod tam pertinaciter obnitaris veritati, & tuæ opinioni inhæreas; cum enim credas Patrem & Filium, non pluris tibi conſtabit credere etiam Spiritum ſanctum: nam hic tres æque, ac duo, non faciunt niſi unum. Probe intellexit Archiepiſcopus, æſtimari ſe pro fanatico; attamen nec Confeſſarius Regis cum omni honorifico ſuo munere Regii Confeſſarii, non Cardinalis cum poteſtate regni adminiſtri, non Regina regia ſua authoritate valuere quicquam in obſtinatum Præſulis animum: oberrabat ille eadem ſemper aſpera chorda: addebat identidem decreta decretis, ſententias ſententiis, & hoc pacto præmuniebat populi animos ad ſingularem ſcenam, quam dare meditabatur.

Dominica Septuageſimæ, ſeu 26 Januar. anni 1653. magna dies iræ Præſulis erat, quam eidem toti effundendæ deſtinaverat: & en quo apparatu, quam horrida ſpecie! Voluit Archiepiſcopus in omnibus urbis templis æs

campanum ſonare pro more & modo, quo cum efferuntur funera, fieri ſolet. Evocatus tam lugubri ſono populus in ſummam ædem confluit: adeſt Præſul pontificio habitu coloris violacei indutus, mitratus, & præcedentibus cruce ac pedo, cereum candidum manu gerens, cinctus miniſtris ſuis, & undecim urbis parochis, qui & ipſi candidis cereis accenſis armati erant: tum primum ſimul & poſtremum in omni vita, metropolitanæ ſuæ Eccleſiæ cathedram conſcendit, & per quinos horæ quadrantes cruentam *de Fratribus * Societatis Nominis JE/u* concionem habet: illorum mores acerbiſſime exagitat, moralem

plitudini fervoris ſui ſe permittit, & vehementiſſimo animi motu incitatus, populum ad ſeditionem contra *dictos Fratres Societatis nominis Jeſu* commovere nititur, ſimulque ducem ſe fore profitetur illorum, qui ſecum *hos Fratres* e civitate ejecturi eſſent: *Eliminentur*, clamat, *abigantur hæ ſocietates hæreticæ, ſchiſmaticæ, perniciosæ; ſequimini præeuntem, cum illas expellam*: mox extinguit facem, & confractam humi abjicit: idem faciunt Archiepiſcopi Miniſtri & Curiones, qui cathedram ambiebant: interea omnis populus ſtat attonitus, & in momenta excutiendum a Præſule in Jeſuitarum capita, quibus male metuebat, fulmen expectat: at eo ſe non extulit Paſtoris æſtus, ſatisque habuit anathematis ſententia ferire illas ſuas oves, atque ſubjectos, *qui audent adhuc, & poſthac audebunt ad Fratres Societatis Nominis JEſu, facien-*

---

meditando detexerint novum nomen & honoris titulum, quem *Fratrum* nomini adderent, eoque Jeſuitas ornarent: Vocant illos *Soi-diſans*, ſeu Fratres ſe ipſos dicentes Jeſuitas, vel *Soi-diſant* de Jeſus, Fratres Societatis JEſu, ſeipſam ita appellantis. Quam ingenioſum hoc, quam bellum inventum eſt? Verum cur Jeſuitæ ſe ipſos non dicant ac nominent *Jeſuitas*, vel *Patres Societatis JEſu*, poſtquam ſummi Pontifices, Epiſcopi, Reges, Principes, & ipſi etiam Galliæ Status anno 1614 hanc appel-

dæ confeſſionis gratia adire: his ipſis autem *Fratribus* in diœceſi ſua omni functione Eccleſiaſtica interdixit, relicta ſolummodo poteſtate, intra ædium ſuarum ſacellum ſacris operandi.

Lapſo poſt tam illuſtrem expeditionem menſe, prima Menſis Martii Dominica Antiſtes fatigari neſcius, primum venit * Joviniacum, dein ſecunda ejus menſis Dominica * ad ſancti Florentini fanum, ut eodem truculento orationis genere contra Capucinos, quo in cathedrali ſuo templo contra Jeſuitas, e ſuggeſtu omnem ſuum furorem effunderet, atque eodem apparatu ſimilem latæ Senonibus interdicti & proſcriptionis a ſacris ſententiam indiceret.

Jeſuitæ infenſiſſime habiti, & in extremum caſum deducti, cum poſt omnia injurioſiſſima edita contra ſe decreta, & plenas ignominiæ ſententias ad ſummum Pontificem appellaſſent, æquum pro votis Roma reſponſum tulere: Litteræ Pontificiæ Regi exhibitæ, &

---

appellationis normam præſcripſere, ut dicerentur *Patres Societatis JESU*? Videatur novus chatechiſmus de præſenti cauſſa Jeſuitarum pro uſu Diſcipulorum Gratiæ, ſeu Cathechiſmus Ante-Jeſuiticus anno 1762 editus. *Interpres.*

(*) Joigny. (*) S. Florentin.

& receptæ ſunt; additum his literis a ſenatu Regio decretum, quo Archiepiſcopus ab omni porro inferenda Jeſuitis moleſtia abſtinere jubebatur. Sic vis arcanæ machinæ, qua agebatur Præſul, & ad tot violenta conſilia atque actiones impellebatur, aliquantum repreſſa eſt: ipſius quidem ira poſthac ad perpetranda diriora foras non prodiit; attamen mitigata nunquam, nec ante mortem extincta eſt.

Si qua narrationi fides eſt, qua Gondrinus certam pecuniæ ſummam a Portu Regio quotannis recepiſſe dicitur, ut ex mente ac conſilio Sancyrani, Jeſuitis ultimam perniciem afferre conniteretur, ſane negari non poteſt, hanc ipſum mercedem jure commeritum, dignamque attributo ſibi pretio operam præſtitiſſe. Poterat etiam poſt obitum ſuum inſignem locum obtinere in Factionis Necrologio, qui ſane flagranti ipſius in ſectæ inimicos odio debebatur; alias etiam, toto Epiſcopalis ſui muneris tempore pœnitentiam publicam conſtanter verbis probabat, laudabat, prædicabat, ut hoc ſe loco dignum redderet; neque certa quædam & liberior morum ac vitæ ratio, quam non ſemper tanta cura celabat, quantam & ipſius & Factionis honor poſtulabat, forte obſtaculo fuiſſet, ut ne honorificus hic locus ipſi decerneretur: At docet nos ſcriptor Hiſtoriæ Janſeniſmi; quonam facto, ſeu, quod ipſe mavult, delicto Gondrinus in graviſſimam eorum, quorum violentis

lentis conſiliis tam generoſe inſerviit, offenſionem incurrerit, ſuisque ipſe luminibus obſtruxerit, ne in Janſenianorum Divorum faſtos referretur, aut ſaltem Portus Regii Heroibus accenſeretur.

Petrus de Marca Toloſanus primum, ad ultimum Pariſinus Archiepiſcopus certum fecerat Gondrinum, (*f*) „ omnes illos, qui „ non obtemperarent (hoc eſt, Pontificiæ „ Conſtitutioni Innocentii X pure & ſimpliciter ſine ulla exceptione aut arbitraria interpretatione ſubſcriberent) „ inhabiles ad cunctas „ functiones declarandos, voce activa & paſſiva privandos, & ipſis etiam beneficiis ſuis „ Eccleſiaſticis „ dignitatibus ac muneribus „ exuendos eſſe: hæc comminatio dejecit Archiepiſcopum Senonenſem, & impulit, ut „ - - - per turpem ignaviam cederet, ac „ profiteretur, ſe ſincere ſeſe ſubjicere, atque „ obſequi Bullæ Innocentii X. - - quoniam „ ad id religione ſe obſtrictum eſſe crederet. „ Et ſic, pergit Hiſtoricus, non ad vocem „ ancillæ, ſed aulicorum quorundam Epiſcoporum, Ludovicus Henricus Gondrinus, „ qui tam intrepidum hucusque ſeſe cauſſæ „ vindicem oſtentaverat, cum maxima nomi„ nis ſui labe veritatem ejuravit. „ Cenſui, hunc a me honorem habendum memoriæ hujus Præſulis, atque eventum hunc recenſendum fuiſſe: Felicem illum, ſi verbis reſpondit animus, & intento in fines homine Chri-

(*f*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom III. pag. 310.

Chriſtiano digniores, ac illi tribuuntur, animo ad Catholicorum partes acceſſerit! *

§. III.

Ex omnibus variis his in Diœceſibus dimicationibus, quæ generalem illam aggreſſionem excepere, qua Petrus Camuſius in omnes omnino animorum moderatores invectus eſt, cauſſa Factionis magna incrementa cepit. Horum moderatorum aliqui, ut ſibi caverent a malignitate hominum, qui neſcirent ullius famæ parcere, nihil poſthac obloqui, & ſurdis omnia auribus prætermittere ſtatuerunt, perinde fere, ac ſi negotia & emolumenta vel damna Eccleſiæ ad ipſos nihil pertinerent: alii corrumpi ſe paſſi ſunt, neutiquam Factionis, cujus partes amplexi fuerant, doctrinæ morum ſeveritate abſterriti. Reliqui firmi & fortes in arena perſtitere.

Hic rerum ſucceſſus eo valuit, ut Factio aliam pugnandi rationem iniret: non jam amplius id agebatur, ut omnes animorum rectores notarentur infamia: dediticii & corrupti, quos cum ex Eccleſiaſtico ordine, tum plu-

(*) Ex hactenus de Archiepiſcopo Senonenſi dictis habuiſſent Lexicographi Lipſienſes copioſum argumentum, Ludovico Henrico Gondrino prolixius, quodque ad veritatem magis accederet, concinnandi elogium, quam quod eidem Tom. XI. col. 179. ex neſcio qua Janſeniſmi hiſtoria, & Gourvillii commentariis texuere. *Interpres.*

pluribus religioſis familiis ſibi devinxerat, nova ſua animos gubernandi methodo tantumdem ſyſtematis Burgofontani executionem adjuvare & urgere poterant, quantam alii moram injicere, qui antiquam inſiſtentes ſemitam, fideles contra depravationis periculum præmunire laborarent. Præſens itaque ſectæ ſtatus exigebat, ut omnibus, qui ad Factionis partes ſe adjunxiſſent, fama ſua & authoritas illibata ſervaretur & integra: reliquos autem, quos Factio ſibi infenſos haberet, infectandi, & omni artificiorum ac calumniarum genere deformandi nullus finis fieret.

Ut autem res hæc bene verteret, nec ulla ratione fraudi eſſe poſſet directoribus, qui ad Janſeniſmum defecerant, ratum habuit Factio, ut omnibus Catholicis directoribus generale quoddam nomen inderetur, ex quo fine errandi periculo conſtaret, quinam ſatyricis ſuis criminationibus ac calumniis impeterentur. Appellationem hanc deligere poterant Janſeniſtæ ex nominibus multorum Sodalitiorum ac communitatum, ſeu Eccleſiaſticarum, ſeu Religioſarum, quæ magno ſe religionis ardore ipſorum erroribus opponebant, & ob id tanto honore dignæ erant: ſed adoptandum cenſebant nomen *Jeſuitarum*, aut ut verius dicam, illa nomina, quæ jam olim Calviniſtæ his Patribus impoſuerant * *Puto*, in ſapientibus ſuis colloquiis de gratia ait Epiſcopus

(*) Tom. II. pag. 180.

opus Andegavenſis, *a me pratereundum non e, quod illi in ſcriptis ſuis nomini Janſeni-rum ſemper opponant nomen Moliniſtarum*: odie ergo in Janſeniſtarum ore nominibus *eſuitarum*, *Moliniſtarum*, *Semipelagianorum*, quandoque etiam *Pelagianorum*, eadem vis ſenſus ineſt, nec ea ſolos Jeſuitas deſi-ant, ſed & ſummos Pontifices, Epiſco-os, Eccleſiaſticos, & Religioſos omnis loci ordinis, qui ex veræ religionis ſtudio con-a Janſenii hæreſin depugnant. Quin imo imi ex his quatuor nominibus, nempe *ſuitarum*, ſignificatio ex Janſeniſtica vo-um inſtitutione ipſos etiam Reges, Princi-s & alios ſummos viros complectitur, qui ctæ progreſſibus quoquo modo intercedunt, amque obſtruunt; & ut hujusmodi ineptiis eciem quandam veriſimilitudinis allinant, pudenter mentiuntur & ſpargunt, Jeſuitis „ certas easque arcanas regulas poteſtatem facere, adſciſcendi ſibi Jeſuitas profanos, degentes in ſæculo, qui nec dignitate ſua, nec profano habitu abdicato, veri ſint Societatis Alumni, ſubjecti ſimul & ſummi Principes; „ qualis erat Rex Ludovicus XIV, ii (*h*) ut fingunt, Jeſuita erat, & Archiux Leopoldus, Belgii Gubernator, qui & ſe Societati adſcriptus, & quidem (*i*) *Profſus brevioris togæ* fuit. Ve-

(*g*) Reſponſ. ad quendam Præſulem de recuſ. &c. pag. 9.

(*h*) Ibid. Vide etiam Tom. II. Anecdotorum de Conſtitut. pag. 7.

(*i*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. I pag. 206.

Verum quibus tandem meritis Jeſuitæ conſecuti ſunt, ut Burgofontana Factio omnibus Catholicis directoribus, quos atrociter ſibi vexandos & infamandos ſumpſerat, nomen *Jeſuitarum* potius, quam nomen cujusdam earum congregationum, quas Janſeniſmus contagione ſua nondum infecit, indiderit? Quibus tandem meritis, repeto, hi Patres conſecuti ſunt, ut Factio contra illos longe majore rabie & immanitate, quam contra quosvis alios, ſæviat & bacchetur? Janſeniſtæ hujus odii ſui & crudelitatis rationes ipſi publice reddidere. En tibi aliquas.

qui Jeſuitas æquare poſſit: reliqui non niſi tranſcribunt, quæ illi commentati ſunt: ergo omnes alii nomine Jeſuitarum denotari poſſunt

Ideo fit, ait literarum harum interpres, quia, quamvis alii tradiderint doctrinam Jeſuitarum, & per hoc, quemadmodum aſſerit, (*m*) „ a veritate aberraverint, error tamen hic non „ niſi illis ipſis, vel ad ſummum exiguo aliorum „ numero damnum affert: at Jeſuitæ, cum per „ omnes orbis partes diſperſi ſint, perniciem „ important toti Eccleſiæ, quam ubique novi„ tatibus ſuis corrumpunt. „ Ergo intacti præternitti poſſunt omnes reliqui, & eo convertendæ omnes curæ ſunt, ut quemadmodum voluit & ſtatuit Sancyranus, *Jeſuitarum Societas pro emolumento Eccleſiæ deſtruatur.*

Ideo fit, teſtatur Anonymus factionis ſcriptor, qui (*n*) „ Si etiam Jeſuitis honor ille, „ quod primi falſos ſolutæ & mollis doctrinæ „ moralis fontes aperuerint, non debeatur, hæc „ tamen gloria illis abjudicari nequit. quod „ affectum duntaxat prius corruptæ huius do„ ctrinæ ſyſtema perfecerint. „ Num ergo nominis celebritas, quam ipſis conciliant Janſeniſtæ, illis debita non eſt ?

Ideo fit, affirmat Præfationis, quæ *moralis Jeſuitarum* præfixa eſt, author, quia, (*o*) „ qui „ vult arborem exſcindere, non ſe in ramo, jam

(*m*) Litteræ Provinciales latine redditæ cum notis. T. I. p. 92. Edit. an. 1700. (*n*) Epiſt. I. Theologi cujusdam ad Epiſcopum quendam, pag. 32. Anonymus hic Scriptor eſt Abbas Couetus, ut infra dicetur.
(*o*) Videatur Præfatio.

„ hoc, jam illo ſingillatim decutiendo detinet, „ ſed ſecuri ipſum ſtipitem & radicem ferit, qui„ bus reſectis, etiam rami corruant neceſſe eſt; „ non ſecus, pergit ille, exiſtimavi, evulſa per„ nicioſa Jeſuitarum doctrina de moribus ac „ conſcientiæ quæſtionibus, uno eodemque „ ictu amputaturum me omnia, quæ in aliis no„ vorum Caſuiſtarum libris cum illa congru„ unt, quandoquidem hi prope omnes ex Jeſui„ tarum diſciplina prodierunt, &, quod perpe„ ram docent ac ſcribunt, vel in illorum ſcholis, „ vel ex illorum libris didicere. „ Ergo, cum fuerint Jeſuitarum diſcipuli, jure merentur omnes, ſub nomine Jeſuitarum turpiſſima ſpecie

ixneſius, quia, (*q*) „ diu jam eſt, ex quo „ bellum duntaxat defendimus; tempus eſt, „ ut illud non accipiamus amplius, ſed infe„ ramus, & inſtructa acie hoſtem (Jeſuitas) „ a fronte adoriamur. Eja! denunciemus „ eos ex juris forma Eccleſiæ: vires junga„ mus Benedictini, Dominicani, Canonici Re„ gulares, Carmelitæ, Patres Oratorii, & „ ut verbo dicam, quicunque doctrinam SS. „ Auguſtini & Thomæ Aquinatis profitemur: „ duces nobis & antelignanos deligamus „ Doctores & Eccleſiaſticos, qui ſe a nume„ roſa & valida Jeſuitarum factione in laqueos „ indui paſſi non ſunt, præcipue autem *paucos „ illos Epiſcopos*, qui in Gallia incolumem ſer„ varunt in animo integritatem fidei: omni „ vi, mentisque robore ſigna inferenda ſunt „ ſectæ Jeſuiticæ, ut funditus extirpetur. „ Prô! quantos animos inſpirat aura Hollandiæ, ex qua tam pretioſæ merces in hujus Monachi Apoſtatæ litteris ad Pediculum ſeu Petitpiedium devectæ ſunt in Galliam!

Hoc itaque contendunt hi Novatores, quod Jeſuitas invadere & dejicere, vera illa & arcana rei efficiendæ ratio ſit, qua non Jeſuitæ tantum, ſed & omnes, quos Janſeniſticis Nomenclatoribus *Jeſuitarum* nomine inſignire placet, nempe *ingens numerus Religioſo-*

(*q*) Commentar. III. de conſiliis ac molitionibus Janſeniſtarum pag. 2. Documenta horum Commentariorum autographa extant in Bibliotheca regia.

hi proterantur, & omnium ludibrio
tur: Verbo, perſuaſum ſibi habent,
hanc viam eſſe, qua ad abſolution
matis Burgoſontani, cujus Eccleſiæ J
ſti demolitio ſcopus eſt, perveniri poſ

Verum o cæcos & inſipientes,
vident, quantum & plusquam nim
honorem habeant, quos omnium
conculcari optant! Eccleſiæ JEſu C
Jeſuitis opus eſt, nec cujusvis alte
vati opera, ut ad finem temporum
mis & illibata perſeveret: at oporte
hoc loco jus ſuum reddi, cui debet
ſeniſtæ primi non ſunt, qui tam inep
nionem concepere animo: jam alibi
hanc illos ab apoſtata Fra-Paolo, ſeu
lo Sarpio mutuatos eſſe, qui jam
ante ipſos aperte edixerat, ad id, u
licæ religionis deſtruendæ conſilio ipſ

e opus reſpondeat, exordium ab evertendis uitis ducendum eſſe. Hoc autem poſito, c eſt, ſi hunc Chriſto Servatori tam contu-lioſum, & promiſſis ipſius adeo adverſum, ituum inter Eccleſiam & Jeſuitas nexum, ac deſtructa ſocietate deſtrui poſſet Eccleſia, gamus; poterantne Janſeniſtæ conſectaria igis ratione rem agere, quam ut quemadmo-m ſemper fecere hactenus, in Jeſuitas vio-ito impetu incurrerent, & nomine *Jeſuita-n*. vel *Moliniſtarum*, vel *Semipelagianorum*, *Pelagianorum* omnes comprehenderent, qui tæ progreſſibus, & ſyſtematis ipſorum exe-ioni omni conatu obnituntur?

Sub his itaque nominibus quomodo Fœde-i Burgofontani omnes & ſingulos directores tholicos immaniter dilanient, ex iis, quæ hac parte V adhuc dicenda reſtant, intel-emus; videbimus tamen. Jeſuitis in ca-nnioſis eorum ſatyris primas ſemper & iſſimas partes tribui; & hoc ob graves il-rationes, quas ab Janſeniſtis mundo red-as fuiſſe diximus.

§. IV.

A pluribus annis Factio Janſeniana contra *ruptam Jeſuitarum moralem doctrinam* con-tiſſima voce ex omni parte vociferaba-; at ratione quadam admodum diffuſa ac ga. quæ longe aberat ab eo. ut tantum, antum volebant Janſeniſtæ, apud hominum mos momenti haberet. Itaque fortunam a via tentare placuit, cui etiam eventus non

male reſpondit : Sancitum fuit , *abominanda doctrinæ capita* , veluti a Jeſuitis primùm inventa ac tradita , in unum cumulum conferre, & publicæ luci exponere , tam opipare elegantiis ſtyli , & feſtivis rerum ſignificationibus ac narrationibus condita , ut quamvis plena horroris eſſent, quæ Juſuitis affingerentur dogmata, legenti tamen non modo non faſtidium, ſed oblectationem etiam, & magnam lectionis proſequendæ aviditatem afferrent. Portus proinde Regius novæ formæ ſuppeditavit actorem, qui huic ſcenæ ſerviit, & hæc *abominanda principia ac dogmata* in publicum extulit, hoc adſcripto titulo : *Ludovici Montaltii literæ ad omi-*

hoc magiſtro & moderatore in Chriſtianæ perfectionis ſemita progreſſum fecit ; nec forte injucundum erit lectori , ſi hoc loco ipſius oculis ſub iciam imaginem , quam de ſuis virtutibus ſua ipſe manu pinxit : Eam in ſcheda ab ipſomet exarata , poſt mortem inventam, * Perieria ipſius ſoror in hiſtoria vitæ fratris tam bene meriti , quam in lucem dedit , poſteritati ſpectandam reliquit.

(s) Amo paupertatem, ait in hoc codi„ cillo ſuo Paſcalis , quia Jeſus Chriſtus eam „ amavit : Amo bona fortunæ , quia ſubſidia „ mihi ſubminiſtrant , quibus miſeros juvem ; „ fidem ſervo omnibus : malum non reddo „ illis , qui male mihi faciunt , ſed ſortem „ iis opto meæ parem , in qua a plerisque nec „ bonum nec malum recipio. Satago ſemper „ omnia ad veritatem loqui : fidelis & candi„ dus ſum erga omnes ; eos autem tenero „ amore complector , quos mecum Deus ar„ ctius conjunxit : ſive ſolus ſim , ſive in con„ ſpectu hominum , in omnibus meis actio„ nibus Deum , qui de illis judicaturus eſt , „ cuique omnes conſecravi , præ oculis ha„ beo. Ecce animi mei ſenſa. Cunctis vitæ „ meæ diebus laudo meum Redemptorem , „ qui illa mihi ſuggeſſit , & ex homine infir„ mitatibus , miſeriis , cupiditate , ſuperbia , „ ambitione pleno , *formavit me homi*-

(s) Vita Paſcalis pag. 31.
(*) Madame Périer.

„ *nem ab omnibus his malis immunem*,
„ idque per virtutem gratiæ, cui hæc omnia
„ debeo, quippe qui a me ipſo non habeam,
„ niſi miſeriam & horrorem.„

Quodſi jam ex hac forma, a literarum Provincialium authore de ſe ipſo exhibita, quid de his ipſis literis, tanquam celeberrimo omnium, quæ ipſius ſe calamo debent, opere cenſendum ſit, ſtatuamus, quantum non pretium, quanta laus illi a nobis decernenda erit? aut quis, per Deum! vel cogitationem admittere auſit, his literis aliquid cum executione deteſtabilis Conſilii Burgofontani com-

um plerumque id contingere ſolet, ut
os amici melius, quam nosmetipſi,
s ac cognitos habeant. Paſcalis bona
ſerit, quæ de ſe ipſo ſentiebat: largia-
omini: at boni Paſcalis amici in Portu
a de ipſo teſtati ſunt, quæ omnino
it, non in ea illos fuiſſe ſententia,
ſcalis ab omni labe ac vitio immunis
am verba illorum ſunt, (t) „ parum
ibui poſſe ipſius teſtimonio, utpote
ris alienis tantum cernentis oculis, &
uas narrat, leviter edocti. - - Cum
Provinciales ſcriberet, ſola eorum
cum fuiſſe, qui ſuggerebant authorum
quos deinde in his litteris adducebat,
d ipſos ſe fontes referret: & inſpecta
m verba, omnemque orationis con-
i cum ſuppeditatis ſibi ſchedis confer-
ɛpe falſis vel incertis fundamentis exo-
hantaſiæ ſuæ ſyſtemata inædificaſſe,
illum, ubi conſiſterent, quam in ipſius
, locum habeant. „
tam exigua fide, & obnoxio delira-
ngenio, ipſis Janſeniſtis teſtibus, erat
æcipui fere inter Factionis libros ope-
ɛris, inquam, quod certos quidem
mirifice delectabat; at non ſine in-
trimento veritatis, charitatis, &
e addo, religionis; nam literis Pro-
is duplex argumentum ac ſcopus erat:

(F) 5 ſecun-

(t) piſtolam cujusdam Eccleſiaſtici ad amico-
orum quempiam pag. 81 & 82.

ſecundarius, inſpirare animis quinque Burgofontanæ doctrinæ capita, ſeu hæreſin Janſenii: primarius autem, conſtitutum Burgoſonte tertium evertendæ religionis adjumentum ipſo uſu experiri; hoc eſt, probris obruere & contemptiſſimos reddere, qui tam execrabile conſilium ſufflaminare poſſent.

Atque hoc erat, quod Portus Regius Paſcalis calamo efficere cogitabat; id, quod monſtrare paro, non adducendo quidem excerptos ex libro locos ac teſtimonia; integrum enim oporteret exſcribere, & huc transferre; ſed via quadam breviore, certiore, & prompto aſſenſu

omnino contemnendi. Certe, quam exiguo loco habuerint Janſeniſtæ decretum, (*w*) quod tam pretioſum ſibi librum damnabat, manifeſto documento eſt, quod poſt illud eodem, quo ante, conatu literas Paſcalis ubique diſſeminare inſtiterint, & ad urgendum melius conſilii ſui ſucceſſum, latino ſermone donatas, uno poſt inflictam illis Romæ infamiæ plagam anno, cum Guilielmi Wendrockii, ſeu Nicolei notis, alteris typis excudi curaverint. Literæ ita latine redditæ cum novis ſuis ornamentis ex Regis decreto quatuor * Epiſcopis, & novem Sorbonæ Doctoribus, (*x*) iisque *omnibus Moliniſtis & Semipelagianis* (ait ſcriptor hiſtoriæ Janſeniſmi) recognoſcendæ & expendendæ traditæ ſunt. Teſtantur autem hi Præſules ac Doctores, (*y*) „ „ Janſenianas hæreſes ab Eccleſia damnatas „ propugnari, atque defendi tum in dictis „ literis Ludovici Montaltii, tum in notis „ Guilielmi Wendrockii, tum in adjunctis „ Disquiſitionibus Pauli Irenæi, atque id eſſe „ tam

(*w*) Decretum Alexandri VII. datum 6. Sept. 1657.
(*x*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. II. pag. 462.
(*y*) Judicium 7. Sept. 1660.

(*) Inter quatuor hos Cenſores Epiſcopos erat etiam Franciſcus Ambianenſis, ſed longe alius a Franciſco Ambianenſi Epiſcopo, cujus in P. IV. & paulo ante in hac parte V, mentio facta eſt; quippe hujus ſucceſſor. Videatur Gallia Chriſtiana Dionyſii Sammarthani in Epiſcopis Ambianenſibus. *Interpres.*

„ tam manifeſtum, ut ſi quis neget, neceſſe
„ ſit, vel non legiſſe librum hunc, vel non
„ intellexiſſe, vel certe, quod pejus eſt, non
„ putare id hæreticum eſſe, quod a ſummis
„ Pontificibus, & ab Eccleſia Gallicana, &
„ a ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſis dam-
„ natur ut hæreticum.„ Inſuper declarant,
„ maledicentiam & petulantiam tribus illis au-
„ thoribus adeo eſſe familiarem, ut nulli ho-
„ minum cónditioni parcant, exceptis Janſe-
„ niſtis, non ſummo Pontifici, non Epiſco-
„ pis, non Regi, non præcipuis regni admi-
„ niſtris, non ſacræ Facultati Pariſienſi, non
„ religioſis familiis.„ Notemus probe, quod

ncia, (a) „ tanquam refertæ calumniis, mendaciis & erroribus, maledictis & rebus confictis, ac falſo attributis Sorbonicæ facultati, ſacræ Dominicanorum familiæ, ac Societati Jeſuitarum, *ut iis ignominia & invidia quæratur.* „ Sacra inquiſitio Hiſpani- * idem de iis, quod alia tribunalia, judicium tulit, nimirum „ librum hunc continere propoſitiones hæreticas, erroneas, ſeditioſas, ſcandaloſas: Apologiam eſſe doctrinæ Janſenii ab Eccleſia proſcriptæ; non ſine ludibrio atque irriſione eorum, qui geminam ſcholam Thomiſtarum, Jeſuitarumque ſectantur: ad inſignem divi Thomæ injuriam, quem perſuadere conantur unum atque idem cum Janſenio ſentire; denique, dum agit de moralibus opinionibus, in Societatem JEſu inprimis contumelioſum eſſe.„ ıdicent modo animi, ab omni ſiniſtro affeu vacui, nullaque prava opinione prævenquæ Janſeniſtarum mens ac conſilium fuet, cum has literas vulgarent, hominumue manibus legendas ubique obtruderent.

§. V.

Nunquam hæreſis inſoleſcit acrius, & auet majora, quam cum ſibi cauſſam quanam atque obtentum fabricata eſt, ex quo ſe alam oſtentare poſſit. Janſeniſtæ, poſtquam er calumniam confinxerant, Evangelicam mo-

(a) 9. Febr. 1657. (*) 5. Jun. 1693.

morum doctrinam ab adverſariis ſuis fœdiſſima ſentiendi libertate inquinari, a fucata tuendæ ejusdem doctrinæ ſpecie anſam arripuere, libere ſe & audacter foras efferendi: ex omni latere de *molli*, *laxa*, *corrupta doctrina morali* ingentes clamores edebant. Nunquam Caroli Borromæi, Philippi Nerii, Franciſci Saleſii, Thomæ Villanoviani, Thereſiæ a Jeſu, Vincentii a Paulo, Ludovici Granatenſes, Cardinales Berullus & Rupifucaltius, Petri Forreri, qui optime perſpectam habebant Jeſuitarum doctrinam, & cum magna utilitate ex ipſa conſilia ſua capebant, nunquam grandes hi viri iſtorum patrum doctrinam talem eſſe cenſuere, qualis a Janſeniſtis proclamabatur.

Tum vero patuit, quanta jam, ab acceſſione Eccleſiaſticorum ſecundi ordinis, Janſeniſmus incrementa ſumſiſſet: ubique erant, qui eadem modulatione ac vocis ſono ſuccinebant, quæ in ſuis *Provincialibus literis* præcinebat Portus Regius: quocunque & cujuscunque demum impendio ex his literis compendium quoddam ſuum ac lucrum facere cupiebant, nihil omnino ſoliciti, num proſcriptæ illæ ſint, an ſecus; easque legere fas foret: qua in re præcipue Curiones Janſeniani Rotomagenſes, Ambianenſes, & Senonenſes, ipſique etiam in poſtrema hac diœceſi Decani rurales præ aliis Factioni ſe deditos præbuere: pluribus annis non alii audiebantur ſermones, quam de propoſitionum indice, quæ

ex

[redacted]

Provincialibus literis excerptæ ad Episco-
um tribunalia deferebantur, ut eorum
:entiis configerentur. Sed nullibi nego-
n ardentius gestum est, quam Parisiis.

A multis jam annis solertissime id age-
ıt Jansenistæ, ut quotoscunque possent,
regiam hanc urbem Curiones inducerent,
bus Jansenii caussam cordi esse, atque adeo
ırimum iisdem confidere se posse scirent:
t ex illo tempore tanta eorum, qui Janse-
nis erroribus infecti erant, copia, ut in
ıventibus menstruis, quibus deinde ipsis
erdictum est, novitatum Patroni semper
orruptos ac integros numero superarent,
quemadmodum Factionis quidam scriptor
ert, (*b*) *frustra aliqui e Curionibus, qui*
ri Molinistæ erant, vel se spiritu bonorum
trum (Jesuitarum) *agi, eorumque consi-*
gubernari sinebant, rabie perciti sus deque
terent omnia, ut suis suffragiis ac sententia
iquos vincerent.

In horum conventuum uno 4. Sept. 1656.
npus jam esse visum est utendi animorum
otibus, quos *literæ Provinciales* concive-
ıt, & ad concitandum in toto regno tumul-
m veluti signo edito, omnes Galliæ Curio-
s ad conferendam contra sectæ inimicos
eram inflammandi. Rem executa est octo
st diebus pars corrupta Curionum Parisien-
si-

) Collectio documentorum pro historia Portus Re-
gii pag. 281.

ſium, dãtis ad reliquos literis encyclicis cum hac inſcriptione : *Monitum Curionum Pariſienſium ad Curiones cæterarum diœceſium in Gallia, de perverſis principiis quorundam novorum Caſuiſtarum.* At audax hoc factum, quod tam apertam conſpirationis ſpeciem præferebat, longe minorem, quam ſibi ſpondebant, effectum ſortitum eſt : Cleri Gallicani comitia, quæ hoc anno celebrata ſunt, illud ex ſpiritu *Factionis & clandeſtinæ molitionis* (his verbis ſenſum ſuum exprimunt) profectum eſſe cenſuerunt, & * Rouſſeum ac Dupuyum, Curionum Procuratores, coram ſiſtere ſeſe, & de hac inconſulta temeritate ra-

„ ad omnem bonam fidem exactas eſſe cenſe-
„ bant, magno adverſus malos Caſuiſtas purio-
„ ris Ethicæ ſtudio exarſiſſe; Jeſuitas autem
„ terram cælumque commoviſſe, ut *abominanda*
„ *ſua placita* ſarta tectaque ſervárent: verum
„ illud forte adhuc in obſcuro eſt, Curiones Pa-
„ riſienſes, qui ſingulis menſibus tum temporis
„ pro tractandis Parœciarum ſuarum negotiis
„ cœtus agere conſueverant, primos conſilium
„ iniiſſe, laxæ moralis condemnationem po-
„ ſtulandi. „

Sub idem tempus, rebus ita ſe habentibus (*d*) Jeſuita Pirotus, inconſulto in Societatem ſuam, quam indignis adeo modis haberi cernebat, ſtudio incitatus, ſine authoris nomine, invitis ſuis Præſidibus, *apologiam Caſuiſtarum*, quos Paſcalis in ſuis literis reos peregerat, in lucem edidit: nihil importunius, & alieno magis tempore prodire poterat. Sorbona tria in hoc opere dogmata deprehendit, quæ author ab erroris labe purganda ſuſceperat; illa vero a ſe reprobanda cenſuit: oculi tamen Curionum Janſenianorum multo acriores & acutiores erant: videbant hi in apologia longe majorem ejusmodi dogmatum numerum; ergo novo æſtu hujus libri condemnationem urgebant; propterea, ut certius cauſſam obtinerent, ad profanum tribunal, ſupremam curiam Pariſinam rem deferre parabant; ſed Regii mandati interventu prohibiti, & ad forum ſacrum Vicariorum Gene-

(*d*) Videantur Commentarii chron. anni 1659.

ralium Cardinalis Retzii controverſiam hanc adducere juſſi ſunt. Equidem cardo difficultatis non vertebatur in eo, ut frequentibus clamoribus id, quod *pravam moralem* compellabant, proſcribi peterent; ex certa quadam decentia, pro tuendo Curionum tam ardentium, tam perſpicacium honore, oportebat eos hanc *pravam moralem* probis & ſolidis rationibus convellere: majoris id laboris opus erat, quam contra eam confuſis vocibus declamare: introſpiciebant hi Domini omnem difficultatem: reſpectabant ſe mutuo, & nullus ſubeundo huic muneri ac oneri humeros ſentiebat.

Exiguæ etiam perfugii rimæ, ac minima adminicula nonnunquam valde opportuna ac pretioſa ſunt. Erat inter hos Curiones Abbas * Mazureus ad S. Pauli Curio, e cujus calamo ad illud usque tempus nihil palàm exierat.

[redacted]

opus erat, ut inter Portus Regii Heroes inſignem locum acquireret? Hic igitur tam illuſtris meriti vir deſtinandus viſus eſt honorificentiſſimo muneri, novum monſtrum calamo ſuo debellandi; ad quod etiam induci ſe paſſus, delatam ſibi provinciam accepit. Narrat autem Portus Regii Hiſtoricus jam citatus, quomodo, quicquid difficultatis molitio operis haberet, ſublatum, totumque negotium Mazureo promptum & expeditum redditum fuerit: (*e*) „ Interea, ait ille, cum deligendus „ ex Parochorum ordine eſſet, qui contra „ laxam moralem calamum ſtringeret; nul„ lus vero ad ſuſcipiendum hunc moleſtum la„ borem affectum ſe, ac paratum oſtenderet, „ (*) Fortinus (ad S. Chriſtophori Curio) „ Paſcalis amicus, fervidus homo, Mazu„ reum ad S. Pauli Curionem aggreſſus eſt, „ & eo adduxit, ut ſcriptoris partes accipe„ ret; promiſit ſimul curaturum ſe, ut hæc „ ſcripta, quibus nomen ſuum Mazureus „ commodaturus eſſet, a viris rei gerendæ „ peritiſſimis conficerentur: deinde de præ„ ſtanda ſubſidiaria opera Fortinus Arnaldum, „ (**) Nicoleum & Paſcalem appellavit, qui „ veri illorum ſcriptorum architecti ſunt, quæ „ Curionum Pariſienſium nomine armata pro„ dierunt, poſtquam ea in congreſſib[illegible] ſuis „ lecta & diligenter expenſa ſubſignarunt. „ Curiones Catholici, qui conventibus ade-

 rant,

(*e*) Collectio cit. &c. pag. 281.
(*) Fortin.
(**) Nicole.

72630

rant, poterant refragari, quantum vellent. *ſurdis fabulam canebant.*

Atque hæc octo illa ſcripta ſunt, quæ proxime poſt literas Provinciales nomine Parochorum Pariſinorum edita, eorumque chirographis munita volitarunt per Galliam: propoſitum & finis eorum eſt, ut per ſpeciem urgendæ damnationis *Caſiliſtarum apologiæ*, probris & injuriis, quas nunquam genuinum veritatis ſtudium ſuggerit, ſectæ inimicos in gravem invidiam adducant, præcipue Jeſuitas, exempli cauſſa, (*f*) *videmus* (in uno illorum ſcriptorum inquiunt) *potentiſſimam & numeroſiſſimam Societatem in defendenda hac*

usque vel ſyllaba ejus defendendi cauſſa ab ipſorum calamis in publicum proferretur. Inde habebant Janſeniſtæ eodem tempore & ampliſſimum triumphi agendi locum, & ſimul egregium ſubmiſſionis exemplum, quod imitarentur; ſed neque tunc, neque poſtea unquam imitati ſunt.

§. VI.

Negotium erat Jeſuitis cum hominibus, qui nihil magis averſabantur, quam quietem & pacem: ex decreto Burgofontani ſyſtematis illi ab his ita proſternendi ac obterendi erant, ut nunquam ſe erigere & ex impactæ infamiæ ſordibus attollere poſſent. Quamobrem ſub idem tempus fanaticus illos opprimendi æſtus ad eum inſolentiæ locum adductus eſt, ut facinori, quod tentarunt ſolus hæreſis ſpiritus par eſſet. Pariſiis & in vicinia aliquot maligni veteratores, frontem ac ſermonem Jeremiæ Prophetæ induebant, & magnis clamoribus atque lamentis ruinam, & vaſtitatem ordinis Jeſuitarum, atque morum pravitatem, quam in Eccleſiam inveherent, deplorabant: (g) *Ah mei Fratres*, clamabant ex omni parte in compitis, *rogemus DEUM pro Eccleſia! miſeram Eccleſiam! in quem calamitoſum te ſtatum deduxere Jeſuitæ! quid non metuendum eſt ab eorum potentia*

(g) Reſponſum P. Annati ad commentitiam epiſtolam Epiſcopi Angelopolitani.

tia & authoritate, qua in illa pollent, ac pernicioſa doctrina! --- Grandis jactura, dicebant operarii quidam Evangelici in Provincia, quæ non procul Pariſiis abeſt, *grandis jactura quod hic ordo adeo depravatus ſit: quis unquam id divinaſſet &c.* Hæc & alia erant, quibus hos Patres apud plebem per probra ac calumnias denigrare ſatagebant.

(*b*) Factio non minoris momenti eſſe cenſebat, ut eodem adverſus hos Patres horrore infantium animi imbuerentur: id præſtare muneris erat religioſarum Virginum * Portus Regii in Campis. Educabant hæ in monaſterio curæ ac diſciplinæ ſuæ commiſſum ma-

plures de doctrina quæſtiones intra unam & alteram pupam, cum Religioſa, quæ Diſputationis præſes erat, & dictorum ſummam colligebat, Jeſuiticæ pupæ reſponſa identidem reprobaret, omnes reliquæ religioſæ & alumnæ in ſignum victoriæ dant manibus plauſus, raptim & turbulenter conſurgunt, ovantium in morem ſimulacrum Jeſuitæ in hortum deportant, ſtagnum, quod ibi erat, coronant, eique Jeſuiticam pupam immergunt, ac denique omnino ſubmerſam intra aquas ſepeliunt: ſequuntur effuſi cachinni, agitata volitant pepla & vela, turbantur capitis & colli amicula, ſonant gratulantium voces, fervent tripudia, omnia ob rem tam bene geſtam lætitiis natant. His oblectamentis recreabant ſe (*i*) *animæ fortaſſis ſanctiſſimæ, quæ tum erant in Eccleſia.* Arnaldus, & Nicoleus, ille in apologia Portus Regii, hic in *Imaginariis*, jocularem hanc ſcenam inficiari non poſſunt; contendunt tamen, imaginem duntaxat Eſcobarii Jeſuitæ ad illam apparandam adhibitam fuiſſe: quanquam reipſa pupa fuerit in Jeſuitam transformata, quæ in ſtagnum projecta eſt, quemadmodum teſtatæ ſunt nobiles Virgines, quæ tum in convictu Portus Regii commorabantur, & feſtivo ſpectaculo præſentes aderant: cæterum, ſeu pupa, ſeu imago fuerit, parum refert: exiguum inter ambas diſcrimen eſt.

(*i*) Commentarii Fontani T. I. pag. 400.

Ut apud literatos exiſtimatio Jeſuitarum funditus periret, a vulgandis novis infamibus libris ac libellis ceſſatum non eſt: alius ex alio protruſus eſt in lucem, in quibus eorum Societas tanquam Eccleſiæ pernicioſiſſima depingitur. Tot id genus libri ſunt, ut quod obſervat Bayleus (*k*) *ſoli ingentem Bibliothecam efficerent*: nobis non niſi de duobus hujus ſortis ſermo erit, qui ita inter ſe connexi ſunt, ut a ſe mutuo ſeparari non velint, nec poſſint.

§. VII.

Poſteaquam Calviniſtæ aperte rebellionis ſignum extulerant contra Eccleſiam, in primis ipſis curis erat, ut Catholicis deteſtabilio-

eſſent, qui illum ſuo ſuffragio comprobarent; ſed quod conſultum non eſſet, ait Editor, (*l*) *objicere ſuffragatores iræ & vindictæ Societatis illius, cujus placitum ac diſciplina eſt, poſſe ſe ſine noxa ac labe conſcientiæ illos e medio tollere, quos putat famæ ac nomini ſuo dedecus afferre.* At ſi quando hæc ſocietas ad iſtud principium mores ſuos exiget, ſane plurima habebit, quæ agat; quandoquidem nulla unquam fuit, ut notat Bayleus (*m*) *communitas, in cujus perniciem tot incubuere inimici, quot graves ſibi ac infenſos experti ſunt Jeſuitæ, & adhuc experiuntur.*

Id autem ſpectat Peraltii opus, ut collatis undique verbis ac ſententiis, quæ prope numerum excedunt, oſtendat, Jeſuitas profanare, & cauſſas præbere profanandi omnia religionis myſteria, præcipue Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ; omnes virtutes exſcindere; omnibus vitiis ac criminibus impunitatem tribuere, & peccandi authoritatem afferre: verbo, moralem eorum doctrinam tam eſſe perverſam, modum regendi conſcientias tam noxium, ut ad aliud apti non ſint, quam ad accerſendum exitium omnibus, qui ipſorum ſe conſiliis ac directioni permittunt.

Liber hic, qui tam aperte & directe executionem Burgofontani ſyſtematis conſectabatur, non ad aliud factus videbatur, quam

(*l*) In monito ad lectorem, prope finem.
(*m*) Ad V. *Lojola.*

ut illiterato populo legendi faſtidium, & in primo ſuo aditu ſatietatem afferret. At Doctores Sorbonæ, qui Archiepiſcopi Pariſini juſſu ad rationis, ſanæ Theologiæ, ac religionis leges illum examinarunt, plus aliquid in eo, quam cauſſam creandi tædii detexere: unanimi conſenſu ſtatuerunt, ex injuriis, fallaciis, calumniis, adulteratis verbis ac ſententiis, craſſa inſcitia, falſis, perniciosis, & hæreticis opinionibus coagmentatum eſſe, poſt hanc de doctrina ſententiam, ſupremus Pariſienſis Senatus librum & ipſe adjudicavit ignibus, quibus manu carnificis laceratus abſumeretur.

lius illum manifeſtare, & affirmant, primo-
im duorum voluminum authorem eſſe (*n*)
Pont Caſtellium Portus Regii ſolitarium, qui
um in vivis eſſet, (*o*) *ſub nomine, habitu &*
rma hortulani latebat, & illius munus ac
ibores *in prædio horreorum* obibat, (*p*) ſan-
itatem vitæ poſt obitum ſuum etiam mira-
ulis teſtatus: addunt, Doctorem Arnaldum
q) ex collectis Pont-Caſtellii commentariis
eliqua ſex volùmina adjeciſſe.

Moralis Practica reipſa aliud non eſt, quam
ontinùatio ac complementum operis Docto-
is Peraltii, de quo paulo ante locuti ſumus.
r) *Pi- huic & ſapienti Sorbonico Doctori* (ait
'ont-Caſtellius) *mens erat* (per librum
ıum Moralem Jeſuitarum inſcriptum) *om-
ium, & vel ipſorum etiam Jeſuitarum ani-
os execrabilis ſuæ de moribus doctrinæ hor-
ore perfundere.* Plenum igitur hoc benevo-
entiæ ac charitatis propoſitum Moralis Practi-
æ author vult proſequi, & exædificare, quod
'eraltius in ſuo opere ſtruere inſtituerat: hoc
ıutem opus omnibus numeris abſolutum fore
:xiſtimat, ſi (*s*) *pluribus rerum, quæ in omnibus
ıundi plagis evenere, hiſtoricis narrationibus*
ocupletet, quibus planum faciat, ipſos mores &
rivendi rationem Jeſuitarum ubique terrarum
'eſpondere ipſorum ſententiis ac placitis, hoc
eſt

n) Collectio docum. pro Hiſt. P. R. pag. 438.
o) Ibid. pag. 439. *p*) Commentarii Foſſei pag. 395.
q) Collectio cit. pag. 448. (*r*) Præfat. T. I. Moralis Practicæ. (*s*) Titulus Tomi I.
*) Pont-Chateau.

eſt, æque *deteſtabilem* eſſe, ac ipſorum doctrinam moralem; id, quod ipſus a prima Præfationis ſuæ pagina his verbis profitetur: „ „ At univerſim id dici poteſt, in omni vitæ „ genere ipſorum, illud terribiliſſimum eſſe, „ quod ad omnia hæc prava dogmata mores „ ſuos & vivendi conſuetudinem accommo„ dent, neque aliis contra legem DEI aut „ Evangelica principia permittant quidpiam, „ quod non ipſimet uſu & vitæ ſuæ inſtituto „ ſequantur, ut vel cupiditatibus ſuis, vel „ amplificandæ novis opibus ac viribus ſocieta„ ti ſerviant. „ Enimvero ſic belle ac commode conſilium inimicos *ſectæ omni honore & fama ſpoliandi* in opus deducitur, dum Ipſemiſſi-

„ qui identidem contra ſocietatem prodeunt,
„ aptiſſima eidem ad ſui defenſionem arma
„ præbituros: ſi præſenti illa ære authores
„ emeret: qui fabuloſas ejusmodi narrationes
„ cuderent, & ſpargerent, non in ullam
„ aliam rem utilius ſumptus facere dici poſ-
„ ſet. - - (*u*), Certum eſt (ait alibi) non
„ majus Jeſuitis, & univerſim illis omnibus,
„ quibus humana malignitas nominis infamiam
„ machinatur, obſequium præſtari poſſe,
„ quam ſi publice impetantur calumniis, quæ
„ facillimo negotio refelli poſſunt. „

Moralis Practicæ Author omnis nugatoriæ inſcitiæ, quam Bayleus illis exprobrat, qui inanem *ſibi Jeſuitas infamandi laborem ſumpſere*, ſe reum egit: contexuit inter ſe promiſcue omne narrationum genus, quarum una ineptior ac inſulſior eſt altera. Ut quis ſuis ipſe oculis rem videat, obvium quodvis horum octo voluminum aperiat, & intelliget, nullum prudentem ac cordatum hominem fidei quicquam illis habere poſſe. Sunt Jeſuitæ Authori *Urinatores & Piſcatores unionum* in ora Piſcaria & regno Concinenſi, *Vectores, Argentarii*, *Mercatores* Carthagenæ in Indiis; *adulteratores Monetarum* Malacæ, Genuæ *Judæi*, in China *idololatræ*, *Hæretici & vexatores aliorum Religioſorum* in Japonia, *copiarum duces*, imo etiam *Reges* in Paraquaria, *Negotiatores* in univerſo mundo, *Credito-*

(*u*) Verb. Bellarminus.

ditorum fraudatores in pluribus locis, & tandem homines *penitus avaritiæ ſordibus immerſi*, quibus proprium emolumentum DEus eſt, nec quicquam tam ſolenne ac ſanctum, quod non utilitatis & lucri cauſſa violent. Euge! *num poterat hic author majus obſequium præſtare Jeſuitis*? Et ſi eorum ſocietas illum præſente pecunia conduxiſſet, ut ejusmodi narrationes cuderet, ac ſpargeret, an *non bene utiliterque pretium ſuum collocaſſe* dici poſſet? Sunt illæ tam ineptæ, ac ſtolidæ, & a tot hominibus, quibus oculi in fronte, ac cerebrum in capite eſt, mendacii convictæ, ut tantundem valeant, quantum acerrima & veriſ-

ıs : ingemiſcimus , quod ad illos re-
ı ſit cauſſa jacturæ tot animarum ,
epravant , & ſecum præcipites in ſem-
m exitium agunt. ,. Attamen gentium
decima ſeptima hæc charitatis nota
cognita erat.

erum Magiſtratus Pariſinos neque hic
:haritatis ſenſus , neque hi gemitus
ɛrunt. 4 idus Septembris 1669 in
Practicam ſententiam tulere , cujus
ıa ſunt : „ Poſtquam admoniti ſumus
curatore Regio , intellexiſſe ſe , ab ali-
liebus certos quosdam homines , erga
rum Societatem male affectos , in
:be diſſeminare infamem ac pernicio-
bellum , cui titulus , *Practica moralis*,
oloniæ apud Gervinum Quentell
1669 impreſſus fingitur : ex quo , &
ndaciis, quibus ſcatet ; itidem ex ma-
congerie plurimorum commentario-
qui pro arbitratu conficti , & docu-
rum , quæ per nefariam fraudem ſup-
ſunt , facile dijudicari poteſt , non ſe-
ac ex acerbitate ſtyli , & verborum
neliis , quibus author uſus eſt , ejus-
*ropoſitum fuiſſe , ſocietatem & Je/ui-
mores calumniandi &c.* „ Quamob-
ɛt ſententia , ut dictus liber manu
in fruſta diſcerptus in ignes conjicia-
ıd tribus poſt diebus * in publico ſup-
pli-

Greve.

pliciorum loco ad littus Sequanæ executio datum fuit.

Moralis Jeſuitarum Peraltii, *Practica m ralis*, & *litteræ Provinciales* fontes ſunt, e quibus poſtea ingens infamium libelloru copia contra Jeſuitas profluxit: illati illi i ipſa etiam macella, ac per viliſſimas taberna ac officinas diſperſi ſunt. De reliquo, hone ſti ac probi homines non ſine ægritudine at que animi dolore recitari audiunt vel ipſa etian excerpta ac compendia ex huiusmodi operibus quæ non ad aliud, quam ad aſpergendu humanæ naturæ dedecus valent; hinc &

contra Jesuitas fabricatæ sunt. Eundem illæ, quem hi libelli, sibi finem propositum habent; libertas autem fingendi in iis tanta extitit, ut nec verisimilitudinis quidem ulla ratio haberetur. Hujus farinæ est mendaciissima fabula, quam dedere Jansenistæ de * Ambrosio Guys,

(*) Ambrosius Guys, anno 1613 Aptæ Juliæ in Provincia natus, cauponulam quandam in hac patria sua urbe tenebat, in qua partim cocum, partim artocreatum pistorem agebat: cum autem ex hac opera sua ægre se aleret, Marsiliam se contulit; sed cum etiam hoc loco magnis rei familiaris angustiis premeretur, anno 1661. insalutatis omnibus Massilia profugit, nec ex eo tempore ullum de loco commorationis suæ, aut superstite vita indicium relictæ familiæ fecit. Illi vero, qui deinde circa decimum octavum præsentis sæculi annum Guysium hunc post mortem dudum obitam revocarunt in vitam, & Galliæ reducem stitere, confinxerunt, eum transmarino suscepto itinere, ex felici in Indiis negotiatione maximos quæstus fecisse, & anno 1700 vel 1701 cum thesauro trigesies vel quadragies centum millium librarum Gallicarum rediisse in patriam: Brestum autem appulsum jam ægrum, aliquanto post tempore in Jesuitarum quodam domicilio e vita migrasse; hos vero relictas ab eo opes sibi rapuisse, quin vel nummus ex iis legi-

quem * Breſti inter Jeſuitarum manus mortuum, & relictas ab eo plures librarum myriades

legitimis hæredibus obveniret. Totam hanc fabulam ex putidiſſimis ſutelis, mendaciis, & pugnantibus inter ſe commentis contextam eſſe, luce clarius demonſtratum eſt: decretorium autem, quo jugulata impudentiſſima calumnia eſt, illud fuit, quod ex indice mortuorum Parochialis Alonenſis Eccleſiæ ad S. Mariæ, exhibitum fuerit legitimum ex omni juris forma documentum, quod teſtabatur, Ambroſium Guys 6 Nov.

riades ab his interverſas, & prædæ loco habitas commenti ſunt. Nondum tum hi patres ita occaluerant ad calumnias, ut ſparſas contra ſe, præſertim craſſiores fabulas, peni-

eſt, non niſi vigeſies, vel ad ſummum trigeſies centum millia librarum petebantur; ſed tanto temporis intervallo creſcere oportuit calumniam) iisdem numerandas. Ne autem commentitio huic decreto ſua, quam leges exigunt, fides deeſſet & authoritas, ea fuit calumniatorum horum flagitioſa liberalitas, ut illi, qui Franciæ Cancellario a ſecretis erat, mercedem quadringentorum millium librarum pollicerentur, ſi quidem ſe corrumpi & adduci ſineret, ut ad pertexendam fraudem jungeret operam, & adulterinum illud decretum clam & furtive inter acta & monumenta Regii tabularii reponeret; cujus rei legitimum prorſus documentum, & certiſſimum teſtimonium in manibus Jeſuitarum eſt. Cuderat autem illud majoris conſilii decretum Henricus Franciſcus * Solleus, Pariſinæ Curiæ advocatus: Convictus de hoc crimine, judiciali eaque ſuprema ſanctioris Regis conſilii ſententia 16 Aprilis 1761 ad triremes damnatus eſt. At infelix reus horrenda infamis hujus ſupplicii imagine territus, inciſis in utroque brachio venis ſibi ipſi mortem conſcivit, & in carcere interiit: Cadaver mortui crati impoſitum, ad

(*) de la Solle.

tus contemnendas ſibi ac diſſimulandas putarent : fregere illi mendaciſſimam criminationem , & invictis argumentis , quibus nulla prorſus falſi ſuſpicio ſubeſſe poterat , demonſtrarunt , Ambroſium hunc * Alone in Xenodochio vivis exemptum fuiſſe.

Ad eandem claſſem pertinet ** fraudatio ac furtum ter centies mille florenorum , cujus

---

ad publicum ſuppliciorum locum in littore Sequanæ tractum , & inverſo ſitu per pedes ex infami trabe ſuſpenſum fuit. *Interpres.*

(**) Supremi Senatus Brabantini permiſſu pu-

cujus Jesuitæ Bruxellenses insimulati, & rei ubique proclamati sunt; omnium autem ma-

„ qua R. P. Janssens Bruxellis injus raptus est: „ thesaurum trecentorum circiter millium „ florenorum æris Brabantini, in ipsius fide „ ac manibus depositum fuisse a se per summam „ impudentiam fingebat profligatæ conscien- „ tiæ fœmina, eamque ob rem eundem judi- „ cio persequebatur, & de iniquissimo menda- „ cio postulabat, quod se thesaurum hunc „ recepisse unquam, ac reddere posse negaret. „ Hæc cauſſæ istius caput ac summa est. „ Quantacunque autem esset accusationis iniquitas, multos tamen in Belgio nacta est, qui avidis eam auribus acciperent, & dissipatis studiose rumoribus prædicarent super tecta, & per omnem late Europam spargerent: Jesuitarum flagitium in ore & sermone erat omnium: Urbs & aula, palatia & casæ, fora & compita, popinæ ac tabernæ eo personabant, & prius damnabatur accusatus, quam unquam auditus fuisset. Et quantumvis alias non pauci sint, quibus ad quamvis calumniam, in quemcunque demum venenata sua tela conjiciat, semper aures pateant; multo tamen pronioribus plerumque animis, & a pluribus illam excipi constat, quando infamiam molitur hominum ordini, spectatæ morum integritatis, & non obscuri ob suum pro tuenda fide orthodoxa studium nominis,

xime in obiectando Jeſuitis furto ac rapina nefariorum horum hominum verſatur obtrectaminis, ac propterea digno ut improborum, invidorum atque æmulorum factionibus ad ictus expoſitus ſit Præſertim Janſeniſtæ in hac cauſſa opportunum ſibi locum oblatum crediderе, in quo vatinianum ſuum in Jeſuitas odium exultare poſſet : intra tempus, quo trahebatur lis (cœpit autem menſe Auguſto 1739, & primum menſe Junio 1745, quo ſententiæ pro innocentia in actores & falſos

ſtatio, quoniam ea aptius nihil eſt ad exe-
cutionem conſilii, eos *augendis luctis & epi-*
 bus

ſubminiſtraret vitæ ſubſidia, ærumnoſos à calamitatibus ſuis recrearet, nihilque haberet antiquius, quam ut omnibus omnia charitatis, miſericordiæ, & pietatis officia præſtaret. In hunc igitur virum atrox, ex qua ſummam cum Sodalibus ſuis infamiam in orbe ſubiret; faba cuſa eſt. Quinam ſceleſtæ hujus fabulæ authores fuerint, divinare facile eſt: interim prima, quæ ordiretur telam, in proſcenio comparuit fæmina obſcuri nominis, tabernarii inſtitoris Bruxellenſis filia, a marito Ramboldo van Vianen, cui ſecundis nuptiis juncta erat, nomen Vianeniæ nacta Bruxellas cum marito & omni ſua ſupellectile redux, domicilium in hac urbe ſua patria collocaverat: antequam vero excederet Hollandia (nam diu hactenus Lœwardiæ, Ultrajecti & alibi inter Batavos commorata fuerat) civium Bruxellenſium quendam, neceſſarium ſuum, ſcriptis litteris rogaverat, ut cum circiter octo duntaxat florenorum millia numeraret in bonis ſuis, (ſed & hanc ſummam non niſi meretricio ſibi quæſtu in Hollandia confeciſſe fama erat) exiguam quandam ædem, a ſe poſthac incolendam conduceret. Reipſa vix urbem ingreſſa, inquiſivit, cui argentum illud ſuum fœnori locaret. Cum autem lucrum annuum, quod inde proveniebat, par non eſſet faciendis in victum, veſti-

tum

teſcere, non vacar
etiam conſcientiæ
facultates augeret,
gere, & ipſis faci
myſteriis hanc in re
vitæ pravitate ſeriu
mulat: frequens in
li, ad Menſam Euch
tiæ ac doloris ſignifi
gemitibus ac lacry
trem Janſſens (hun
arbitrum delegerat
& ad commiſerandu
a cœpta ſacrilega ha
rat, cum gravi ſe n
tur, & quamvis reć
pore, tam ſcite tam
habitum componere
Iam ſpe animam tral

lumniæ tum a ſententia ſupremi Senatus Brabantini, tum ab ingenuo, & ſumma

(H) 5 fide

tioni, quam ex compacto & inito cum improbis quibusdam conſilio parabat, ſimilitudinem veri adſciſceret: Tempore commentitii hujus ſui morbi variis ſecuris angi præſeferebat: jam loquebatur de theſauro ſecum ex Hollandia allato: jam effractas arcas & ſcrinia, eumque inde ſublatum querebatur: jam rogabat Confeſſarium, ut ſolicitam illius curam gereret, nec alterius traderet manibus, quam ſuis, ſi quando ab ipſo repoſceret. P. Janſſens pro officio viri prudentis, ſermones hos delirantis ex vi morbi ſomnia ac mentis aberrationes eſſe cenſebat, & hinc, ut inanibus his curis agitatæ falſas de theſauro ſuo imagines eximeret, ac tranquillatam ad cogitanda æterna, & componendas animæ ſuæ rationes revocaret, ſpeciem præbebat annuentis, & conſentientis illis, quæ garriebat, atque de theſauro ſuo metum ponere admonebat. Idoneis authoribus vulgatum eſt, non inſcios fraudis quosdam notarios, prope lectum commentitiæ hujus ægræ abditos, verba Patris Janſſens litteris conſignaſſe, ut calumniæ, quam illa meditabatur, in judicio momenti quippiam afferrent; imo eo evaſiſſe fœderatorum atque in idem flagitium conſpirantium malitiam, ut conſciorum unus perſonam ac veſtem Jeſuitæ ſumeret, ac con-

ductitia

fide, atque ex omni juris forma comprobato teſtimonio illius, qui in nefaria hac ſcena

---

ductitia rheda vectus confictum illum theſaurum ad Collegium ſe deportare mentiretur; atque hanc cauſſam eſſe, ob quam in rhedarium, falſa hac ſpecie deluſum, mitior ſententia dicta fuiſſet. Cæterum cum Vianenia opportuna quædam impio ſuo conſilio argumenta nactam ſe crederet, propere convaluit: contento curſu provolat ad collegium, Patrem Janſſens aggreditur, commiſ-

ia principem quandam perſonam egerat, & n eo articulo, cum ad tribunal divini Judicis

---

ex Hollandia Bruxellas advectam, bona fide apud Collegium Jeſuitarum depoſuiſſe quatuor ſaccos cinericii coloris, auro facto infectoque, una cum gemmis adhuc impolitis refertos: hos P. Ludgerum Janſſens in rheda conductitia circa feſtum OO. SS. ejusdem anni e Vianeniæ domo in Collegium deportaſſe; jam vero præciſe negare Jeſuitas, illud depoſitum ſibi concreditum fuiſſe: peti itaque, ut ſupremus Senatus illos eo adigat, ut, quod omni jure deberent, redderent, & ſimul ferrent impenſas, quæ in hanc cauſſam faciendæ eſſent. Cum deinde res ad proferendos teſtes deducta fuiſſet, ſtitere ſe tres, qui jurejurando affirmabant, & quidem rhedarius Joannes Cauwe, quod Patrem Janſſens cum Vianenia & ejus filia ac quatuor ſaccis, quos ipſe ex rheda depromptos intra Collegii fores importaſſet, ineunte menſe Octobri 1738 ad idem Collegium curru ſuo devexerit: reliqui duo Jocodus Rooſen, & Michael de Velder, prior, quod ad feſtum S. Remigii prope portam Collegii tranſiens, viderit rhedarium Joannem Cauwe aliquot ſaccos argento plenos e curru ſuo deponere; alter quod reduci ſibi ex horto Collegii P. Janſſens cum ſacco pecuniario obviam factus ſit, teſtati ſunt. Poſt hæc tam diſerta

dicis eundum eſſet, omnem præſtigiarum telam retexuerat, in forum ac lucem protracta,

---

ac jurata teſtimonia de innocentia viri, & Jeſuitarum fama actum videri poterat. At & hic, ut alias premebatur aliquamdiu veritas, ut tanto illuſtrior e tenebris emergeret, & glorioſius de calumnia triumpharet. Dum Senatus & delegati ab eo ad cauſſæ cognitionem Judices ſumma proviſione judicium exercent, indicia exquirunt, accuſati & eorum, qui actores agebant, priorem vitæ rationem explorant, teſtium fidem exa-

racta, totique orbi in execrationis argumentum propoſita eſt.

Eo-

reſtituta eſt: Nefarii vero actores & teſtes calumniæ ac perjurii damnati ſunt. Vianenia quidem pœnas ab humano foro ſibi irrogandas morte ſua evaſit, quippe durante adhuc lite anno 1741 mortua; num eas etiam evaſerit in foro divino, decernere noſtrum non eſt: multi per id tempus de cauſſa mortis jactati mendaciſſimi rumores ſunt; nihil autem auditum unquam, num ſaltem tum, cum jam ad DEI tribunal evocari ſe cerneret, ullum retractandæ injuriæ indicium fecerit: Etſi, quid inter ipſam & Presbyterum, quem ad audiendam confeſſionem ſuam accerſierat, transactum fuerit, ignoretur, id tamen certo conſtat, confeſſarium hunc poſt habitum cum ægra colloquium nunquam poſthac amplius ad illam pedem retuliſſe; id, quod ſane mirum accidere poteſt conſideranti, nunquam futurum fuiſſe, ut ægra ex hac lite ſua tam celebris, eaque jam moribunda Sacerdotis auxilio deſtitueretur, ſi ſignum & argumentum quoddam præbuiſſet animi, utendi gratia ac miſericordiâ DEI in eo temporis articulo, a quo felix aut infelix pendebat æternitas. Utut autem iſtud ſe habeat, mortua eſt intra brachia Bruxellenſis cujusdam mercatoris, qui majore illi ſtudio & affectu addictus erat, quam ut usque ad extremum

Eodem torno fabricatæ, eadem forma expreſſæ ſunt hiſtoriæ aliæ, quibus Janſeniſtæ iden-

---

mum ſpiritum ab ejus latere diſcederet. Cadaver in templo Parochiali jam depoſitum aperto noctu ſarcophago præſentibus teſtibus inſpectum eſt, ut de ejus morte conteſtata extaret notitia, & quæ adhuc timeri poterant, ſceleſtorum hominum fraudes tam ſapiente conſilio præcaverentur. Rombaldus Vianeniæ maritus, qui poſt ipſius mortem pertinaciſſime litem proſecutus eſt, & rhedarius Joannes Cauwe ob toleratas diu carceris moleſtias, atque alias cauſſas, quas ſe habere declarabant judices, liberi quidem e cuſtodia dimiſſi, at ſimul ad repræſentandas litis expenſas contemnati ſunt. major



identidem publicæ fidei illudunt, & credulis fucum faciunt. Sunt illæ non niſi conſuti centones

incidiſſe cerneret, qui nullis fucatis verbis ſe circumſcribi, nullis dolis capi ſinerent, poſt quintum captivitatis menſem 21 Jan. 1743, ſauciatis lethali vulnere cuſtode carceris ejusque uxore, violenter erupit e ſua cavea, & in Galliam evaſit. Ruremundanus Gelder erat: in Hiſpana Davilæ legione Centuriònis Vicarius meruerat: ſed cum ſe non pro homine gereret honeſto ac probo, anno 1708 exauctoratus redierat in Belgium, ubi ſine tecto, ſine cenſu, ſine munere, ſine ſpe melioris fortunæ vagabundus venali ad omnia fide per urbes & vicos errabat: poſt falſum ſuum teſtimonium contra innocentiam dictum pretioſiore mox veſte conſpicuus in publicum prodit, & aureos nummos oſtentare cœpit. Sed poſt ſuam e carcere fugam Pariſios elapſum Nemeſis non pede tardo ſecuta eſt: vix eo appulſum gravis morbus oppreſſit, cumque alium receptum nanciſci non poſſet, quam noſocomium, in quo moreretur, illud 10 April. 1745 ſubiit. Hic ingraveſcente indies morbo, cum jam prope ſe ad æternitatis limen, & tribunal Judicis admoveri cerneret, cruentis conſcientiæ angoribus excruciatus quietis partem non capiebat, donec admonenti intus DEO, & foris Confeſſario manus daret, & dictum a ſe falſum teſtimonium retracta-

tones ex dictis ac factis, quibus jam olim Calviniſtæ primorum temporum Jeſuitas virulenta inſania lacerarunt.

Ipſa

---

tractaret. Retractatio hæc gallice, non ſine pluribus contra Gallicam orthographiam mendis, ipſius manu ſcripta, & obſignata erat. En tibi illam ad verbum, quantum Latium ſinit, fideliter latine redditam!

Retractatio.

„ Domini mei! Cum me DEus per vocem „ miniſtrorum ſuorum, & multo magis per

Ipſa de P. Girardio hiſtoria, quæ tantum fragorem intra & extra Europam edidit, num quid aliud eſt, quam ectypum, e tabu-

„ cujus manus aggravata eſt ſuper me, ut „ me reducat ad viam juſtitiæ.

„ Recolite animo, mei Domini, quod 9. „ Jan. 1740 coram Domino Schayne referen- „ te de ſtatu hujus cauſſæ ad conſilium & con- „ ſiliario quodam ac ſcriba, qui in illius co- „ mitatu erant, edixerim, quantum recor- „ dari poſſum, prætereuntem me prope Col- „ legium Patrum Jeſuitarum Bruxellenſium „ vidiſſe rhedam conductitiam ad portam lo- „ ci colloquiis cum externis deſtinati ejus- „ dem Collegii, & ex rheda hac rhedarium „ protuliſſe duos ſaccos, quos Pater Janſſens „ Jeſuita, quem tum ad limen portæ conſtitiſ- „ ſe falſo teſtatus ſum, in dictum colloquio- „ rum locum inferri juſſiſſet. Obſecro vos, „ mei Domini, ut hoc teſtimonium pro *falſo* „ *& aliorum inſtigationibus extorto* reputetis; „ & per fidem hominis Chriſtiani declaro, „ nec vidiſſe me Patrem Janſſens, nec ali- „ quam rhedam, nec rhedarium, nec ſac- „ cos ante portam dicti colloquiorum loci Je- „ ſuitarum: imo nec præteriiſſe me prope „ hanc portam eo tempore, quo Vianenia „ in delatione ſua ajebat argentum ſuum Pa- „ tri Janſſens traditum fuiſſe.

„ De reliquo, mei Domini, quamvis „ hæc

la ac prototypo expreſſum, quod Calviniſtæ ad initium elapſi ſæculi mendaciſſimis ſuis coloribus effinxere, ut, quemadmodum Janſeniſtæ Jeſuitas hodiernæ ætatis, ita illi Jeſuitas ſui temporis *turpiſſime deformarent*, & *in omnium odium adducerent*. Forte non intem-

---

„ hæc ego confitear & denunciem morti „propinquus, & jam imminere videns il„ lud momentum, quo a me ratio actionum „ totius meæ vitæ Deo reddenda eſt, rogo

tempeſtivum ac moleſtum accidet lectori, ſi rei huius amplior quædam, & dilucidior ipſi notitia aperiatur.

Jeſuitarum quidam ob ſua crimina vivus exuſtus, hæreſi magnum triumphandi argumentum præbet: ſummo ingenio & cura effecere Calviniſtæ, ut ſceleſtum ejusmodi Jeſuitam nanciſcerentur, quem in cineres redactum palam mundo oſtentarent: Janſeniſtæ & ipſi quendam ſibi delegerant, cujus concremati buſtum Jeſuitis inſultantes objicerent: nemo eſt, qui neſciat, quibus artibus ac dolis negotium hoc egerint: at paucis cognitum eſt illu tre exemplar, quod imitati ſunt, ea etiam data opera, ut horridiore illud ſpecie exhiberent. En tibi prototypum!

R. P. Rectorem Jeſuitarum Bruxellenſium perferretur.

Obiit Jodocus Rooſen 5. Jan. 1746. Retractatio autem 6. April. eiusdem anni cum epiſtola Cuſſaci ſupremo Brabantino conſilio reddita, atque eodem jubente typis vulgata eſt, ut ex ea quoque intelligerent omnes, quanta a ſe æquitate ſecundum veritatem & innocentiam pronunciatum fuerit. Hactenus, quam initio dixi, relatio, quæ cum admodum ampla ſit, in breviorem hanc formam redacta eſt. *Interpres.*

Menſe Auguſto anni 1601 Præcones Calviniani * Gratianopoli egere conventum, in quo inter ſe contulere conſilia, quibus potiſſimum viis caverentur contumeliæ ac probra, quæ multi ex ipſorum numero ſubiiſſent, (y) *eoquod auſi fuiſſent cum Jeſuitis in certamen de controverſiis fidei deſcendere; & quidem, cum magna offenſa ſenatus ſui*, quem vocant, *Eccleſiaſtici*, ſeu *Conſiſtorii*: Verba hæc ſunt ſcriptoris æqualis illorum temporum, qui cum videret, calumniam a me mox recenſendam, quam Calviniſtæ Jeſuitis impegerant, ab his contemptim negligi, ac tacitam prætermitti, officii ſui eſſe credidit, ut oppilaret os iniqui-

rium præliorum exitus: ergo Miniſtri, ait Author noſter; (x) Gratianopoli congregati in eandem omnes convenere ſententiam, "quod „ ſi Jeſuitis reditus pateret in Galliam, uti fa„ ma ferret, majorem & atrociorem eam cla„ dem fore, quam unquam cauſſa ſua, etiam „ * Moncontorii, Jarniaci, & ad fanum S. Dio„ niſii perpeſſa fuiſſet: proinde parendum im„ minenti ſummæ neceſſitati, in media eun„ dum diſcrimina, ineundas omnes vias, ac „ machinas excogitandas, quibus hoc de re„ vocandis Jeſuitis negotium disjiceretur; ſiqua

(*) *Moncontour*, oppidum in agro Pictonico ad amnem Divam, ubi A. 1569 ſub Carolo IX Galliæ Rege, Hugonotti ſeu Calviniſtæ grandi clade affecti fuere, cæſo ipſo etiam illorum duce Colygnio maris Gallici Præfecto.

Jarnac oppidulum in Engoliſmenſi Provincia ad fl. Carantonum; prælio ibidem a Catholicis A. 1569 duce Henrico Andegavenſi, poſtea Francorum Rege, victi ſunt Calviniſtæ, in quo Princeps Condæus horum Anteſignanus ipſe quoque cecidit.

S. Denis, ſeu Dionyſiopolis vel fanum S. Dionyſii, urbs in Inſula Franciæ duabus leucis Pariſiis diſſita, cum inſigni ejusdem nominis Abbatia; in adjacente urbi planitie An. 1567 commiſſa inter Catholicos & Hugonottos pugna, hi ab illis cæſi, & in fugam acti ſunt. *Interpres.*

(x) Refutatio libelli infamis &c. pag. 22. & ſeq.

„ conturbandi conſilii ratio non ſupereſſet in
„ terris, ſubtus earum rimanda viſcera, illam-
„ que exquirendam eſſe: in tam præſentibus Ec-
„ cleſiæ ſuæ periculis fas eſſe mentiri, calumni-
„ ari, formare ac reformare, tractare & retra-
„ ctare: & quidem in hoc, de quo deliberarent,
„ negotio præclarum ſeſe offerre artificium rem
„ efficiendi; nempe furtivis typis edendos, &
„ ſpargendos eſſe ubique libellos ac chartas vo-
„ laticas, jam hujus, jam illius de Jeſuitarum
„ rebus eventus nuncias, easque ita multipli-
„ candas, ut grandinis inſtar denſe ac confer-
„ tim incidant, unamque mox altera excipiat;
„ ſic enim fore, ut hujusmodi narrationes maio-

a, in quibus *jam hoc jam illud facinus ac no-*
a narrabatur de Jeſuitis : primum horum
liorum ſub ipſum conventiculi exitum fabri-
ttum, & Gratianopoli quoque typis manda-
m fuit; inſcriptio erat: *Hiſtoria notabilis de*
Henrico Jeſuita, & Sodomita, Antwerpiæ
2. April. 1601. combuſto. Per fallaciam au-
em, cui Janſeniſtæ quoque a primis Jan-
niſmi ſui incunabulis (*a*) aſſuevere, titulus
iendaciter affirmabat, hiſtoriam hanc *ex lin-*
ua Flandrica in Gallicam converſam fuiſſe.
ibelli hoc initium erat: *Pater Henricus ortu*
ntwerpienſis, filius Joannis Mangoti armorum
litoris &c. Atque ita momento fere tem-
oris ſumma ſe flagrare infamia per omnem
alliam experiebantur Jeſuitæ, cum interea
tegerrima fama ac quiete fruerentur Ant-
rpiæ.

Sed cum hæc veteratoria Calviniſtarum
alignitas ad Epiſcopi Antverpienſis, Guiliel-
i Bergenſis, aures perveniſſet, propoſito
lam honeſtiſſimo de Jeſuitis teſtimonio effe-
, ut probrum recideret in hæreticos fabu-
authores, homines (verba Præſulis ſunt)
jusmodi commentis & fraudibus Calvinianum
um Evangelium propagare ſolitos. Idem præ-
tit ſenatus Antverpienſis, & ſecundum
blicam fidem graviſſimum teſtimonium

) Janſenius idem artificium ſuggerit in epiſtola ſua
57 Sancyrano, pro edendo opcrum ſuorum quo-
piam contra Jeſuitas.

dixit, *ab hominum memoria* nullum de hujus *abominandi criminis reo* Antverpiæ *ſupplicium* ſumptum fuiſſe, neque ibidem extitiſſe unquam Jeſuitam, aut civem, quibus *Henrici* & *Joannis Mangotorum* nomina eſſent; imo in eadem etiam urbe non eſſe ullum civium, qui *polituræ armorum artem* factitaret. (*b*)

Cæterum ut Miniſter, narrationis Architectus, fabulam omnibus ſuis numeris abſolveret, etiam illud mentitus eſt, commentitium ſuum Jeſuitam ejuratis Papiſtarum ſuperſtitionibus ſe Calvini aſſeclam profeſſum, atque recens ſuſceptæ huic religio-

Atque hoc illud exemplar eſt, quod Janeniſtæ in hiſtoria de P. Girardio ſibi imitandum ſumpſere. * Non efficere illi quidem potuere, ut is concremandus in rogum conjiceretur; at num ideo modeſtius locuti, vel

(*) At effecere tamen, ut plebs in Provincia inſano furore incenſa jam faces pararet, quibus omnia Jeſuitarum in ea regione domicilia in cineres redigeret, & ipſius quidem P. Girardii imaginem rogo impoſitam reipſa palam exureret; Pariſiis vero malevoli eandem imaginem tæniis ac faſciis intextam, tanquam novum veſtium decus, ad creandam Jeſuitis infamiam geſtarent. Ampliſſima totius hujus cauſſæ hiſtoria eſt, & editi de ea commentarii grande quoddam & ſpiſſum volumen conficiunt: Lectori autem, cui res hæc, in Gallia ante 30 circiter annos geſta, ac ibidem in vulgus nota, in Germania forte non ſatis hodie cognita eſt, illius epitomen non ingratam fore confido. Venerat anno 1728 P. Joannes Baptiſta Girardius * Aquiſextiis, ubi decem annis commoratus inſigne a probitate & doctrina nomen obtinuerat, ** Telonium, ut maritimo ibidem Regio Seminario Rector præeſſet. Cum magna in gubernandis conſcientiis prudentia ac uſu valeret, intra breve tempus

(*) Aix. (**) Toulon.

auſi non ſunt in remotioribus Provinciis falſiſſimum rumorem diſſipare, eum ob ſua crimina capitis damnatum, & infami igne conſumptum periiſſe? Et hoc, antequam abſoluta cauſſa ac Pater Girardius, delectorum e ſuprema

---

pus a multis ſacrum ſuum tribunal frequentari videbat, qui animorum duce & arbitro ipſo uti volebant. junxerat ſe illis Catharina Cadieria mercatoris Telonienſis filia, quæ ut hypocriſi ſua apud Girardium eminentis ſupra reliquos ſanctimoniæ ſibi famam colligeret, magnum cum cœlo commercium, afflatus divinos, oblatas cæleſtes ſuo-

rema Provinciæ curia Judicum ſententiis in-
ons declaratus eſt? Equidem, ut verum fa-
ear, ignoro, num eundem in foliorum aut
ibellorum ſuorum aliquo, finxerint quoque,
id partes Janſenii tranſiiſſe, & Janſeniſtam
mor-

---

quem nominare nil juvat, quanquam degeneris hujus Sodalis dedecus nullam ipſi maculam afferre poſſit: Ambo participes erant præſtigiarum, ambo ſorori conſilia, rationes, adjumenta, fraudes ac mendacia voce ac calamo ſuggerebant, quibus P. Girardium fallere ac circumducere pergeret. Accellit his duobus tertius, novus Cadieriæ, poſtquam P. Girardius eam abegerat, conſcientiæ arbiter, religioſus alter ſacræ familiæ vir. Frater Nicolaus a S. Joſepho. Hi cum timerent, ne Girardius rem omnem patefaceret, occupare hominem, & ut Cadieriam extra omnem culpam ponerent, a flagitioſo ſuo confeſſario deceptam fingere conſtituerunt. Itaque magicis Girardii artibus & veneficis carminibus confictas illas Divorum voces, ectaſes, viſiones, alienationes ſenſuum, raptus, & quæ alia ejusmodi ſunt, quibus bonam Girardii fidem improba puella prius circumvenerat, tribuebant, eumque graviſſimorum criminum, Quietiſmi, ſacri inceſtus, illati abortus, & turpiſſimarum aliarum ſordium, quæ criminum illorum individuæ comi-

mortuum eſſe : at neque in hoc novatores iſti concedendum quicquam Calviniſtis , & moderatius ſibi agendum putarunt ; tam ſeduli eorum æmuli ac imitatores ſunt.

Vix igitur diſcuſſa caligine patuit Patris Girardii innocentia, cum Janſeniſtæ , ut oſtentare

---

comites ſunt,ac demum immiſſi in Cadieriam dæmonis (nam etiam ab hoc tartareo inquilino oppreſſam mentiebantur) in utroque , ſacro & profano foro inſimulabant. Epiſcopo Telonienſi (Ludovico de la Tour du Pin de Montauban) qui primus cauſſam

tare Jeſuitam poſſent, qui Janſeniſta & Appellans (a Bulla *Unigenitus* ad futurum concilium, e vita migraſſet, P. Petrum Chamillardum deſignarunt, quem turpiſſima hac labe aſpergerent. Commorabatur tum temporis

---

quid maleficiorum livor ac malitia, quæ vix in hominem cadere poſſe videatur, dictabat, in eum conjectum eſt. Interea cum publica conflagraret invidia vir innocens, habebat in manibus, quo teterrimam calumniam revinceret, nempe illa ipſa literarum exempla, tum quæ Stephanus Thomas Cadierius manu ſua delineaverat, tum quæ deinde Franciſcus Cadierius ex fratris ſui ſchedis, utpote lituris atque additamentis refertis, tranſcripſerat, tanquam a ſorore ſua exarata, in quibus fictæ illæ cœleſtes gratiæ, ſpectacula & raptus Girardio nunciabantur; Ea per Cadieriæ incuriam alteri ſcriptorum faſciculo adjecta, & Girardio miſſa fuerant. Exhibita tandem in judicio detexere totam fraudum machinam; confoſſa jacuit hoc documento atrox calumnia, & effrænata accuſatorum impudentia bonorum omnium deteſtatione confixa eſt; vir autem inſons, omni crimine ac criminis ſuſpicione abſolutus, primum quidem lata a curia Aquisſextienſi 10 Octobr. 1731, & deinde a tribunali Eccleſiaſtico Telonienſi 23 Februar. 1732 ſententia, & tanta, tamque

ris Chamillardus Pariſiis : Et ex hac ipſa urbe in totum regnum , ac vicinas regiones dicta ab ipſis fama eſt , hunc Patrem tanquam ſemel ac iterum Appellantem , ſeu Re-appellantem e vita exceſſiſſe ; de loco autem ſepulturæ hujus Sodalis ſui , magnum inter Jeſuitas , hinc addictos Conſtitutioni *Unigenitus* , illinc alios , quos hi novatores eidem Conſtitutioni infenſos mentiebantur , certamen ortum eſſe: penes priores tamen , præſidio * Præfecti diſciplinæ civilis ſuffultos , victoriam conſtitiſſe , & mortui cadaver in horto terræ infoſſum fuiſſe. Scriptor Factionis in Hollandia , Monachus Apoſtata , in pagellis ſuis publicis aliam

eidem ſepulturam deſtinat, & in cellam vinariam abjectum atque humatum prodit. Jeſuitæ autem Appellanti, & Reappellanti mortuo, num fama & elogium Sancti deeſſe poterat? Igitur P. Chamillardo mox ab obitu decreti cæleſtes honores, & in Divorum numerum relato, ſedes ad latus Diaconi S. Medardi aſſignata eſt; ſparſus itidem rumor de novis novi hujus Sancti miraculis, iisque certis ac manifeſtis; * in uno vel altero religioſarum Virginum cœnobio novendialis eidem cultus exhibitus: jactatum ubique, ſuavem odorem, qui per ſpiraculum cellæ, in qua ſepultus jaceret.

---

conflata in ipſos redundaſſet, cauſſa extitiſſet; tum præſentem in ſacra Hoſtia DEum appellans, ſecundum omnem fidem & religionem ſancte teſtatus eſt, nunquam, minima etiam in re, ulli ſe illorum criminum, quorum ab aliorum iniquitate poſtulatus fuiſſet, affinem fuiſſe, atque hoc conſcientiæ ſuæ teſtimonio fretum ac lætum ſe ſiſtere tribunali divini Judicis, cui mox omnium a ſe actorum rationem redditurus eſſet. *Interpres.*

(*) P. Chamillardus in ſua epiſtola certis authoribus exploratum ſibi eſſe ait, in ſacro quodam Parthenone fuiſſe virgines aliquas vere fatuas, quæ cum commentitiam ſuam appellationem ex vulgi ſermonibus intellexiſſent, novem continentium dierum precibus ſibi (Chamillardo) honorem habuiſſent.

ceret, continenter emanaret, ea virtute
ditum eſſe, ut omni morborum generi tan
poris quam animi mederetur. Interea dum
& abſurdis his fabulis populus ductat
luditur, P. Chamillardus degebat Pariſii
columis & integris viribus, ac quotidie
& in omnium oculis functiones religioſ
muneri proprias obibat: allapſo ad ſe rei
nuncio ipſemet (**) data 15 Febr. 173
edita in publicum epiſtola vanitatem fa

(**) Scribit in hac epiſtola, totam hanc
fabulam nullum aliud fundamentum
re, quam præſtigiatorum Janſeniſtarun

& calumniæ authores orbi exhibuit, totique Galliæ errorem de conficta ſua morte exemit. Etſi autem homines prudentes ac cordati hujus Jeſuitæ appellationem ad concilium, ejus mortem, ſepulchrum in horto vel cella vinaria, Jeſuitarum inter ſe contentionem, ac Chamillardi miracula eodem numero haberent, quo alia Factionis mendacia ac præſtigias, quibus a tanto tempore, ex præfinita ſyſtematis ſui forma adverſarios ſuos *omni dedecore & infamia opprimere* nitebantur; nihilo ſecius ex altera parte Janſeniſtæ nondum mentiendi feſſi, novas indies comminiſci fabulas, & contumelioſas ſchedas, *modo hac, nunc illa calumnia infectas* contra Jeſuitas emittere pergebant, non ſecus, ac olim Calviniſtæ contra primos Jeſuitas hæreſis ſuæ cauſſam agere conſueverant.

§. IX.

Quam amplam adhuc rerum ſylvam pro demonſtrando Burgofontano conſilio ſubminiſtrarent *Notitiæ Eccleſiaſticæ*? Num enim in ſceleſtis his commentariis vel una pagella eſt, quæ, niſi alicui Appellantium laudibus efferendo ac cœlis inſerendo deſtinetur, mordaciſſimis convitiis ac ſatyris contra ſummos Pontifices, Epiſcopos, viros Eccleſiaſticos ac Religioſos, cujuscunque ordinis ſint, ſi Catholicam doctrinam profiteantur, referta non ſit? Quodſi tenebricoſus hic ſcriptor, qui abunde

cauſſæ habet, cur lucem oderit, & ſuum nomen tegat, ſummis etiam Magiſtratibus petulanti calamo & convitiis de trivio acceptis inſultat, num & quomodo privatos a contumeliis & obtrectationibus ſuis immunes eſſe ſinet? Ipſius ergo novarum rerum ephemerides conſtans ſemper & perennis quædam probatio ſunt conſilii Burgoſonte initi de *infamandis* iis omnibus, qui novæ ſectæ curſum ſufflaminare poſſent, & ſimul demonſtratio continentis ac pertinacis operæ, qua Janſeniſtæ conſilium hoc ſuum, & molitionem pervertendi homines perſequuntur. Nemo proinde

„ conſilii, materiam pro ſuis commentariis undique corradit, & quicquid ſuggeritur, chartæ allinit, ac vulgat, quin vera a falſis aut „ ſciat, aut velit diſtinguere. Hiſtoricus partium ſtudioſus --- magna ſocordia & mala fide e libris adverſariorum ea excerpit, „ quæ legentibus repræſentet, -- libros autem authorum, qui ſocii ſui ac fœderati „ ſunt, immodicis atque inſulſis præconiis in „ cælum extollit. Ingratus, per malitiam illos inter ſe committit, quibus pro magno „ nos ſtudio ſingulares grati animi ſignificationes debemus. Indocilis, nihil omnino. „ attendit, vel morem gerit ſapientiſſimis monitis, quibus lapſibus ipſius correctionem adhibuere, & quotidie adhuc adhibent celeberrimi „ Theologi Rebellis, juſta Magiſtratus publici „ authoritate ſevere caſtigatus, tantum abeſt, „ ut ſe flectat & emendet, ut etiam majore „ rabie efferatus, præceps feratur in omnia. „ Tam violenta laborat mentis vertigine, ut „ fanatico furore cæcus in foliis ſuis, ipſi etiam „ Epiſcopo * Sanitienſi probrum & infamiam „ intulerit. Veſanus omnes Magiſtratus, ſacros ac profanos, promiſcue invadit; omnes hominum ordines, generatim ac ſingillatim, Abbates, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Cardinales, Pontifices, familias religioſas, rei publicæ adminiſtros, Principes, Reges mordet ac lacerat: nemini ab

(*) de Senez.

„ amente hoc homine tuto eſſe licet: calamus „ ipſius non niſi felle fluit, & attratus ſanguis, „ qui in ejus venis ebullit ac ſpumat, in om- „ nem ſe locum, ſupra omnis ſtatus, ſexus, „ & conditionis homines effundit. - - verbo, „ rabioſus eſt. - - omnis ubique locorum „ ipſius fides concidit, & nefaria, quæ venditat, „ folia omnes boni averſantur & horrent. - - „ ſcurra & nebulo eſt. „ * Abbas Guetus duobus & ipſe verbis ſua de *Notitiarum* harum ſcriptore ſenſa expreſſit. Profeſſor quidam ex Collegio Oratorii conſilium expetierat ab hoc Abbate, an non ſibi renunciandum cenſeret amœnioribus literis, ut propius ſequeretur

§. X.

Authoritas Janſeniſtarum profugorum in
ndiam, ſine dubio longe alterius formæ
lleris eſt, quam cujusdam ephemeridum
ris eo ingenio ac calamo, quali eſt ſy-
nta Factionis, de quo modo locuti ſu-
Hollandia illa libertatis regio eſt, in
ectatiſſimi quique e Factione tutum fi-
e aſylum invenere: In Hollandia tot
viri omnia moliuntur, ut hanc ſidem
i tectamque ſervent in regionibus, ubi
res & *vexationes* patitur, ſimulque di-
ac proferant in alias, quo nondum lu-
jus radii pervaſere: in Hollandia nullus
culo aut pœna metus, nullus tam gra-
bor eſt, quem non iidem ſumma ſua vo-
e ſubeant, ut tollantur aut perrumpan-
bſtacula; quæ amplificando novo Evan-
moram afferunt: in Hollandia denique
ia Janſeniana omni ſuo ſplendore nitet,
evi tempore æquali cum altera Proteſtan-
, lumine ac magnificentia effulgebit.
o grandes viri, quorum fidei & ſolertiæ
novellæ Eccleſiæ procuratio commiſſa
upremam manum addent imagini, quam
itæ hactenus de ſuis adverſariis, præ-
Jeſuitis, nobis adumbrarunt, & cer-
c definitam formam exhibebunt, quam
is comprehendi ab omnibus animo, &
c conſervari volunt. Ut h ec perficien-
eris ratio in optima luce coll ocetur, Jan-

ſeniſtarum in hoc negotio molitiones aliquas ſummatim recenſeri neceſſe eſt.

Quadraginta, & quod excedit, jam anni ſunt, ex quo iſti novatores vaſtum ac plenum gloriæ conſilium cepere, univerſum mundum ad partes ſuas adjungendi: ut belle ſuccederent omnia, & eventus reſponderet operæ, non alio opus fore videbatur, quam ut Principum Legati, qui de pacanda Europa apud * Sueſſiones convenerant, de rei controverſia & bonitate cauſſæ ſuæ probe edocerentur. Itaque conſcripti ſunt ampli commentarii ac libelli, qui etiam reipſa a Patribus Oratorii in illa urbe, nominatim a P. Renaldo Orato-

mundum animum adjecerant, ipſimet in
adem epiſtola ſignificant: Imprudentia ſe
s, & magnum errorem admiſiſſe ajunt,
hucusque non niſi in Gallia dogmata ſua
ire conati fuerint, *de aliarum vero Eccle-*
e emolumentis prorſus nihil laboraverint;
obrem ultro ſe magnæ in religionis ne-
fatuitatis reos agunt, quod intra tam
um rerum agendarum ambitum ſe continue-
nec minus ingenue fatentur. reſponſa ac
s omnium extra Galliam Eccleſiarum,
is ſuam erga Bullam *Unigenitus* obſervan-
& obſequium teſtantur, iisdem vero *ob-*
ſe ac *oppreſſos* non negant, fructum eſſe
ntiæ atque ſocordiæ ſuæ, & *juſtum ſup-*
n, quo DEUS in ſe ad hanc noxam ani-
rtiſſet.

, Hæc omnia, pergit author epiſtolæ ad
tpiedium, movent & urgent me, ut
im iterumque te obteſter ac obſecrem, ne
laborando altero commentario vel tantil-
i tibi cunctandum aut tergiverſandum
:s. Solus es, quem aptum ſciam ad
n pro rerum ac temporum ratione ador-
lum: ſolus, qui cum argumentorum
litate jungas ſuavitatem ſermonis, &
m influendi in animos: materia, quam
tes, magni momenti eſt, vaſta, & quæ
mnem partem plurimum valet; ſed in
im, non tamen plus juſto, cogenda
Uſus capiendus ex animorum compa-
me, qui jam ambitione Jeſuitarum

„ acriter offenſi ſunt: objicienda ipſorum (Le-
„ gatorum in comitiis) conſpectui immanis
„ vorago , cujus adhuc non niſi extremam
„ oram ac ſuperficiem vident.

Ex apoſtolico autem hoc commentario ſemel apte concinnato , quem eventum ſibi ominentur Janſeniſtæ, non aliis , quam ipſiſſimis eorum verbis referre auſim : Non alio opus eſt , quam hoc commentario , " ut totam Ger-
„ maniam , totam Poloniam , Tuſciam , Sici-
„ liam , Sabaudiam , Sardiniam , Rempubli-
„ cam Genuenſem , Inſulam Corſicam , Hiſpa-
„ niam , Luſitaniam, Paraquariam , Peruvium,
Mexicum videamus & audiamus in Bulla

porrigendo, eadem, qua primum, ma-
conſcripto, varia ejusmodi ſubſidia ac mo-
ſuggeruntur: non loquar autem hoc loco,
ſi de primo, utpote quod ſolum cohæret cum
gumento, cujus tractationem modo præ
anibus habeo; hoc vero primum, univer-
m mundum ad Janſenianas partes traducen-
, ſubſidium ac ratio unice in eo ſita eſt, ut
mprimatur Jeſuitarum potentia, & Conſti-
tionis *Unigenitus* progreſſui via interclu-
atur.

(e) "Certum eſt, ait ſpeciminis author, arrectos ſuſpenſosque redditos Legatorum animos, curamque iis injectam attendendi ad conſtitutionis negotium, & turbas, quæ ex eo in Gallia conſecutæ ſunt: omnes juvat ac delectat de his rebus novi quidpiam cognoſcere: plures in eo rem quoque ſuam ri exiſtimant, & magna voluptate legunt era, quæ ipſorum manus ſubeunt, & npliorem hujus cauſſæ notitiam afferre ſunt. Primus commentarius manu exa-
is, cum in tam bene affectos erga nos nos incidat, ſine dubio præclarum ali-
effectum dabit: hinc mentem ſubit co-
io, ſaluberrimum cauſſæ conſilium fo-
ſi conficiatur libellus alter, cujus ar-
entum ſoli Jeſuitæ ſint, quin tamen ab
da contra eos cauſſa ſeparetur Conſtitu-
inſectatio. Optimum factu erit, ut

(e) Commentarius VII. de molit. Janſeniſt. &c. pag. 2.

„ libello huic unum quoddam ac ſingulare con-
„ ſtituatur argumentum, ad quod deinde reli-
„ qua omnia referantur: hoc argumentum eſt
„ magnitudo ac vaſtitas potentiæ Jeſuitarum ad
„ eum gradum evectæ, ut vel ipſis Principibus
„ terrori ac oneri ſit. Jeſuitæ a prima ſua
„ origine præpotentes ſunt: ab hac amplitudine
„ ſua ac ſplendore quotidianis acceſſionibus au-
„ gendo deſtitere nunquam, nec minore ardore
„ ac ſucceſſu hodie adhuc in eo altius efferen-
„ do elaborant: adhibent eam in rem omnia
„ adjumentorum genera, & juxta atque eodem
„ loco habent, ſive æqua illa, ſive iniqua ſint. „
Ne hic moretur nos poſtremorum verborum ni-

Hic denique ultimus penicilli ductus eſt, quo Janſeniſtæ ſupremam manum imponunt horrendæ Jeſuitarum imagini, in quam pingendam centum, & quod ſuperat, annorum laborem impenderunt. Itaque non jam amplius ex *morali Practica*, non *ex literis Provincialibus*, non ex innumeris aliis infamibus libellis accerſenda fundamenta ſunt, quibus ferendum de Jeſuitis & eorum doctrina judicium nitatur: Libri hi non iis, quibus oportet, eos coloribus deſcribunt, nec ſatis pro merito abominanda ipſorum principia oculis ſubjiciunt: leviter duntaxat perſtringunt materiam, nec ad rerum fundum penetrant: ex Conſtitutione *Unigenitus* & ipſi & ipſorum doctrina cognoſci ac penitus inſpici poſſunt: Doctrina eorum eadem eſt cum doctrina hujus celebris Bullæ: *Si conſtitutio bona eſt, & ipſi boni ſunt, bona ipſorum doctrina. Eccleſiæ lumina ſunt, ſoli ipſi audiendi Magiſtri, omnibus eorum ſchola adeunda eſt.* Quodſi autem Conſtitutio mala ſit, & ipſi mali ſunt, mala eorum doctrina, tenebræ ſunt Eccleſiæ, omnibus ex eorum ſcholis demigrandum eſt.

Jam vero quid eſt, ex ſenſu Janſeniſtarum, Conſtitutio? *infame decretum* (ut hoc tanquam in transcurſu dicamus, dum de ea uberius ac expreſſius loquendi locus erit) *infame decretum* eſt, cujus doctrina æque deteſtabilis eſt, ac illa Gentilium. Quid ergo ſunt Jeſuitæ? homines æque *infames*, ac Conſtitutio, cujus doctrinam, quantumcunque commen-

mentitiam ac gentilium ſuperſtitionibus parem, mordicus tuentur ac docent, quin ſe ab errore revocari ſinant: atque hoc perſuadere conniſi ſunt Janſeniſtæ in egregio illo opere, quod foras emiſere hoc titulo, quem unum adduxiſſe ſufficit, ut quid de toto libro ſentiendum ſit, ſtatui poſſit: *Collatio doctrinæ Gentilium cum doctrina Jeſuitarum & Conſtitutionis.* Sed iterum: quid eſt Conſtitutio? Audiamus illius definitionem ex ore & calamo Epiſcopi Montis-Peſſulani: (num majoris ego authoritatis in Factione virum appellare poſſim?) Conſtitutio (g) *res ſummæ offenſionis & pernicioſiſſimi exempli eſt, quo nul-*

non iidem ultimis his lineamentis, quæ picturæ affert Janſeniana Factio, egregie vindicatos ſeſe, & cumulate reparata ſua damna cenſebunt, tum quæ hucusque ipſis perferenda fuerant, tum quæ adhuc impendent, donec hæc hæreſis funditus extirpetur? Hinc Jeſuitæ, & omnes ii, qui hoc nomine deſignantur, impune poſſunt arma ponere, quæ ad ſe defendendos ſumpſere: cauſſa eorum, fatentibus Janſeniſtis, eadem eſt cum cauſſa univerſæ Eccleſiæ: Hæc dum ſe, ſimul etiam ipſos tuetur; dum ſuos, etiam ipſorum inimicos elidit & obterit.

Quæſtio III.

Quænam Janſeniſtæ ex omnibus iis, quæ ad infamandos conſcientiarum arbitros atque animorum moderatores dixere, ſcripſere, ac fecere, conſectaria in ſuos uſus deauxerint.

Novatores hi, poſtquam *conſcientiarum arbitros atque moderatores animorum* (ne decederent de via, quam Majores Burgoſontani ipſis ſignaverant) tanquam homines *commodis ſuis ac lucris unice intentos*, homines abominandæ doctrinæ, homines non ad aliud aptos, quam ut animas deducant ad inferos, turpiſſime a ſe figuratos exhibuerant, non poterant non concludere, id, quod res per ſe ipſam loquitur, nempe ab uſurpandis ſacris

ipſo-

ipſorum obſequiis penitus abſtinendum eſſe, nec ferendum, ut eorum opera ad ullum negotium adhiberetur, quod qualicunque ratione ad ſalutem animarum pertineret: quantuscunque autem numerus improborum id genus Directorum foret, quibus interdicendum eſſet hoc munere, nihil ex hac agendi ratione & interdicto incommodi vel detrimenti extiturum: acquieſcendum, & fiduciam omnem collocandam eſſe in exiguo *Janſenorum Directorum* numero, qui adhuc reſtarent in Eccleſia. Præterea petebat ſyſtematis executio, ut Janſeniſtæ omni ope conniterentur permovere Epiſcopos, ut concluſionem hanc

ſenſu recepta ac collaudata fuit, Janſeniſtæ duplicatis curis ac conatibus id agebant, ut tanta irruentis in ſe tempeſtatis vi perculſæ atque proſtratæ Factionis reliquias extremo naufragio eriperent: infames libelli in dies ingenti augebantur numero; ſed non niſi de uno ſolo hic mihi ſermo erit, eoque erudiendis Epiſcopis, in quorum Diœceſibus Jeſuitarum domicilia ſunt, deſtinato: (ſed nunquam excidat animo amplitudo ſignificationis, quam hi novatores huic voci *Jeſuitarum* tribuunt:) ponderoſo huic & pleno rebus magnis opuſculo titulus eſt: *Epiſtolæ cujuſdam Theologi ad quendam Epiſcopum de hac magni momenti quæſtione: utrum fas ſit approbare Jeſuitas ad habendas conciones, & confeſſiones audiendas.*

Quamvis autem hæ * epiſtolæ præcipue Epiſcopis nuncupatæ & inſcriptæ ſint, in bonam tamen ſpem ingreditur author, eas tribus hominum generibus utiles fore. (*h*) *Primi*, quos præ oculis habere ſe ſcribit, *ſunt Epiſcopi, intra quorum ſacræ poteſtatis limites Jeſuitæ commorantur, & ab iisdem commiſſum ſibi habent munus docendi ad populum,* &

(*) Epiſtolæ hæ, numero tres, opus ſunt Abbatis Conetii. Iteratis typis excuſæ ſunt anno 1755 cum adjuncta quarta de eodem argumento. Videantur notitiæ Eccleſiaſticæ ad 13. Nov. 1755 pag. 181. Epiſtola nuncupatoria ad Archiepiſcopos & Epiſcopos legi meretur, quantum ad materiam præſentem pertinet.

(*h*) Epiſtolæ &c. Editionis an. 1716. pag. 154.

& in ſacris tribunalibus jus dicendi pœnitentibus.

(*i*) *Alterum genus*, cui deſiderat *emolumentum obvenire a ſuis epiſtolis, ſunt fideles, qui ſe credidere Jeſuitarum manibus, & eorum conſiliis regi ſinunt - - freti fide & authoritate Epiſcoporum, qui ſuo illos ſuffragio ad ſacrum hoc officium aptos, ac dignos judicant.* His fidelibus epiſtolarum author vehementer timere ſe & compati ait, quod in manus Jeſuitarum inciderint.

(*k*) *Tertium denique genus ipſi Jeſuitæ ſunt - - - ex quorum miſero ſtatu graviter ani-*

ideo, ſi de ſuprema DEI poteſtate ſermo eſt, poteſt is omnino Jeſuitarum aliquem ad frugem revocare.

Verum Zelotes hic, tanto emendandi Jeſuitas ſtudio flagrans, ignorare, aut ſaltem oblitus eſſe videtur famoſi illius arcani, quod de his Patribus in carcere Vincennenſi e cælo ſe hauſiſſe teſtatur Theodoricus Viaixnius: illud opportune hic & ipſi, & omnibus ejusdem cum ipſo coloris & fuci, qui de Jeſuitarum ad meliora tranſitu ſpem aliquam, qualem ipſe, ſibi imperare cogitant, in memoriam revocandum eſt. En, quibus verbis fugitivus hic Monachus rem geſtam exponat Petitpiedio.

(*m*) „ Sic eſt (ſcribentis verba ſunt) in arte „ fallendi ac metiendi nec ipſe dæmon Jeſuitis „ deterior eſt, præcipue cum id agitur, ut tene„ bricoſa fronte ac ſupercilio ſua tegant ſcelera, „ aut illis machinentur exitium, quos inimi„ corum loco habent. DEus eſt, qui me hæc „ loqui jubet: DEum teſtem appello, hæc me „ fari ſine ullo ſiniſtro affectu, aut concitati „ animi impetu, & cupiditate vindictæ, ſed ſo„ lo religionis amore (hinc ſine dubio etiam ex „ charitate) Prioribus tribus captivitatis meæ „ annis pro iis, ut ſe colligerent tandem „ ac reſipiſcerent, ſupplicavi DEO eo mentis „ ardore, atque aſſiduitate, quam cogitati„ one quis aſſequi non poſſit: ſed poſtquam „ declaravit mihi Deus, ſe induraſſe cor eorum, „ ceu

(*m*) Epiſtola 20 Octobr. 1712 data, in Commentatio II. de molit Janſ.

„ ceu novorum Pharaonum, atque permiſiſſe „ ſenſui ſuo reprobo, ſimulque preces meas pro „ iis proſequi vetuit; ex eo tempore nullum ob„ ſecrandi & obteſtandi DEum finem facio, præ„ ſertim dum ſacris operor, ut Eccleſiam ſuam „ perditis his hominibus exſolvat ac liberet. „

Poſt tam apertum cæli teſtimonium, & diſertum pro Jeſuitis præcandi interdictum, num Janſeniſtarum quispiam ſine inſignis amentiæ nota ſperare poteſt, fore aliquando, ut emolliantur novi hi *Pharaones*, & partes *veritatis* amplectantur? At ego a Lectore veniam ſpero brevis hujus digreſſionis. Ad noſtras Epiſtolas Epiſcopis inſcriptas redeamus

um, ab ore Janſeniano pronunciata, ſine dubio eſtive ſonat, & multum leporis habet.

Cum autem Epiſtolarum author, ut erat omo émunctæ naris, facile præciperet animo, plurimos Præſules non unum incommodum, cum hac præſcripta ſibi agendi ratione onjunctum, advertere poſſe; ut illi occurret, eorum quendam in medium adducit, eique in contrariam partem argumenta, quibus anc opinionem ſuam refelleret, ſuggerit: o) „Videmus tamen (ex ore authoris ait hic Epiſcopus) in hac Jeſuitarum Societate viros inprimis, qui rectiſſimis exemplis & vitæ ſuæ ſanctimonia magno nobis ad virtutem incitamento ſunt: deinde, qui e ſacris ſuggeſtibus caſtiſſimam nos, & ab omni errore ac mollitudine alienam morum diſciplinam docent: itidem, qui in privatis colloquiis haud gravate omnem fractiorem, quæ humanis cupiditatibus ſerviat, doctrinam repudiant. Et lenique ſunt, quibus qui utuntur conſcientiæ arbitris, ad eam morum integritatem ac irtutis amorem vitam ſuam exigunt, ut ıbitari non poſſit, bonos eos duces ſequi, optimis doctrinis ad omnem probitatem ıdiri. Et cur hujusmodi Jeſuitis ſacra hæc eundi miniſteria facultatem denegemus? „ Fateor, ignorare me, num, qui oppohæc Epiſcopo verba dictavit, agnoverit n quos ſe difficultatum nodos ſuppedihis argumentis induat: ſed utut eſt, nihorum omnium negat, & ex anguſtiis,

(L) 2 in

o) *id. pag. 99.*

in quas ſe conjecit, verbis quibusdam facetis extricare nititur : (*p*) *Certe nimis*, ait, *me difficilem & asperum dices ; nam puto, omnes has conditiones nondum rem conficere, aut ſufficere, ut Jeſuitarum ullus approbari poſſit.* Quid ergo tali Jeſuitæ adhuc deeſt ? quantum conjectura auguror, modicam quandam Janſeniſmi portionem conditionibus his admiſceri Epiſtolarum author deſiderat.

Novum, quod ab eodem Præſule objici fingit, argumentum his verbis proponit : (*q*) „ Opponis, illuſtriſſime Domine, plures con- „ feſſarios ſæculares æque ac Regulares can-

„ Deinde, quod ad huc magis extimeſcendum „ ſit, magnam fidelium partem ſine animorum „ arbitris ac ducibus fore, adeoque ignaros, „ quorum fidei ac conſiliis, conſcientias ſuas „ committant, cum reipſa pro delectu habi- „ turi non ſint ſufficientem confeſſariorum nu- „ merum, eo prolapſuros, ut omni Sacra- „ mentorum uſu abſtineant: per hunc autem „ neglectum ſenſim pietatis exercitia abolitum, „ & denique religionis cultum in eorum cor- „ dibus omnino extinctum iri. „

Num verioribus coloribus jam in anteceſſum pingi poterant mala, quæ Janſeniſmus deinde diœceſibus invexit, in quibus radices egit, jamque confeſſariorum numerus, utut modicus ille ſit, nimius tamen eſt pro audiendis illis (tam rari ſunt) quibus adeundi Sacramenta adhuc animus eſt? Sed Janſeniſtæ huic rei nihil indecori & abſoni, nihil vere noxii ineſſe unquam agnoſcent: imo hic ſcopus eſt, quo ipſorum ſpectant conſilia; & hinc noſter etiam epiſtolarum faber ſuppoſito a ſe Præſuli ſuo reſpondet, (r) *pavere ipſum, ubi timendum nihil ſit, nec niſi imaginaria damna metuere*, quæ nimirum ſumantur obtentui, cur manifeſtos abuſus emendari conſultum non ſit. Hunc ille obtentum, quantum viribus & ingenio valet, elidere conatur, & tandem detegit finem, ad quem pervenire meditatur, non alium, quam ut omnes

(r) eadem pag. 131.

nes animorum directores ſectæ ſuæ adverſantes, „ reddat inutiles. (s) " At poſt hæc omnia, in- „ quit, quodnam tantum pro Eccleſia malum „ eſt, ſi imminuatur tot Confeſſariorum nu- „ merus, & pauciores quidem eorum ſint, ſed „ multo præſtantiores, & majoris probitatis „ ac ſalubrioris exempli, confeſſarii accurati „ & probi? „ Facilis conjectura eſt, quid ſibi velit Janſeniana hæc phraſis: Confeſſarius *accuratus* & *probus*.

Poſtquam Epiſtolographus cruentum hoc telum in omnes directores, ſeu ſæculares ſeu Regulares, Janſeniſmo infenſos intorſerat,

(*u*) „ Dum Jeſuitis in tua diœceſi (ſcri-
„ bentis oraculum eſt) facultatem largiris con-
„ cionandi & expiandi confitentes , teſtimo-
„ nium illis præbes apud ſubjectos tuos , ha-
„ beri eosdem a te dignos Verbi divini inter-
„ pretes , & probos pro ſacro foro judices:
„ declaras illis , quorum curam tibi commiſit
„ Deus , poſſe ipſos in horum Patrum virtu-
„ te ac prudentia tuto ſpem ſuam reponere ,
„ atque in ſemita ſalutis duces adhibere : va-
„ dem te præſtas pro his ſacrorum miniſtris ,
„ qui nomine & authoritate tua muniti in tra-
„ ctando hoc grandi animarum negotio ver-
„ ſantur. Ah! an non times te participem ,
„ ac coram DEO reum fore omnium malo-
„ rum , quæ iſti faciunt ? Non recident in te
„ perverſa dogmata ac placita , quæ vendi-
„ tant , tot conſilia legi divinæ adverſa , quæ
„ ſuggerunt , abſolutiones cæcæ & præcipites ,
„ quas contra omnem Eccleſiaſticæ diſciplinæ
„ normam quibusvis impertiuntur , commu-
„ nione ſacrilegæ , quas permittunt ac pro-
„ bant. „ Omnes igitur Epiſcopi magno ſe cri-
mine coram DEO obſtringunt , qui Jeſuitarum operam ad obeundas has ſanctas functiones adhibent: ergo nullus illa uti debet.

Hæc conſecutio an non prorſus legitima , & ad omnes Dialecticæ regulas exacta eſt ? Euge ! conferamus illam cum ſuis principiis , ex quibus ducitur , ut apta partium compoſitio

(*u*) ibid. pag. 153.

& ordinis concinnitas melius ſub oculos cadat. Conſtitutum fuit Burgoſonte abolere religionem Jeſu Chriſti. Prævidebant autem Burgofontani fœderati, *conſcientiarum moderatores ac duces animorum* omni conatu interceſſuros huic conſilio, corrumpendi populum. Quid igitur facto opus? ſua illos fide, ajebant, & exiſtimatione ſpoliari, atque omnium odio objici, nec ad rem hanc perficiendam ulli ſumptui, ulli labori parci oportet, eo ſcilicet more ac modo, quo alias Calviniſtæ, cum ſimiles caſus inciderent, felicem negotiis ſuis exitum procurabant; præ omnibus autem eos tanquam homines *lucris & commodis ſuis penitus* dedito exhiberi neceſſe eſt. Hac facie ſi de

Hoc primum induſtriæ ſpecimen ſucceſſu ſuo non caruit. Sectæ tamen Optimates pro provida ſua prudentia ac ſagacitate judicabant, multo ſatius ac præſtabilius e re ſua fore, ſi ſuos adverſarios ſingillatim aggrederentur, & obtrectationibus ac ſatyris peterent: ergo placuit in ſolos religioſos omnem ſtomachum ac bilem effundere: mox aliquot Epiſcopi, qui ad Factionem adjuncti communes ſuas cum ſecta rationes habebant, omnibus illos injuriis vexare: unus & alter adoriri illorum privilegia: complures illorum doctrinam criminari, eamque ſubjectis ſibi fidelibus abominabilem, nec ipſos ad aliud factos denunciare, quam ut animas ſecum in ſempiternum exitium traherent.

Et huic novo conatui fortuna non defuit: non pauci miniſtrorum Jeſu Chriſti, cum deficerent animis, nec auderent adverſis ſignis cum hoſte concurrere, projecere arma: alii, fortaſſis commoditate commentitiæ moralis ſeveræ illecti, omnino ad horum reformatorum partes deſcivere. His autem ſeu deditiis, ſeu transfugis, par non erat, ut poſthac Factio *quicquam authoritatis detraheret*: imo exigebant ſectæ rationes, quibus plurimum momenti afferre poterant, ut majus etiam illis nomen ac fama conficeretur; ergo cogitatum eſt de invenienda nota ac ſigno, quo illos internoſceret populus, nec ex intempeſtiva hallucinatione in directores recens ad partes adductos immerito transferret ſatyras,

quas ratum erat contra omnes, qui in arena firmo veſtigio pro Eccleſia perſtabant, continenter proſequi, & ubique diſſeminare.

Excogitatum autem hoc ſignum eſt, ut directores Catholici, quos inſectari deliberatum habebant, uno quodam certo nomine denotarentur, quod non ad alios, quam ad iſtos, & quidem ad iſtos univerſim pertinere poſſet. Cum vero Factio non haberet inimicos, quos ſuus ipſi Anteſignanus diſertius commendavit exagitandos, quam Jeſuitas; ſi omnes ſectæ inimicos *Jeſuitarum* nomine deſignarent, dubium non erat, graviſſimos omnium ictus in eorum ſocietatem intortum iri; quæ ſane ratio valebat, ut hic

lectiones errorum, quos novatores pro arbitratu & fallaci ingenio ſuo in hos libros congeſſerant, & Jeſuitis tribuebant, novus excepit modus *denunciandi* doctrinam Jeſuitarum: non audiebatur tum, niſi nomen denunciationum: *Denunciatio novæ hæreſis Jeſuitarum de peccato Philoſophico: Secunda, tertia, quarta, quinta Denunciatio ejusdem hæreſis Jeſuitarum*: (x) Septendecim aliæ Denunciationes Jeſuitarum: *Epiſtola, qua denunciatur Epiſcopo doctrina Jeſuitarum.* Cum denunciatori nihil deferret Præſul, hem! mox adeſt *altera epiſtola ad Epiſcopum Tornacenſem*, qua ſecundo eidem pernicioſæ doctrinæ apud ipſius tribunal dies dicitur.

Cum Epiſcopi has denunciationes, aut potius vociferationes Factionis in rabiem actæ negligerent, tam profundi primorum Eccleſiæ Paſtorum ſilentii culpa in calliditatem & verſutias Jeſuitarum conjecta eſt; continuo itaque vulgatæ ſunt (y) *artes Jeſuiticæ in ſuſtinen-*

(x) Prætento nomine Eccleſiæ Leodienſis.

(y) Author harum *artium* perhibetur Fr. Henricus a S. Ignatio; neque negat Bibliotheca Carmelitana A. 1752 Aurelianenſibus typis edita T. I. p. 626 ad nomen Henrici a S. Ignatio: *Quisquis ſit* (verba hujus Bibliothecæ ſunt) *ille Chriſtianus Alethophilus* (hoc ſcilicet fictum nomen ſibi author ſumpſerat) *quem credunt eſſe Henricum a S. Ignatio, artes has Jeſuiticas duplici decreto Congrega-*

tio-

nendis pertinaciter novitatibus, laxitatibusque ſociorum &c. præter innumeros alios infames libellos, qui etſi potiſſimam partem ignominioſiſſimo ſtigmate ubique notati damnarentur, ex omni tamen parte, in dies fere e ſuis iterum cineribus renaſcebantur.

Operi, cujus fundamenta jecere hi libri, faſtigium impoſuere fabuloſæ omnis ſortis & generis narrationes, peſſimi exempli & publicæ offenſiones plenæ, de iis confictæ, quos *aterna infamiæ & deſpectui tradere* Janſeniſtæ decreverant. Falſitate unius luce clarius demonſtrata, confeſtim ſuffecta eſt nova, de alio flagitio, atque alia in Provincia, ab uno vel pluribus Catholicis directoribus perpetrato: Et ſic depravatio populi, magna, quin res ſatis adverteretur, incrementa capiebat.

Denique, poſtquam Janſeniſmus ab in-

andam ac directionem animorum committi. Et
: terminus erat, ad quem Janſeniſmus, etiam
r varios circuitus ac diverticula, accedere in-
ıderat: hæc concluſio erat, quam ex tot
emiſſis ducere cogitabat.

Num vero, repeto, alia magis legitima, & omnes Dialecticæ regulas melius exacta con-
:utio eſſe poterat? Et poſt hæc, num Janſeniſtæ
e ſe ipſos arguere poſſunt de minima etiam of-
antia in ſervando modo & ordine, quo Burgo-
ıtanum conſilium de hoc tertio, ad ſtabilien-
m ſuper Evangelii ruinas Deiſmum, adju-
:nto in opus deduxere? Si qui ſunt adhuc in
cleſia, ſincero pro ſalute animarum ſtudio ar-
ıtes miniſtri, quorum fama etiamnum illi-
:a eſt, num id his novatoribus dari culpæ,
umque indiligentiæ adſcribi poteſt? An non
e de ſe prædicare poſſunt, nulli ſe unquam
uiſſe occaſioni, nulli operæ peperciſſe, ut ne
unus eorum ſupereſſet amplius; reipſa au-
ı effeciſſe, ut ad longe pauciores in Gallia
rum redigeretur numerus, & hac via pluri-
fideles erroribus ſuis inficerentur? Et en!
ımodo Burgofontanum conſilium in oculis
us Franciæ executioni detur, quin fere ſint,
ſibi ab illo cavendum exiſtiment.

Reſtat jam, ut in ſexta ac ultima hujus ope-
Parte violentiſſimi illi impetus ac conatus
ıonantur, quibus Janſeniſmus executionem
us ſyſtematis omnibus numeris, partibus-
: explere, omnemque Eccleſiæ diſciplinam
bolere, atque illius poteſtatem & authori-
tatem extinguere adlaborat.

Ve-

Veritas

Consilii Burgofonte initi ex hu-

ius executione demonstrata.

tam pernicioſa dogmata ab Eccleſia omnibus diris devotum iri, quemadmodum reipſa devota ſunt; quid conſilii? authoritatem Eccleſiæ ad nihilum redigere, unica erat ratio, qua omnia ipſius fulmina ac diras fruſtrarentur: Ratio ſane vana & caſſa in omnium oculis, qui JEſu Chriſto & ipſius promiſſis fidem habent; talis tamen viſa non eſt illis, qui conventui Burgoſontano intereſant: tantum ſibi pollicebantur fortunæ ac virium, quantæ ſatis eſſent, ut res proſperum ſortiretur exitum. Et en modum, quem ſibi in agendo hoc negotio adhibendum cenſuere.

„ Sed non minus advertit etiam ipſos Ca-
„ pitis Eccleſiæ oppugnandi neceſſitas; quam-
„ obrem, quia Romanus Pontifex in rebus ac
„ controverſiis fidei adiri ſolet, ut tanquam
„ ſupremus, & ob promiſſum ſibi S. Spiri-
„ tus præſidium judex falli neſcius ſententiam
„ ferat, ſtatuerunt in hoc conciliabulo, ad-
„ verſus Monachicum Eccleſiæ ſtatum omnia
„ conſilia atque operam convertere, & ut
„ hunc evertant, Ariſtocraticum introduce-
„ re; quo aliquando ſtabilito omnis facile
„ Eccleſiæ poteſtas profligari poſſet. Quod ad
„ Pontificis immunitatem ab errandi periculo
„ ſpectat, placuit eidem libris ac libellis bel-
„ lum inferre; cumque uno mox impetu at-
„ que aſſultu expugnari nequeat, eam ſolis
„ œcumenicis conciliis tribuere, ut ſi Ponti-
„ fex hanc dogmatum novitatem anathemate
„ percuſſerit, ſemper reclamari, atque ad-

„ con-

tendis ſe diſtineat: non de peculi
hominum ordine, qualis eſt Jeſuit
tas, quem omni ſua fama & fide e
illa collineat: directum in ipſam
Eccleſiam, primosque ejus Paſto
dare meditatur. Videbimus in h
totam regiminis Eccleſiaſtici forma
verſam, authoritatem Vicarii JEſu
culcatam, alteram Epiſcoporum p
bitam, ſimplices ſacerdotes æquato
ac ſummo Pontifici, infallibilitatem
ſtus docenti Eccleſiæ addixit, att
cleſiæ diſcenti, & per hoc antiq
tus & abolitam; Factionem de
rari ac furere contra lata in ſu
anathemata, *appellare ad concili*
parare effugia, quibus hujus i
concilii deciſiones eludat, & ex
tatem ſibi conſtituat, *illi tam p*
Pontifici & Evangelio obtempera
hæc ſunt, quæ in quinque hujus

Quæſtio I.

Cuinam Burgofonte datum negotium eſt, ut primus poteſtatem Eccleſiæ convellere, ac demoliri conetur?

Deliberatione fere opus non erat, quis primus horrendam hanc viam iniret, & initium faceret vaſtandæ Eccleſiæ, quam parum laborandum fuit de deligendis iis, qui ad præſtanda reliqua Deiſmi adjumenta, de quibus hactenus locuti ſumus, primi manus & operam ſuam adhiberent. Erat inter Deiſtas Burgofonte congregatos, vir profanus, Edmundi Richerii, qui ad mentem hujus novatoris non multis ante annis contra Eccleſiam ſcripſerat, ſtudioſiſſimus ſectator & æmulus: magnaque tum cura illud agebatur, ut unius ex Richerii libris editio pluribus prelis pararetur, id quod ſumma adhibita celeritate, eodem, quo conventus Burgofontanus habebatur, anno effectui datum eſt.

Nomen hujus Deiſtæ in narratione juridica de illo conciliabulo, initialibus his litteris (S. V.) poſtremo loco deſignatum eſt. Doctor Arnaldus in altera ſua ad Ducem & Parem Franciæ epiſtola, de his Deiſtis agens, affirmat, (a) *neſciri, quis ſit hic ultimus S. V.* Nihil autem is erubuit melius ea de re edoctus

(a) pag. 113.

videri, cum Tomum octavum *Ethicæ Practicæ Jesuitarum* scriberet, eamque sine adjecto suo scriptoris nomine in lucem emitteret; adductis enim ex juridica de conventu narratione his verbis, *statutum fuisse, adversus statum Monarchicum Ecclesiæ omnia consilia ac curas convertere &c.* subjungit: (*b*) *Verba hæc locum præbent opinandi, Fillovium duabus his litteris S. V. denotare voluisse Simonem Vigorium majoris Consilii Senatorem, qui eodem tempore varios libros edidit, in quibus tuetur eadem, quæ de his argumentis* (gubernationis Ecclesiæ) *supremæ Curiæ in Gallia sentiunt.*

De ſenſis ſuis in religioſis negotio ipſemet in Præfatione libri, de quo poſtea latius diſſereremus, teſtem agit, & (*d*) *quis mihi vitio vertat*, inquit, *palam feciſſe me quam ineptos & iniquos libri Richerii cenſores egerint Doctores & Scriptores quidam* (qui hunc librum vexandum ac confutandum ſibi ſumpſerant.) *Hi niſi acri reſponſo retuſi fuiſſent, periculum erat, ne poſteritas opinaretur*, (ſententias horum Doctorum & Scriptorum) *eſſe doctrinam, quam Gallia ſanam & orthodoxam credidiſſet.* Vigorius itaque aperte * Richeriſmi ſe patronum atque aſſeclam prædicat: hanc ille religionem profitetur.

(M) 2 Non

(*) Dupinus in hiſtoria ſua ſæculi XVII fatetur, Simonem Vigorium inſtitiſſe Richerii veſtigiis, ejusque doctrinam ac cauſſam ſcriptis vindiciis defendendam ſuſcepiſſe, *Part. I. pag.* 428. Idem Dupinus in hac ipſa hoſtoria ſua Simoni Vigorio his verbis Elogium pangit: „ Ipſius opera digna lectu „ ſunt, & locum ac ſtatum, quem tenebat, „ magno nominis ſplendore illuſtrant; nam „ quamvis Eccleſiaſticus non eſſet, plura „ tamen introſpexit, & aptius ac nitidius diſ„ ſeruit de rebus Eccleſiaſticis, quam multi „ Theologorum ſui temporis. Mortuus eſt „ 19 Februar. 1624, ætatis annorum 68. „ *ibid. pag.* 434.

Porro

(*d*) pag. 13. Edit. 1631.

Non minus in eadem Præfatione, quam aſpera fuerit indole, ipſe prodit modo illo improbo, quo (*a*) eleemoſynarium quendam Regium, qui ſuos ipſi errores ob oculos poſuit, contumelioſe accipit: ſtylo, quem Arnaldus *in certis dimicationibus* adhiberi poſſe geo-

---

Porro de Edmundo Richerio Presbytero * Lingonenſi, & Facultatis Pariſienſis Doctore Theologo, cujus principia ac doctrinam ſecutum eſſe Vigorium teſtatur Dupinus, & paulo poſt loquetur res ipſa, meminit Spondanus ad annum 1612 n. 3. & ad annum 1629 n. 9.

geometrica forma demonſtravit, in morem Magiſtri multum & diu in hac arte verſati utitur: Voces ignominioſæ *ſtolidi*, *inſulſi*, *nugatoris*, *rudis & ſtupidi*, *imbecillis*, *impoſtoris*, *calumniatoris*, & aliæ id genus, quibus hunc Eleemoſynarium ſalutat, luculento documento ſunt, ſtylum hunc in ſecta peregrinum ac novum non eſſe. Atque hoc totum

---

libitem veritatis judicem agnoſcens; & quatenus contraria illa eſſent eidem Eccleſiæ Romanæ, improbavit & condemnavit.

Richeriſmi autem nomine intelligitur perverſiſſima doctrina, qua (teſte Cardin. Perronio in epiſtola ad Caſaubonum, apud Boſſuetum Meldenſem Epiſcopum in defenſione declarationis Cleri Gallicani T.II. P. II. lib. X. cap. XXV.) ſtatuebat Richerius: „quod „ Presbyteri cum Epiſcopis, Ariſtocratici re„ giminis more, in partem Eccleſiaſticæ ad„ miniſtrationis vocentur; quod electiones „ jure divino nitantur, ex quo conſequatur „ a Regibus, qui Antiſtites deſignent; contra „ jus divinum peccari; quod Ariſtocraticum „ regimen ſit optimum, & naturæ conve„ nientiſſimum, in quo directe ſtatus Mo„ narchicus oppugnetur; quod omnis prin„ cipatus a ſubjecti populi conſenſu pendeat: „ Quod DEus influat in ſuppoſita analogice, „ hoc eſt, in civitates ac regna, ipſamque „ communitatem prius, & proprius ac prin„ cipa-

eſt, quod de hoc homine mihi dicendum ſuppetit: Liber ipſius, ex quo reliqua, quæ ad ipſum pertinent, intelligemus, veriſimilius tam parum, quam author cognitus, inter blattas lateret, & tineas, niſi Janſeniſtæ e ſitu ſuo ac pædore eruiſſent, & mox a celebratis An. 1682. Cleri comitiis operam dediſſent, ut elegantibus typis atque auguſtiore forma recuderetur. De hoc jam libro amplior nobis ſermo erit.

Ad

„ cipalius, quam in partes, quæ non aliter „ agant, quam inſtrumenta eorum ſuppoſi„ torum & communitatum, quo fiat, ut Prin-

Ad perfectam operis abſolutionem, quod moliebantur Deiſtæ, Burgoſontani eo conſilio, ut omnia divinæ, cujusdam religionis veſtigia abolerent, hæc tria ſibi efficienda putarunt: Primum, ut abrogarent formam regiminis, quam JEſus Chriſtus in ſua Eccleſia conſtituit: *Statutum fuit, adverſus Monarchicum Eccleſiæ ſtatum omnia conſilia ac ſtudium convertere;*

belli de Eccl. & Polit. poteſtate, pro ſuprema Romanorum Pontificum in Eccleſiam authoritate.

Ejusdem doctrinæ illam præcipue partem, quæ contra Eccleſiaſticam poteſtatem eſt, ſibi exagitandam quoque, & graviſſimis momentis refellendam ſumpſere Petavius T. VI. Theol. Dogm. (in Edit nova Veneta anno 1757.) lib. III. c. 14. 15 & 16 a pag. 165. & Anonymus Author Tractatus de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ toto libro IX. Summa autem hujus peſtiferæ doctrinæ in eo vertitur, *Chriſtum fundando Eccleſiam, prius, immediatius, atque eſſentialius, claves ſive juriſdictionem toti dediſſe Eccleſiæ, quam Petro, ſeu, quod eodem redit, claves toti dediſſe Eccleſiæ, ut per unum miniſterialiter exercerentur; quandoquidem tota juriſdictio Eccleſiaſtica primario, proprie, ac eſſentialiter Eccleſiæ convenit; Romano autem Pontifici, atque aliis Epiſcopis, miniſterialiter, & quoad executionem tantum.* adeoque

tere; & ut hic everteretur, omni ope elaborare, ut introduceretur Ariſtocraticus. Alterum, ut adorirentur infallibilitatem Pontificis, & ſic ſpecioſo hoc obtentu, Papam errare poſſe, ſolenniſſimas etiam ſanctæ ſedis ſanctiones eludere poſſent: *Quod ad Pontificis immunitatem ab errandi periculo ſpectat, placuit, eidem ſcriptis libris ac libellis bellum inferre, cumque uno mox impetu, atque aſſultu expugnari nequeat, eam ſolis conciliis tribuere.* Tertium, ut iis, qui præfuturi executio-

---

que omnem authoritatem & jurisdictionem

tioni ſyſtematis, & ſuo tempore appellaturi eſſent ad futurum concilium, cauſſas præparārent & nomina, quæ ſuæ in reſpuendis hujus concilii deciſionibus contumaciæ prætexerent: *Si Pontifex nova ſua dogmata anathemate percuſſerit, reclamandum, & ad concilium provocandum erit, cui ipſi tamen non magis, quam Pontifici & Evangelio obſequi ratum eſſet.*

Janſeniſtæ in tribus his capitibus ad effectum perducendis, perfecte munere ſuo functi ſunt; quod ut omnibus perſpicuum fiat, ordiamur a Vigorii libro, qui in negotio & argumento, quod jam tractamus, claſſicum & præcipuum ſectæ opus eſt.

Articulus I.

Simonis Vigorii conatus deſtruendi regimen Monarchicum Eccleſiæ, & in ejus locum Ariſtocraticum ſufficiendi.

§. I.

Libro Vigorii hæc inſcriptio eſt: *Quatuor libri de ſtatu & gubernatione Eccleſiæ* I. *de Monarchica Eccleſiaſtica.* II. *De infallibilitate.* III. *de diſciplina Eccleſiaſtica.* IV. *de Conciliis. Per Simonem Vigorium, majoris Concilii Senatorem.* Opus hoc plenum eſt præclara illa eruditione, quam plerique Proteſtantium libri contra Eccleſiam & Summum

ejus Antiſtitem ultro ac liberaliter ubique hauriendam propinant. Præcipue author inſtitutionibus Calvini multum & familiariter uſus eſt: ex hujusmodi lutulentis fontibus hauſit hic laicus ſuas de rebus Eccleſiaſticis notitias. Nihil autem de iis diſſerit ex ordine, & conſtituta rite methodo, nihil certa ac definita ratione: pro arbitratu decernit, & confidenter ſententiam fert in rebus, de quibus accuratiſſima ſibi conſideratione loquendum exiſtimant veri Theologi: pro more hæreticorum ultro ſupponit & affingit adverſariis ſuis, quæ ipſis opinari vel aſſerere in mentem non venit pugnantia loqui, & jam hoc loco abnuere

illius verba: „ Gratia Catholicæ, quam pro„ fiteor, fidei, qua me dignatus eſt DEus, „ & honor Gallici nominis, quo glorior, ac „ munus Magiſtratus regii, quod gero, impu„ lere me, ut in anteceſſum aperiam complu„ rium hujus ſæculi ſcriptorum fallaciam, qui „ ſub falſo religionis obtentu Ariſtocraticum „ Eccleſiæ ſtatum atque gubernationem in„ vertere attentant. „ Ad hunc igitur fraudulentum prætextum atque *abuſum* comprimendum, profanus, hic homo, loci & conditionis ſuæ immemor, ſe ipſum Theologum creat.

Ut autem clarius cadat ſub oculos, quanta ſit conſpiratio conſenſusque principiorum inter ipſum & hæreticos, juvat paucis exponere, qui hinc hæretici, inde Catholici ſentiant de ratione regiminis, quo JEſus Chriſtus Eccleſiam ſuam ab hominibus gubernari voluit.

Tria diſtinguuntur gubernationum genera: Monachia, quæ ſtatus eſt, in quo ſummum imperium in unius ſolius manibus reſidet: Ariſtocratiæ, in qua ſuprema poteſtas penes Nobilium atque Optimatum ordinem eſt: Democratiæ, in qua ſumma rerum in populi arbitrio poſita eſt. Hæc tria gubernationum ſimplicium genera interdum inter ſe copulata ſunt, ita quidem, ut regimini Monarchico ab admixto Ariſtocratico, vel etiam Democratico temperamentum aliquod comparatum

ratum, & certi limites, quos egredi fas non eſt, circumſcripti ſint.

Regimen Monarchicum cenſetur eſſe præcipuum, quoniam præ reliquis propius accedit ad modum & formam, qua DEus hanc rerum univerſitatem moderatur. Sed cum ea humana imbecillitas ſit, ut fieri non poſſit, unum ſolum hominem in amplo quodam imperio per ſe ipſum adminiſtrare omnia, & leges, jura, ac rectum rerum ordinem tueri, cuivis Monarchæ ſumma impoſita neceſſitas eſt, ut varios ſibi adminiſtros adoptet, quorum fidei authoritatis ſuæ partem ad diverſa

nec a Monarchæ arbitrio ſuſpenſa ſit, hæc regiminis forma Monarchica quidem, ſed ex temperamento & admixtione gubernationis Ariſtocraticæ ſuis ſpatiis ac finibus definita eſt.

Hæreticorum unanimis ſenſus ac vox eſt, nullo pacto admitti poſſe, gubernationem Eccleſiæ eſſe Monarchicam; qualis autem ſit, diſſident inter ſe, & in diverſos errores abeunt. Sunt, qui cum Illyrico Magdeburgenſium Centuriatorum Anteſignano ſupremam in Eccleſia poteſtatem imprimis populo, deinde Seniorum collegio tribuant. Alii cum Calvino contendunt, eandem poteſtatem pertinere ad Seniorum Collegium, cui Epiſcopus præſideat; populo autem parum ea de re largiuntur. Arminiani cum Curcellæo aſſerunt, regimen Eccleſiæ præciſe eſſe Democraticum. Alii cum Brentio ſummum hoc jus profanis Principibus, ac Magiſtratibus, excluſis Epiſcopis, adjudicant.

At contra omnes Catholici ſumma concordia credunt & profitentur, Jeſum Chriſtum, antequam rediret in cælos, plenitudinem poteſtatis S. Petro contuliſſe, ut vice ſua fungatur in terris, & ex inſtituto, ac norma legum, quas ſupremus hic divinus Legislator condiderat, primum quidem ipſe S. Petrus, deinde ejus Succeſſores univerſam Eccleſiam gubernent. „ Dogma fidei Catholicæ eſt (omni aſſeveratio„ ne (*f*) affirmant illuſtriſſimi Galliæ Præſu„ les) ſummum Pontificem & dignitatis ſi„ mul,

(*f*) In literis Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum de conſultatione Advocatorum An. 1727. pag. 34.

„ mul, & jurisdictionis primatu eminere, quem-
„ admodum a primis Eccleſiæ temporibus eo
„ præditus eſſe creditus eſt; neque hæc jurisdi-
„ ctio legi aut juri cuidam Eccleſiaſtico, ſed legi
„ Divinæ & inſtitutioni JEſu Chriſti originem
„ debet; atque eo valet, ut ſummorum Pon-
„ tificum ſanctiones omnes & ſingulas Eccle-
„ ſias ſtringant & obligent. „ Ecce tibi in exi-
mio hoc effato aſpectabilem **Monarcham**, non ſolum *in Eccleſia*, ſed pro eo, ac dedita opera obſervant iidem Præſules (*g*), Monarcham *Eccleſiæ*, quem JEſus Chriſtus inſtituit.

Num autem poterit hic Monarcha omni ea, qua oportet, vigilantia ac ſtudio ſolus om-

u detracta dignitate exauctorari poſſint, mque in omnibus authoritatem ex ipſius ar- rio ſuſpenſam gerant; ſed tanquam veri Ec- ſiæ Principes, & ex ipſius JEſu Chriſti man- o conſtituti animarum Paſtores, cum po- ate, quæ neceſſario ipſi muneri & loco, m occupant, annexa eſt: attamen cum eſtate, (*h*) *cui ipſe JEſus Chriſtus inſtitu- ue ſua limites poſuit: --- cum poteſtate, quam riorem & ſubjectam eſſe ſtatuit Petri Sedi, in Apoſtolicæ poteſtatis plenitudinem collocavit.*

Quamobrem Epiſcopi neceſſario ſunt Ec- ſiæ Principes, & Paſtores animarum, ſed ctabili ſupremo Paſtori obnoxii; (*i*) „ & uilibet Epiſcopus inter graviſſimas ſui offi- i partes ſummo & id loco numerat, ut re- reatur. Pontificem tanquam Superiorem um, ſacramenti religione ſuam ipſi fidem obſequium ſpondeat. inter tot obvias dif- ultates præſidii cauſa ad ipſius ſe authori- m applicet, & ex Canonum forma ac ſcriptione ſe eidem ſubjectum profitea- „

premus hic aſpectabilis Paſtor, (*k* 1.) *aſtor ovium & Paſtorum*, vocatur *Papa*, omine communis Pater, & non omnium ſimplicium fidelium, ſed etiam Pater Pa-

pag. 36. (*i*) pag. 34. (*k*) pag. 35. ea S

Patrum eſſe deſignetur, (*k.*2.) *Papa, hoc eſt, Pater Patrum appellatur.* A S. Auguſtino præterea his ornatur honorum vocabulis: *Vertex membrorum omnium Eccleſiæ: Pater Chriſtianæ plebis: Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ: Firmamentum omnium: Paſtor Dominici gregis*: quæ nomina ac tituli non conveniunt, niſi Monarchæ, *cujus gubernatio plena bonitatis & charitatis & eſſe debet.*

In hoc autem faſtigio collocati munus eſt, ut in tota Eccleſia inter omnes, quibus gubernationis ſuæ pars quædam credita eſt, mutuam pacem & concordiam tueatur: deinde præ

iquid de regimine ariſtocratico admixtum
t..

Cæterum Janſeniſtarum non ſecus, ac
iorum hæreticorum ſummopere intereſt, ut
: hæc Eccleſiaſtici regiminis forma apud ipſos
cum habeat; nam poteſtas monarchæ, ad
iam omnes a ſeptemdecim ſæculis hæreſes
iſæ, infelices conſiliorum ſuorum exitus
buere, novis ipſorum erroribus nimium
antum formidanda foret; ergo ut ſuppri-
eretur hæc Eccleſiæ poteſtas, ipſam inſtitu-
a Jeſu Chriſto regiminis formam ſus deque
rtere, Burgoſonte decretum fuit.

Quid autem, ut rem tam ſolide conſtru-
m, ac in Eccleſia Catholica concordi omnium
ıſu & voce firmatam divellerent, novatores
moliri aliud & garrire poterant, quam itera-
decantatas jam ſexcenties fabulas, quibus
:cleſiæ inimici recte ſentientium aures obtude-
? Idcirco neceſſe illi habebant, etiam hic,
emadmodum ubivis, hæreticorum commen-
exſcribere. Probroſam ſane neceſſitatem,
a adacti Janſeniſtæ, & eorum quidem unus
ıjus, alter alterius hæretici, veſtigia ſequun-
r, iisdem utuntur principiis, iisdem ea ra-
ınibus firmant, ut tandem ad eundem cum
ſis ſcopum perveniant, qui eſt deſtruendi id,
ıod Jeſus Chriſtus conſtruxit! Neque cuncta-
mur hanc rem allatis exemplis & documentis
ımprobare. Interea revertamur ad nefarios
igorii conatus, quibus Ariſtocraticum in Ec-
eſia regimen conſtituere molitus eſt.

§. II.

Cur hac noſtra ætate Concilia adeo infrequentia ac rara ſunt ? Hoc ſi ſciſciteris ex homine Romano - Cátholico , qui veritatem , juſtitiam , & debitam majoribus reverentiam ducem ſequitur , vel ſolam eam cogitationem magno ſibi crimini duceret , quod infrequentiæ hujus cauſſa malis artibus communis Fidelium Patris adſcribenda ſit. At Vigorius tam delicati ac religioſi ſtomachi non eſt : nemini indulget , aut parcit , atque omnia ad præfixum ſibi finem refert , ut per cauſſam inſtaurandæ puræ Ariſtocratiæ omnem in Eccleſia legitimi regiminis formam ſubvertat : (*l*) " Hodie , inquit , ne celebrentur concilia , difficultates quædam ſumuntur obtentui ; - - - - ſed , ut rem verbo dicam , culpa omnis hujus diſcordiæ , qua rerum ſtatus perturbatur , ſoli Curiæ Romanæ tribuenda eſt ; - - - nam prævidet illa , quod , ſi Epiſcopi ſæpe ad Concilia convenirent , Ariſtocratica gubernatio paulatim reparanda , & Eccleſia (hoc eſt , Congregatio Fidelium ; Vigorio enim Eccleſia nihil aliud eſt , quam hujusmodi Fidelium cœtus) notitiam legitimæ poteſtatis , quam proxime a Deo obtinet , nactura denique hoc ipſo autem abſoluta & erroris expers Monarchia peſſum itura eſſet ; hinc ſolicite fovet & alit ſimultates ac partium ſtudia inter Chri-

(*l*) pag. 452.

„ Chriſtianos Principes, qui ſi conſilia ac ra-
„ tiones ſuas jungerent, & in concordiam re-
„ dirent, quam facili negotio, ut olim, cum
„ nondum hæc Monarchia invaluiſſet, cogi
„ Concilia, & quæ in iis ſtatuerentur, in mo-
„ res induci poſſent?„

Subdole itaque inſinuat Vigorius, obſoleviſſe & penitus concidiſſe ſtabiliti a Jeſu Chriſto regiminis formam, eamque antiquum in locum reſtituendam eſſe: comminiſcitur, Eccleſiam non cognitam habere amplius poteſtatem, quam accepiſſet a Deo: criminatur & accuſat Curiam Romanam, quod hanc poteſtatem per vim & injuriam invaſerit: affingit eidem turpiſſimos dolos & molitiones, quibus impedit, ne hac ſe poteſtate abdicare cogatur. Num vero hæc hominis Catholici lingua eſt? num recte ſentientium quisquam tam impias unquam voces ſibi excidere paſſus eſt? Et tamen ultra centum & triginta jam annos Chriſtianus populus ad abſonam hanc tibiam ſaltare docetur.

§. III.

Ut Ariſtocratico in Eccleſia regimini ſolidum fundamentum poneretur, æqualitas inter S. Petrum &, alios Apoſtolos ſtatui neceſſe erat; nec aliam rationem perficiendi rem diuturna meditatione invenit Calvinus; non aliam

rius : (*m*) " Apoſtoli , inquit , æqualiter ad „ Apoſtolicum munus electi , pari & æquo ju- „ re fundamenta & architecti Eccleſiæ ſunt --- „ pariter æqualem clavium poteſtatem ha- „ bent. „ Ergo æquali poteſtate Eccleſia regi- tur a Papa & Epiſcopis, quin ullum inter eos diſcrimen ſit. At enim hac ego obſervatione ſuperſedere poteram, cum ipſe Vigorius hanc nobis conſecutionem apertis verbis ediſſerat : „ (*n*) nullibi legimus , ait , S. Petrum privata au- „ thoritate, & tanquam ſummo in totam Eccle- „ ſiam imperio præditum , aliquid ſibi ſtatuen- „ dum ſumpſiſſe : imo potius de omnibus re- „ ferebatur ad commune conſilium , ut de iis

at. Jam ego non video, quid jactis his fun-amentis ad ſtabiliendam in Eccleſia perfectam ariſtocratiam adhuc deſiderari poſſit.

§. IV.

Diximus alibi, Calvinum Eccleſiaſticæ ubernationis quidpiam etiam populo largiri: igorius, ut hoc veluti in tranſitu obſervem, on minus liberalis eſt. Ea, quæ hic novator actenus verbis hæreticorum, ſuo tamen ſen-u differuerat, fidem facere poterant, id fal-em ab ipſo permitti, ut Papa in Societatem oteſtatis veniret, & partem ejus ſibi propri-n, certe non minorem, quam alii Epiſcopi, otineret: ſed fallimur; hæc poteſtatis pro-ietas prorſus non ad Papam, neque etiam l Epiſcopos pertinet; & hi, & ille nec ma-rem, nec aliam obtinent, quam ſimplices deles, quorum cœtui illa data eſt: Papa au-m non niſi hujus cœtus adminiſter eſt; & hinc on aliam quoque, quam Adminiſtri cujus-am poteſtatem habet. Atque hoc, ut ne-o ignorat, Janſeniſtarum dogma, hæc lin-a eſt: At Vigorio honor debetur, quod imus inter eos hujus erroris fundamenta je-rit: (p) *JEſus Chriſtus*, ait, *proxime cla-& jurisdictionem Eccleſiæ contulit*, hoc :, ex mente Vigorii Cœtui Fidelium, utpote a una & ſola phraſi definit Eccleſiam. Id ſum jam diu ante Vigorium Calvinus docue-rat:

(p) pag. 484.

rat: (q) *Clavium poteſtatem Dominus Fidelium Societati contulit.* Ex quo conficitur, Pontificem duntaxat Adminiſtrum eſſe hujus Societatis; hanc ipſam autem Societatem jurisdictione præditam, eique Papam æque ac alios Fideles obnoxios eſſe. Neque hæc conſecutio Vigorio horrorem movet: (r) *Atqui*, inquit, *huic juris dicendi poteſtati non minus Papa, quam alii Chriſtiani ſubſunt.* Verum in hac nova Hierarchiæ forma num ovis judex eſſe poterit ſui Paſtoris, & Paſtor vocem ovis ſuæ audire eique obtemperare tenebitur? Omnino, reſpondet & decernit Vigorius: (s) „ quando Papa malus eſt œconomus Domus

uantum ad ſummum Sacrorum Antiſtitem ertinet, ſupremam manum imponeret. Ex igorii ſententia Pontificis tam exile nomen c munus eſt in Eccleſia, ut in ſolius Impera- oris arbitrio poſitum ſit, ſuum illi abrogare fficium, aliumque in ejus locum ſufficere: ac poteſtate ac jure valere Imperatorem nul- controverſia eſt: jus hoc patet ex facto, uo novator hic mendax ſuum effatum confir- iat: (*t*) „ Juſtinianus, ait, exauctoravit, & Pontificatu abegit Sylverium, - - - eique ſubrogavit Vigilium. - - - - legitima Juſti- niani poteſtas ſeu abdicandi Sylverium, ſeu ſubſtituendi Vigilium, in dubium revocari nequit. „ Tam imperterrita narrantis frons c aſſeverandi audacia prope fidem facere oſſet, reipſa eveniſſe, quod narrat. Sed nge etiam id verum eſſe; quid pro aſſeren- o jure ex hoc facto eruere poſſemus? Plane ihil; & præterea tota hæc narratio commen- tia eſt: S. Sylverius mortuus eſt Papa in exi- o, in quod initio ab Imperatrice Theodora jectus fuerat: revocatus deinde a Juſtiniano, oſtea iterum a Beliſario, Vigilii Antipapæ rtibus depravato, exilio damnatus, & e ſede ia migrare coactus eſt; quemadmodum rem arrat Card. Baronius, (*u*) & trium temporis lius æqualium ſcriptorum teſtimonio probat. leque ipſe etiam Dupinus (*x*) in hoc diſſentita

) Pag. 337. (*u*) Ad annum Chriſti 537. & ſequentes. *x*) Bibliothecæ *novæ* Tom. V. *Papa* Sylverius.

ronio , negans , Juſtinianum in partem ſceleris , quo iniquiſſime cum Sanctiſſimo Pontifice actum eſt , veniſſe , aitque , non niſi per calumniam Sylverium in proditionis crimen , cujus nomine pœna exilii ipſi irrogabatur , vocatum fuiſſe. Cum Vigorius non addat , ex quo fonte narrationem ſuam hauſerit , propius vero eſt , eum pro more ſuo , hæreticum quendam authorem in ea ducem ſecutum eſſe.

Et en periclitationum ac machinationum plusquam ſatis , quibus Simon Vigorius *Ariſtocraticam gubernationem in Eccleſia inſtauran* (ipſius phraſis eſt) ac reficere , hoc eſt , omnem ordinem , poteſtatem , ſubjectionis formam

etiam modo, & hoc loco tam opportu-
rtificio utentur, & Scriptorem, qui illos
imulationum ſuarum integumentis evolve-
parat, *Ultramontani* nomine veluti per
vitium notabunt, qui ſpreto Cleri Galli-
judicio, & edito hac ſuper re edicto, ſe
infallibilitatis Pontificiæ patrono & magi-
gerere ac venditare velit? Enimvero centi-
& millies id omnium auribus inculcabunt:
imos præ reliquis ipſorum Scriptor, no-
rum Eccleſiaſticarum faber, clamores tol-
nimium ipſius intereſt, ut tam opportu-
occaſioni non deſit, aut ad illius uſum in-
riæ quidquam ſibi reliquum faciat. Ex his
m clamoribus id lucri capient, ut Fideli-
animos ac cogitationes ab introſpiciendo
tius horrendo ſyſtemate ac conſilio, cujus
cutionem demonſtro, avertant; hoc au-
ipſo hi Novatores id omne, quod quæ-
, ex animi ſententia conſequentur.

Itaque præmoneo ac diſerte profiteor,
oſiti mei non eſſe, ſententiam de infalli-
ate Pontificis ſeu tueri, ſeu refellere: cui-
que diverſa hac de re ſentientium parti ac-
rem, ab argumento & via, quam inſiſte-
conſtitui, deflecterem. Cenſuere Janſenif-
Patriarchæ, rem ſummi momenti eſſe,
pe in qua ſyſtematis ſui ſucceſſus agere-
, ut infallibilitatem Papæ ſtricto ad nocen-
ſtylo invaderent: ut ergo hujus ſyſtema-
& conſilii veritatem ex ipſius executione
ma fide demonſtrem, oſtendendum a me

eſt, revera ipſos hanc ſententiam libris ac libellis ſuis adortos eſſe: atque hoc totum eſt, quod præſtandum ſuſcepi.

Deiſtas Burgoſonte congregatos non una ratio incitabat, ut ſententiam, de qua hic agitur, in invidiam ac odium adducere omni ope ac opere niterentur. Et inprimis, ſi conventus hujus tempus ſpectetur, hi conatus ad perficienda magna cogitata, in quibus animos defixerant, plane erant neceſſarii: nec eo tum loco erant, ut hi Deiſtæ non ſine ſumma animi ægritudine videre cogerentur, hanc ſententiam, quæ ſiſtendo novorum errorum, quos cudebant, progreſſui nata & facta erat,

loma redirent, coram Proteſtantium
n miniſtro aliam profiteri non auderent,
otum hoc, quod modo commemora-
eydeckero vitæ Janſenii Scriptori debe-

y) Venerant hi Legati anno 1653. Ti-
i, aliquot poſt condemnatas ab Innocen-
quinque propoſitiones menſibus: A ce-
Præcone Tigurino, Henrico Hottinge-
omni officio, & amicitiæ ſignificatione
i ſunt: inter cœnam Præco de ſiniſtro
ionis eventu ſermonem intulit, & in col-
decurſu difficultatem objecit, quæ mul-
egatis negotii faceſſebat: dubium vobis
ſt, inquiebat, propoſitiones & dogma-
iorum Romæ patronos egiſtis, nunc
i ibidem condemnata novimus, quam
maxi-

, *ejusque Diſcipulorum ſententiæ* titulum
e, alias *Scripto trium columnarum* ap-
ri ſolito, ſubſcripta ſunt, nimirum:
ilis de Lalane, Doctor Facult. Pa-
Abbas B. M. de Valle creſcente: Tuſ-
s Des Mares, Presbyter Congreg. Ora-
Domini JEſu: Lud. de Saint Amour in
acult. Pariſ. Doctor ac Socius Sorbonicus;
ol. Maneſſier, in S. Facult. Pariſ. Doctor
oc. Sorbonicus: Ludovic. Angran, ejus-
. S. Facult. Licentiatus, ac inſignis Eccle-
Trecenſis Canonicus. *Interpres.*

In Vita Janſenii pag. 659.

maxime orthodoxa eſſe; Et quomodo tamen immunitatem Papæ ab omni in ſuis judiciis errandi periculo tueri audetis; Repoſuit Abbas * de Valle creſcente, qui reliquorum oraculum erat, erraſſe quidem, & lapſum eſſe Papam, ſed non niſi errore facti. Errore facti? excepit Præco; quid? Summus Pontifex, in exortis de rebus fidei controverſiis judex falli neſcius, tam præcipiti conſilio tanti momenti negotium agit? Sane nollem ego unquam in materia fidei tam inconſiderati & temerarii homuncionis judicium tanquam certum & erroris expers recipere. Tum autem, ſubjungit Leydekerus, hi Domini vultu & actionum ſuarum modo ſatis indicii de-

de hac ſententia ſilentium eſt; Et tamen unt Janſeniſtæ eam in dies criminari ac is inviſam reddere : ergo in prorogando rſus illam bello, quamvis ſecundum eo- placita purum putum commentum ac ſtrum ſit, arcanis quibusdam ſuis ratio- s, & quod alios latet, emolumento ſer- t. Et cuinam illi ? nempe per ſpeciem gnandi infallibilitatem Papæ, id agunt, d interitum redigant infallibilitatem ipſius eſiæ, ejusque juſtiſſimas ſanctiones ſub- giant atque eludant : ſuo loco ac tempo- x novatorum horum libris & actionibus hanc tam dilucide oſtendemus, ut ipſis bus percipi poſſit; hoc interea loco unum lterum duntaxat ictum proferamus, quem rius eidem inflixit.

Novator hic, ut ſine ullis ambagibus re- d eripiendam Pontifici infallibilitatem ac- t, non, quod alias ſolet, Calvini veſtigia tur; nam quod hic hæreſiarcha in ſuis Jn- ionibus ad illam convellendam in medium it, non ulterius ſe porrigit, quam ut u- duntaxat Pontificem erraſſe evincat, & mplex hoc argumentum ſe refert : Joan- XXII erravit : ergo vel Papa non eſt, aut infallibilis non eſt. At unum tantum ificem hæreticum eſſe, nimis parum erat rio : maluit longum errantium Pontifi- catalogum texere, quo plerumque tri- ant Proteſtantium libri, quique ante or- nſeniſmi tempore vix alibi, quam in his com-

errores prolapſi ſunt. Eorum un
mum in Indice ſuo collocat,
idolis : alius *poteſtatem fecit Genti*
di idolorum ſacrificia : hic erat ir
ſi *Ariana* : (Vigorius ab acerbiſ
cibus non temperat) ille *Neſtor*
alius hæreſi *Monothelitarum* : n
quam *hæreticorum errorum rei* cor
quos inter aliquot Antipapas
Pontifices nominat : nempe a
numerum valent. Ex hac tam
plena offenſionis recenſione,
homine, qui ſe Catholicum d
tiſſime idem Vigorius concluſione
tota quanta ad Burgoſontanoru
mentem eſt : (*a*) „ Inter tot e
„ rum, ait, quibus Papæ ta
„ impliciti erant, ſane capere n
„ confidentia affirmare quis poſſit
re ſuffundatur.

[redacted]

ımemoravi, sat claram, ni fallor, speci-
repræsentant accurati illius studii, quo de-
ptam Burgofonte contra caput Ecclesiæ sy-
ıatis formam secutus est.

Articulus III.

gorius præparat hominum animos,

*mnis generis appellationes ad futurum Conci-
n quam maxime legitimas esse cœnseant, &
imul subministrat effugia, quibus Sanctiones
futuri hujus concilii ludificentur.*

Agere conventum, ut collatis consiliis
ta quædam norma constituatur, secundum
ım fœderati & asseclæ Factionis juncta ope-
conditæ a Christo religioni exitium molian-
: eum in finem fabricare nova dogmata,
e huic normæ ac systemati respondeant;
ta cura & solertia rebus futuris prospicere,
pacto etiam fœdere sanciant, si quando sum-
s Pontifex hæc dogmata anathemate feriat,
ellare ad futurum Concilium; animis ita
ıparatos esse, ut huic Concilio tam parum
erentiæ ac fidei habeant, quam Papæ & E-
gelio, cujus ruinam meditabantur: breve
ıpendium est eorum, quæ Burgofontani
atores ausi sunt, & ad quæ porro audenda
mpti ac parati erant. Ut autem hoc opus
m ad calcem perducerent, & felici, si fie-
posset, exitu concluderent, geminæ cau-
ıes, quantum ad sancitam appellationem

per-

pertinet, ab ipſis adhibendæ erant: prima, ejusmodi ſtatuendi placita, quæ apta eſſent ad imponendum & perſuadendum ſimplicibus, ſemper a deciſionibus Sácræ Sedis ad futurum Concilium appellare fas eſſe: absque hac proviſione timendum erat, ne, ſi novi hi Apoſtoli appellationem ſuam interponerent, Fideles in ſchiſmaticorum eos ducerent numero, & tanquam corruptores horrerent ac fugerent. Alterum illud providendum erat, ut ſpecioſas ac plauſibiles rationes cuderent, quibus deciſiones hujus futuri Concilii eludere, & poſt Concilium non minus libere, quam ante, conatus ſuos ad evertendam religionem proſequi poſſent.

Hoc Lutheranorum exemplum imitandum ſibi ſumpſere Janſeniſtæ, ſed ita, ut quod illi imperfectis adhuc lineamentis adumbraverant, iſti perpolirent & abſolverent: noſtra hac ætate ex ſenſu ac arbitratu ſuo formam Concilii architectati ſunt, quale nunquam celebrabitur: de ea loquendi alibi nobis obveniet locus. Sed ne tum, cum res & tempus poſtulabit decretam appellationem in opus deduci, exaſperentur animi, neve ſe iræ & odio Fidelium objiciant, ſi poſt habitum Concilium, a quo damnati fuiſſent, comperiantur illius deciſiones ac dogmata ludibrio habere, & tam parum ejusdem authoritati cedere & obſecundare, quam Papæ & Evangelio, fecere id, in quo Lutherus, & poſt eum Lutherani induſtriam ſuam deſiderari paſſi ſunt: per plus quam octoginta annos, antequam appellarent, dedere operam, ut Fideles appellationem tanquam rem juſtiſſimam intueri aſſueſcerent; item per integrum ſæculum & ultra, antequam ſuam concilii formam conſtruerent, carpebant & criminabantur, quicquid ipſis non probabatur in modo, quo Concilia habentur in Eccleſia; nec intentatum quicquam relinquebant, ut populum hac opinione imbuerent, ſanctos hos conventus ad normam & regulas a ſe dictatas agendos eſſe. En utrinque, hinc Lutheranorum, inde Janſeniſtarum eandem fallaciam, ſed ab his poſterioribus ea ratione uſurpatam, ut major ſceleſti conſilii ſucceſſus ſperari poſſet.

§. I.

Vigorius etiam hac in re certos modos ac numeros Janſeniſtis præiit, eosque gemina illa cautione uti docuit: negotium autem hac ratione aggreſſus eſt; imprimis, ut compararet animos ad imbibendum hunc errorem, quod quævis ad Concilium appellatio omni juri & legi conſentanea ſit, geminum librum conſcripſit, ſtabiliendis his duobus principiis deſtinatum; primo, Pontificem errare poſſe: alteri, Concilium eſſe ſupra Pontificem: per quæ fucum facit ſimplicibus, & jus ab omni eo, quod a Sacra Sede profectum fuerit, ap-

ſtatuit„ capita & argumenta , quæ ad fidem pertineant , non niſi in concilio conſtitui ac decerni poſſe. (*b*) " Quantum , ait , decreta & „ dogmata fidei ſpectat , ea explicare ac decide„ re Eccleſiæ in concilio collectæ proprium eſt, „ quemadmodum ex more & uſu primorum „ octo conciliorum diſcimus ; & an non vide„ mus , Papam ea tempeſtate nunquam ſibi „ tribuiſſe aut uſurpaſſe authoritatem judican„ di de cauſſis fidei extra Concilium ?„ En in pauculis verbis multum ignorantiæ aut malæ fidei ! Si Vigorio tam frequens uſus fuiſſet legendi libros S. Auguſtini , quam frequens erat legendi libros hæreticos , deprehendiſſet in illis omnia ſallaci effato ſuo contraria : *Aut vero Congregatione Synodi opus erat* (ait Sanctus hic Doctor l. 4. contra duas Epiſt. Pelag. c. ult.) *ut aperta pernicies damnaretur ; quaſi nulla hæreſis aliquando niſi Synodi congregatione damnata ſit , cum potius rariſſimæ inveniantur , propter quas damnandas talis neceſſitas extiterit.* Quodſi ergo Epiſcopi cum Pontifice conjuncti alia ratione , quam in Concilio collecti Janſeniſmum condemnent , ex mente Vigorii optimo jure a Papæ & Epiſcoporum per varias orbis partes diſperſorum ſententia ad futurum Concilium appellari poterit.

Non leve tamen dubium ex ipſa veluti hujus argumenti natura Fidelibus aliquantum rerum intelligentibus in mentem venire poteſt :

(*b*) *pag. 353.*

a ſeptendecim Eccleſiæ ſæculis ſoli hæretici appellationum, in materia fidei, a Sacra Sede ad futurum Concilium exempla prodidere: quis ergo hominum de Burgofontanis Novatoribus, aut Janſeniſtis eorum ſequacibus ſenſus erit, cum compertum fuerit, illos hac in re non niſi alios hæreticos imitari? An non eo propendebunt animis, ut eodem numero ac gradu habeant, quo illos, quorum dicta & facta conſectantur? Interea Vigorius, quantum potuit, eos ab omni hujusmodi reprehenſione immunes præſtitit, idque modo tam felici, ut is poſtea ſæpe uſurpatus fuerit. Cautior fuit, quam ut vel verbo de Pelagia-

„ tem perſpicuum eſſe, doctrinam de præro-
„ gativa Concilii ſupra Pontificem patere la-
„ tiſſime, & ubique vigere.„

Poteratne majore calliditate res agi, ut in fraudem inducerentur fideles, atque fallaci hac opinione inficerentur, poſſe appellari cum Luthero, quin cum Luthero quis hæreticus ſit: ſupereſt, ut intelligamus etiam, quibus effugiis deciſiones Concilii, ad quod appellatum fuerit, in caſu neceſſitatis cum Lutheranis eludi poſſint, quin ii, qui his utentur effugiis, cum Lutheranis hæretici cenſeantur.

§. II.

Si quando Eccleſia, ut Burgofontana dogmata, ſeu Janſeniſmi cauſſam ſupremo judicio jugulet, in Concilium congregata fuerit, Vigorius fabricati Burgofonte Syſtematis curatoribus, quorum erit ſuo tempore ab effatis Sacræ Sedis ad futurum Concilium appellare, quinque effugia ſubminiſtrat.

Effugium I. nititur principiis, quæ Vigorius de jure convocandi Concilia Oecumenica (nam de his ſolis hoc loco ſermo eſt.) ſtatuit: quoniam autem rationes ſuas habuit, loquendi de hoc Conciliorum genere, quin, quid rei ſint, definiat; noſtri officii eſt, ſupplere id, in quo ſuis ipſe partibus defuit, & illorum definitionem ex ipſa, quæ ſummam venerationem habet, antiquitate accerſere.

Concilium Oecumenicum, & *bene geſta Synodus*, ut loquitur Gelaſius Papa (*d*) illa eſt, *quæ ſecundum ſcripturas, ſecundum traditionem Patrum, ſecundum Eccleſiaſticas regulas, pro fide Catholica & communione prolata, quam cuncta recepit Eccleſia, quam maxime Sedes Apoſtolica comprobavit.* Item Concilium Oecumenicum eſt, ait Synodus Nicæna II. (*e*) quod Romanus Pontifex encyclicis literis indixit, cui ipſe per ſe, vel legatos ſuos præfuit & Patriarchæ Orientis ſuffragati ſunt.

Pontificis igitur eſt, convocare Concilia, vel cujusvis alterius ex facultate & con-

Concilium ſolus Imperator indicere poterat. Præeuntem Calvinum preſſo iterum veſtigio ſequitur Vigorius: (*g*) " nihil, inquit, certius „ eſt, quam Imperatores, in prima Eccleſia, „ imperatoria authoritate indixiſſe & congre„ gaſſe Concilia; neque aut Papa unquam, aut „ Eccleſiaſticorum quispiam, tum, cum prima „ octo haberentur Concilia, hoc Imperatorum „ jus in dubium aut contentionem vocavit. „ Si profanus hic homo melius verſatus eſſet in rebus, quas tractare audet, certe ignorare non poterat, quid Concilium Oecumenicum VII, ſeu Nicænum II, de hoc argumento ſtatuat; Concilium autem Chalcedonenſe, Oecumenicum IV, primam, ob quam Dioſcorus Alexandrinus Patriarcha jure ſedendi inter Epiſcopos indignus ſit, eam cauſſam afferre, quod absque authoritate Sedis Apoſtolicæ Synodum facere auſus fuiſſet, id (*h*) *quod nunquam factum eſt* (verba ſunt Lucentii Epiſcopi Aſculani, in eo Concilio Leonis Papæ Legati) *nec fieri licuit.*

At Vigorius omnia neſcit, præter ea, quæ a Calvino didicit. Docuit illum hic hæreſiarcha, in prima Eccleſia ſolum Imperatorem potuiſſe convocare Concilia: tam bellum oraculum illi ſatis fuit, ut ſcriberet, (*i*) *omnes Patres cenſuiſſe, Imperatori jure divino, hanc indicendi & convocandi Concilia poteſta-*

(*g*) pag. 426. (*h*) Actione I. in Actis Concil. Edit. cit. *T. II. col.* 67. (*i*) pag. 433.

tem datam eſſe. Omnium Patrum ſe authoritate munit, quin vel unum nominatim appellet. Sed hodie jam aſſuevimus huic fallaciæ, quam apud Janſeniſtas uſu receptam novimus; Et in hoc quidem loco Vigorius difficillimo ſe nodo implicuiſſet, ſi, cum commentum ſuum doctrina Patrum tueri vellet, alio eos ad dicendum teſtimonium citandi modo uſus fuiſſet. Sed cujusnam pretii ac ponderis in Eccleſia erunt Concilia ſola Imperatoris authoritate cocta? Nempe ejusdem, cujus ſunt Concilia vel maxime legitima; nam (*k*) " Synodi ab „Imperatore convocatæ non propterea non ſunt „æque in nomine Jeſu Chriſti congregatæ,

tiendi libidine, & calami protervia fidem facient: (*m*) "tantum abeſt, inquit, ut eorum „ temporum Pontifices uſurparent jus convo„ candi Concilia, ut potius partes agerent ſup„ plicantium, & deprecarentur Imperatores, „ ut Concilia indicere vellent. „

Componamus jam hæc principia cum Burgoſontano ſyſtemate. Statutum in eo conventu a Janſeniſmi Patriarchis erat, ut, ſi quando Pontifex *nova ſua dogmata anathemate percuſſerit, reclametur, & provocetur ad tribunal Concilii.* Jam vero dubium non eſt, hoc concilium a Papa convocatum iri, quandoquidem id vult Synodus Nicæna II, & alioqui ſecundum effatum Concilii Chalcedonenſis alio illud modo celebrare *non licet.* Quid ergo Janſeniſtæ, qui appellaverint, ſibi faciendum putabunt? Nempe dicent tum de hoc Concilio, quod Sancyranus per contemptum de Tridentino: *Eſt Concilium Papæ.* Num dein pluribus opus erit ad arrogandum ſibi jus *reclamandi* contra Concilium, & *ei tam parum habendi fidei, quam Papæ & Evangelio?*

Effugium II. Ut Concilium quoddam vere Oecumenicum ſit, ſanciente Papa Gelaſio I. *maxime a Pontifice approbatum eſſe* oportet: nullum Concilium absque hoc aſſenſu & approbatione ab univerſa Eccleſia pro vere Oecumenico receptum eſt. Vigorius autem, ut hujus approbationis neceſſitatem convellat,

(*m*) pag. 427.

ſemper oraculi ſui, Calvini mentem & voces imitatur, cumque bonæ ipſum rationes deſiciunt, ad inſipidas facetias, quibus itidem ex Calvino depromptis non parum impietatis ineſt, delabitur: ut cum dicit, (*n*) " ſi deciſiones earum rerum, de quibus in Concilio deliberatum ac conventum eſt, futuræ, eique incertæ Pontificis confirmationi reſervamus, ex eiusdem confirmationis exſpectatione ſuſpenſa ſit neceſſe eſt certa fides de præſentia & præſidio Jeſu Chriſti atque inſtinctu Spiritus Sancti; quaſi vero Spiritus Sancti afflatus ab arbitrio pendeat Pontificis, ut inſpiret veritatem, quando & quoties Papæ placuerit, quod opinari [illegible]

a cauſſa ; atque adeo deciſiones hujus lii rideant & explodant : Ergo *Concilio plus fidei ac reverentiæ habebunt , quam & Evangelio.*

Effugium III. Unanimis cum Synodo II. ıa omnium Catholicorum ſenſus eſt , ſo- ummi Pontificis eſſe , ſeu per ſe ipſum , er legatos ſuos præſidere Conciliis Gene- s. Centuriatores Magdeburgenſes ac ıus hoc , ſeu per ſe , ſeu per Oratores præſidendi jus Imperatori tribuunt : Vi- ; ad hanc alteram opinionem propendet , ımen eam diſerte ac palam enunciat : ſa- bet pro principio quodam ſtatuere , præ- li ſeu per ſe , ſeu per legatos ſuos jus non ıere ad Pontificem : imo tantos ſibi ani- ımit hic Novator , ut non vereatur te- (*p*) nullibi legi , Papam ipſum præſen - Concilio cuidam Oecumenico præfuiſſe : ıa teſtandi confidentia aperte profitetur , ere ſe legiſſe ; cum liquido conſtet ; ſum- Pontifices ſaltem ſenis Conciliis interfuiſſe, præſediſſe. Tam craſſi erroris venia fie- te poſſet homini profano , qui ſe negotio ndi ac edendi libros non ingereret.

Sed quam ob cauſſam Pontifices ipſi nulli ım adfuere Concilio , quemadmodum pro re explorata ponit Vigorius ? Dubi- ıon eſt , omnes Eccleſiæ inimicos ratio- , quam reddit , ſuo probaturos ſuffra- (*q*) " ab eo tempore , ait , ex quo ambitio „ Sa-

p. 454. (q) pag. 455.

„ Sacram Sedem invaſit, vera hujus abſentiæ
„ cauſſa fuit, quod metuerent, ne jura, quæ
„ ſibi arrogabant - - - - ipſis præſentibus & in-
„ ſpectantibus abrogarentur; hinc malebant
„ de illis diſceptare per ſuos Legatos, ut via
„ ſupereſſet, qua ea aliquando iterum in quæ-
„ ſtionem adducerent, & propugnarent.„
Portenti ergo ſimilis eſt Papæ poſtulatio, qua
jus ſibi aſſerit præſidendi, ſi ipſe adſit, con-
ciliis Generalibus; proinde non minus mon-
ſtroſum erit velle ipſum præſidere per ſuos
Legatos. Ecce, quid Vigorius eodem loco
de his garriat: "Cum Papa Legatos ſuos mit-
„ teret ad Concilia, non eo conſilio illuc ire

is Lutheri, Calvini, Brentii, Centuria-
am Magdeburgenſium, qui omnes Vigo-
n, hoc Pontificis jus oppugnandi, auda-
n docere poterant: at quæramus puriores
:es, & ex iis verum hauriamus: utque fi-
:s aliquando, ne ipſos hac de re ſæpius ad-
ıeri neceſſe ſit, eo magis ſuſpecta ſemper
ere condiſcant, quæ novatores hi majore
ntia ipſis pro certis venditant, luſtremus
ı magno Cardinale Hoſio, Concilii Tri-
tini Præſide, monumenta, quæ vel ma-
ıe veneranda nobis reliquit Antiquitas. Ni-
in præſente negotio decretorium magis,
m illud, quod Orechovio Schiſmatico
ſo, qui eadem commenta, quæ Vigorius,
:cerat, reddidit reſponſum: en ſumma
sdem capita: (r) " vellem omnino, ſcribit
)rechovio, vel unum ſolum Generale Con-
ilium nominatim indicaſſes, e cujus Actis
ertum foret, Legatos Pontificis non niſi
oſt Patriarchas nomina ſua adſcripſiſſe: legi,
uicquid hac de re proſtat typis impreſſum,
: non modo nihil illi ſimile, quod tu teſta-
um eſſe vis, ſed omnino contraria inveniri
ompertum habeo.„

Hoſius dein cum ſuo Schiſmatico Ruſſo
ulos ſubducit, & ſingillatim Concilia re-
ſet, atque primo oſtendit, in Synodo Ni-
ıa I. *legi*, tres Legatos Pontificis, Oſium
Cor-

r) Vide Stanislai Hoſii opera, in Reſponſione ad
piſtolam Stanislai Orechovii Roxolani, fol. 371.

Cordubenſem Epiſcopum, Vitum, & Vincentium ſimplices duntaxat Presbyteros, ante Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum Concilio præſentes, ſubſcripſiſſe: ergo ante alios Patriarchas priorem authoritatis locum obtinuerunt.

In Concilio II. Oecumenico, Conſtantinopolitano I, equidem ſatente Hoſio, de præſentia Legatorum Papæ nullibi mentio fit; at ex Theodoreti teſtimonio idem Hoſius planum facit, Patres in hoc Concilio non niſi juſſu Pontificis, cum quo unum ſe corpus efficere profitentur, congregatos fuiſſe.

De Concilio III. Generali, nempe Ephe-

obſervantia totum concilium ſimplicem ıandam epiſtolam ſummi Pontificis venera- ım ſit! Num deinde mirum eſt, ipſius Le- ıtos primum in eodem locum habuiſſe?

Cum Vigorius inficiari non potuerit, in ɔncilio Chalcedonenſi Legatos Pontificis, ıcentium, Paſchaſinum & Bonifacium, & ıidem hunc ultimum ſimplicem duntaxat resbyterum, *alios Patriarchas præceſſiſſe*, ni- il eſt, quod porro de eo addamus; id unum ım Hoſio obſervare juvat, hoc Concilium ıomen Univerſalis Patriarchæ, quod Patriar- ha Conſtantinopolitanus prenſabat, Summo 'ontifici Leoni tribuiſſe.

Quod Concilio Univerſali V, Conſtanti- opolitano II, nulli legantur interfuiſſe Papæ egati, eam cauſſam probis ſuffultam ratio- um momentis affert Hoſius, quod vero pro- ius ſit, Agapetum Papam primæ hujus Con- lii actioni ipſummet coram adfuiſſe; venerat ıim Conſtantinopolim, ut Patriarcham An- ıimum Eutychinanum redigeret in ordinem, honoris ſui gradu dejiceret, ejusque in lo- ım Menam, quem ipſe inauguraverat, ſuffi- ɛret: Præfuit hic poſt mortem Papæ Conci- ɔ, in quo omnia ex mente Agapeti, & ad ıodum eorum, quæ ipſe exorſus eſt, geſta ınt.

In Actis Concilii VI, ſcilicet Conſtanti- opolitani III, *legimus*, Theodorum & Ge- rgium Presbyteros, ac Joannem Diaconum, ſum-

fungentes vice Agathonis Sanctiſſimi & Univerſalis Papæ Romæ, primos, & poſt eos quatuor Patriarchas ſubſcripſiſſe.

Jam in prima Actione Concilii Septimi ſeu Nicæni II. Petro Archipresbytero, & alteri Petro Monacho Abbati, Legatis Sedis Apoſtolicæ, in qua tum Adrianus II. Clavum Reipublicæ Chriſtianæ tenebat, primus locus aſſeritur; ſequuntur poſtea Patriarchæ: Et Papa Nicolaus in ſuis ad Michaelem Imperatorem literis ſcribit, *ſecundo in Nicæa collecta Synodo apoſtolica noſtra ſedes præſedit.*

Octavo, ſeu Conſtantinopolitano IV, cujus Actorum exemplum in Manuſcripto Codice

:aratum , in quo deſcripta erat fidei
Menæ Patriarchæ Conſtantinopolita-
ıitur Menas in ea de quatuor Conci-
menicis , & addit : *in quibus juxta*
ıa Prædeceſſores Sanctitatis Veſtræ Bea-
æ Senioris Romæ ipſis Synodis præſe-

:o exſtant documenta , ex quibus intelli-
, Legatos Papæ præ aliis Patriarchis
ithoritatis locum obtinuiſſe : extant , in-
quis ad fontes veros , ad fontes Ca-
ıccedat , neque Factionis ſtudio eo
ſinat , ut non niſi hæreticorum &
:orum voces veluti echo reddere ,
: commenta ac mendacia , ceu res
)io obnoxias repræſentare conſtitu-
at.

) dubitari nequit , quin ſummus Pon-
per ſe , ſeu per Legatos ſuos futuro
Oecumenico , quandocunque illud
, præfuturus ſit : At perperam , ex
;orii , & contra jus ac fas præerit :
aliorum ego arbitrio ac conjecturæ
, quam modeſte ac ſubmiſſe Janſe-
pellantes de ſanctionibus hujus Con-
ımaturi , & num *plus fidei eidem habi-*
, quam Papæ & Evangelio.

gium IV. De iis , qui (s) *ſeſſionem*
deciſivam , quemadmodum in ſcho-

483. In titulo cap. 10.

his loquimur, *habent in Conciliis*, conſen
Catholicorum doctrina eſt, ſolos Epiſ
jure divino potiri ſuffragio deciſivo; Car
les autem, Abbates & Generales Religioſ
Ordinum Præpoſitos, ex privilegio tantu
conſuetudine: Reliquos, qui ad illud
dilucadandis doctrinæ capitibus, quæ in
beratione veniunt, advocantur, quales
Doctores & rerum divinarum periti, no
Conſultorum loco numerari, & ſolo fuf
conſultivo valere.

Verum hæretici hac in cauſſa duo p
pue urgent & poſtulant; quorum unum
altero ipſimet, ſi poſſint, concilient, quo

is audacia atque importunitate, cui, quod etur, nomen non adſcribo, tertium pro lai- ſaltum tentat: non auſus aperte animi ſui a eloqui, ſatis habet Proteſtantium vo- imitari, & cum iisdem ſacrarum littera- verba corrumpere: (x) " Ad Concilium ieroſolymitanum ab Apoſtolis celebratum n modo Seniores, ſed etiam tota reliqua cleſia adhibita eſt. „

Quam ſpecioſum autem nomen ac titu- hæc doctrina ſuo aliquando loco ac tem- ſuppeditabit Janſenianis Appellantibus, uo aſpernentur authoritatem futuri Con- Quale & quantum jus ſibi tribuent expo- ndi & criminandi, nec Diaconos, nec rdotes, nec ipſos etiam Parochos & Cu- s, quibus id tamen *jure divino* debeba- ad Concilium accitos fuiſſe? Quo pacto ſe impetrare poterunt, ut ejusmodi Con- *plus fidei habeant, quam Papæ & Evan-* ?

Effugium V. Ut hæretici hominum ocu- enebras offunderent, ac plauſibili quodam ntu pertinaciam ſuam tegerent, qua re- abantur Conciliis, a quibus damnati fue- t, cauſſati ſunt, nullum in his Conciliis uendi libertati locum fuiſſe. Hoc effugium, autumcunque obſoletum & uſu detritum, tum habuit Vigorius, voluitque, ut Bur-

(x) ibid.

goſontanorum Deiſtarum ſucceſſores & poſteri tantundem obtendere ac queri poſſent, poſtquam a futuro Concilio condemnati fuiſſent. Finiamus id, quod ad Vigorium pertinet, & explanemus, qua ratione conetur efficere, ut Fideles perverſo ſuo dogmati aſſuefacti, tam injurioſum Eccleſiæ ſermonem placide & tranquille, ſine ullo horrore auſcultent.

Absque dubio Janſeniſtis vehementer timendum eſt, ne Eccleſia in futuro Concilio utatur inſtituto ſuo, & rem eodem more ac modo gerat, quem in poſterioribus Concilis Generalibus, præſertim in Tridentino ſecuta eſt. Advertit res eorum Anteſignanos, &c.

uſus locum non habuerunt, cum Impe-
ores Conciliorum moderatores extitere.„

Præcipuum igitur, & in ipſa rei natura
um inter antiqua & hodierna Concilia di-
ıen eſt, quod in antiquis *integra fuerit*
ndi libertas, quæ in hodiernis amplius
ɛſt: deinde quod in antiquis *efferre fas fue-*
quod ſuggerebat Sanctus Spiritus: in ho-
iis autem id tantum, quod Papa dictat, cui
n ab errandi periculo immunitas non eſt.
vero placitis cum aliquando imbuti fuerint
ıi, an magnam ſibi vim afferre debebunt,
redant, ratione omnino duce, ac certo
io hujusmodi Conciliorum deciſiones con-
ıi ac rejici poſſe? Sique unquam evene-
ut cogatur Concilium, & ſupremo de-
ı ictu Janſeniſtas feriat, num mirum no-
ccidet, ſi tam libere ac palam doctrinam
ɛcreta hujus Concilii deſpicatui habeant,
ıabuere conſenſum & authoritatem Eccle-
diſperſæ? Num mirum, eos *tam parum*
idei habere, quam Papæ & Evangelio?

§. III.

Modus ac ratio, qua Simon Vigorius
ɡofontanum ſyſtema contra Eccleſiam exe-
cœpit, Janſeniſtis, noſtra præſertim me-
ia, pro norma ac regula fuit, qua ſuas
quoque rationes & agendi modum menſi
? nec modo nihil immutarunt in ea, ſed

plus aliquid etiam de ſuo adjecerunt. Operæ pretium erit, antequam reliqua proſequamur, hoc loco rerum ſummam oculis ſubjicere.

Argumenti, in quo tractando hæc ſyſtematis Burgoſontani pars verſatur, cardo in eo vertitur, ut *omnis poteſtas Eccleſiæ abrogetur*; quod autem hanc poteſtatem potiſſimum hæreſi formidabilem reddit, ejusdem Eccleſiæ in ſuis deciſionibus infallibilitas eſt: ergo in hanc præſertim iniquo illa infeſtoque animo fertur. Non audent quidem Janſeniſtæ eam ex toto inficiari; nam idem foret, ac nimia feſtinatione rem omnem corrumpere, & ſiniſtris ſe hominum opinionibus offerre; ſed ut illi ultimam demum perniciem machinentur, eam ſe arro-

cilium ſuos appellare jubet ; & deinde , dum Paſtoribus extra idem Concilium ferendi de fide judicii jus ac poteſtatem eripit. Ergo id duntaxat reliquum eſt , ut huic infallibilitati Sedes in ſolis Conciliis collocetur , pro eo , ac Burgofonte ſtatutum eſt , ut , *cum uno motu impetu atque aſſultu expugnari nequeat , ea ſolis Conciliis Oecumenicis tribuatur.*

Verum quibusnam Conciliis Oecumenicis ? Nempe , quæ nec Papa indicet , nec ſua authoritate comprobabit , nec iisdem præerit : Conciliis , ad quæ omnes Curiones , omnes Sacerdotes , omnes Diſconi , imo etiam omnes privati & plebeji homines evocabuntur : Conciliis , in quibus multo alia ſentiendi & loquendi libertas vigebit , quam in Concilio Tridentino , & longe proniores aures dabuntur inſtinctibus divini Spiritus , quam in hoc Concilio : acſi dicas , infallibilitatem , quam Chriſtus ſuæ addixit Eccleſiæ , ad commentitium & chimæricum quoddam tribunal amandatam eſſe. Hac forma , iterum iterumque repeto , hoc deformi habitu eſt horribile ſyſtema Janſeniſini contra Eccleſiam ; ſyſtema Burgofonte conceptum , & a Deiſtarum quopiam huic conventiculo præſente adumbratum : ſyſtema , quod Doctor Arnaldus cæco impetu affingere auſus eſt ſupremis Galliæ Curiis , dum ait , doctrinam Vigorii de Eccleſia eandem eſſe (z) *cum iis , quæ ſuprema Gal-*

(z) *Moralis practic.* T. VII. pag. 432.

liæ Curiæ de his materiis ſentiunt : ſyſtema denique, a Factione tam adamatum, tam concordi ſuffragio ab Janſeniſmi primipilis univerſim adoptatum, ut non ſine gravi impudentiæ nota illud * Tellerio Franciæ Cancellario nuncupari curarent, eique librum Vigorii, a ſe anno 1683 ad novos in forma IV eosque magnificos typos promotum, offerre auderent.

Quæſtio II.

Quot & quanti poſt Simonem Vigorium usque ad tempora P. Queſnelli Janſeniſti-

eri portione nactus est ; patrocinio , in-
am , a quo Jansenistæ hodieque gloriam , &
ile caussæ suæ præjudicium nequiequam ac-
rsere conantur.

Post hæc duo opera usque ad tempora P.
iesnelli , cui obtriti jam Jansenismi , recens
ipso iterum instaurati honorem debemus ,
nsenistæ variis sententiis confossi , & per
nnia sua latibula & anfractus exagitati , in-
mita quidem ac nescia frangi pertinacia re-
tere Ecclesiæ ; at ea distentis cura , ut malis
inionibus , quæ in hominum animis ex ite-
tis toties damnatoriis judiciis oboriri pote-
nt , obviam irent , non erat satis quietis &
i , ut tam composita & instructa forma ,
a deinde usi sunt (ut paulo post exponam)
ntra Ecclesiam bellum gererent. Itaque id
um tum tentabant , ut proposita , quasi fortu-
, de geminis Capitibus , quæ tamen non nisi
um efficerent , hæresi turbarent Ecclesiam ;
inde , ut Sectæ socios atque asseclas contra
clesiæ anathemata ad usum nugariæ inter
& factum distinctionis instituerent : itidem
eos usu & exemplo suo , quod in repudianda
mula , ab Episcopis contra novos suos errores
escripta , præbebant , contemptum authori-
is summi Pontificis , improbata & contem-
m rejecta Alexandri VII formula , concul-
rent. Hæc quatuor Capita hujus secundæ
æstionis argumentum erunt.

Articulus I.

Hæreſis de gemino Eccleſiæ Capite.

Sopito nondum, quem Petrus A
concitaverat, tumultu, Barcoſius,
Sancyrani nepos, in ſcenam prodiit, fr
ſaltem daturus, ſi ad majora viribus n
leret: ad deprimendam ſummi Pontificis
tatem viam iniit, quæ rectiſſimo itine
veram & genuinam in Eccleſia Anarchia
cebat, atque ſine ullo temperamento
Apoſtolos inter ſe, quodque inde con

er afferit, a Patribus (*a*) *S. Paulum dignitate pot ſtate S. Petro parem habitum fuiſſe.* Barſius, qui eo ingenio non erat, ut novas hæſes cuderet, arripuit novum hunc errorem gorii, eumque * Præfationi libri *de frequen communione* (quam apte autem, & ad quem em, non apparet) inſerendum curavit, ubi in hæc verba legitur: (*b*) *En! in duobus Leſia capitibus*, (SS. Petro & Paulo) *quæ anum coaleſcunt, pœnitentiæ exemplum!* erea hæc hæreſis ad illud usque tempus a niſi trepide & tacito pede e tenebris ſuis repebat: Cum primum ſe in lucem efferre ſa eſt, in acre cum ea certamen deſcendit Raconiſius * Vaurenſis Epiſcopus; Barcoſius au-

(*a*) Vigorius pag. 60. (*b*) pag. 27. Edit. V.

* Martinus Steyaertius, Doctor & Profeſſor Lovanienſis teſtatur, Arnaldum ſibi faſſum eſſe, Barcoſium ideo tantum hanc propoſitionem inſeruiſſe libro de frequente communione, ut periclitaretur, quo ſenſu illa acciperetur ab hominibus &c. Verba hujus authoris ſunt: *Rogatus a me Arnaldus, cur ille (Barcoſius) id fecere voluiſſet, quod deinde non mediocrem creaſſet libro invidiam, reſpondit, factum eſſe, ut tentaretur, quo pacto publicum eam rem acciperet, utque occaſio foret, ſcriptis prolixioribus eandem ſtabiliendi.* Martini Steyaertii Annotat. in propoſitiones a Summo Pontifice damnatas, ad calcem libri.

de Raconis. * *Laveur.*

autem pluribus libris, quorum non mediocre illud ornamentum eſt, quod vaſti & ſpiſſi ſint, illius cauſſam egit.

Satis erit loqui de primo, quam anno 1645 edidit, & inſcripſit: *De Authoritate SS. Petri & Pauli, quæ in horum eorum Apoſtolorum Succeſſore reſidet.* In eo Epiſcopum Vaurenſem aſperrime improbiſſimeque habet, non alium ſcilicet in modum, quam quo hæretici accipere illos ſolent, qui quendam ſuum librum aggredi & reſellere audent: (c) Vir ille Barcoſio eſt, qui probrum & infamiam infert dignitati ſuæ, ſiniſtris ſuis affectibus ſervit, ſpiritu agitur, quem author nomine ſuo appel-

it, convenientia ſe offert inter conditam
ɔem Romam, & fundatam Eccleſiam Ro-
ınam; quandoquidem urbs Roma condita
a duobus Fratribus germanis, iisque re-
us, qui æquato ac pari jure huic regno
perabant; ſicut Eccleſia Romana conſtituta
a duobus Capitibus, & duobus Apoſto-
, qui ambo hujus ipſius urbis Epiſcopi
ınt. „ O quam bene de poſteritate meri-
ɛſt vir *doctus* (honoris hoc vocabulum
quo Barcoſium ornant Janſeniſtæ) quod
ɔrationes ſuas deſtinaverit corrigendis
eſiæ erratis! Hæc non niſi quinos Ponti-
, qui nomen Pauli geſſere, in ſacra ſua
ycha retulit; at docet eam Barcoſius, le-
hujus nominis Pontifices fuiſſe; item re-
detegit, quod omnis retro ignorabat an-
tas, quæ non modo Remo nullum inter
ı nos reges locum dedit, * ſed contra ſem-
cenſuit, a fratre ſuo interemptum fuiſſe,
quam pene Romæ mœnia e ſolo emergere
ſſent.

Interea diſparatæ hæ ſpecies de gemino
eſiæ Capite, quod tamen non niſi unum
it, ita arrident Barcoſio, & illis adverſa-
s apparet *tam odioſa*, ut præter ſolos Je-
ıs, alias jam magnos veritatis inimicos,
inem admittendæ huic culpæ parem cre-
(*f*) " Si Jeſuitæ, ait, eorumque aſſeclæ
intel-

) Vid. Tit. Livius Decad. I. l. 1. art. 7.
) pag. 68.

„ intellexere , quantum nefas perpetrarent, „ cum tanta verborum acerbitate uſi , tam „ audacter erroris arguerent eos , qui per„ ſtant in ſententia , SS. Petrum & Paulum „ duo Eccleſiæ Capita , nihilominus tamen „ non niſi unum fuiſſe , conſilium inierint, ne„ ceſſe eſt demoliendi omnium ſæculorum tra„ ditionem, & authoritatem omnium Pontifi„ cum , qua utraque hæc veritas tam ſolide „ nititur , ut idem præconium , quod Eccle„ ſiæ , etiam illi tribui poſſit , nunquam „ ulla mundi poteſtas eam evertere vale

Roma valde difficilis & importun quando de ſtabilienda nova quadam

[redacted]

Post Barcosium de gemini capitis hæresi
nistis amplior sermo non fuit, quam
do opus erat, ut ostenderent, ægre se
abdicare. Cum P. Quesnellus Bruxel-
aperetur; inter ipsius chartas interce-
est liber manu exaratus, qui quadringen-
irciter paginis in *folio* constabat: libri in-
tio erat: (h) *Dogmata, Disciplina, &*
rina morum Ecclesiæ: perfectæ S. Pauli
S. Petro æqualitati frequens in eo locus
exempli caussa, dum de S. Paulo loqui-
, " Apostolica ipsius missio, inquit, cum
m S. Petro Caput, Episcopum & Docto-
n principis mundi & Ecclesiæ urbis effecit,
in societatem communium cum eodem
Petro omnium jurium ac prærogativarum
scivit. „ Num autem Quesnello damna-
hanc hæresin instaurare, & scriptum il-
prelo subjicere animus fuit? Certe debi-
omæ observantia, ne id ageret, vel tem-
s momento prohibuisset; testatum id fa-
psius epistola ad Doctorem Arnaldum da-
in qua illi negotium dat, ut simile quod-
opus typis excudi curaret: (i) *arbitrio*
committo & typos, & conditiones - - -
e novi, Romæ id probatum non iri; at
palam eidem resistere, & documentum
, quam parum nos ejus minæ ac fulmina
ant. Roma itaque, si contra hæc veri-
tatum

(h) Caussa Quesnelliana art. 29. pag. 489.
(i) *In eadem Caussa Quesnell. Art. 23. pag. 3[illegible]*

tatum genera ſententiam ferat, non aliud e pectet, quam omnem genuinum Janſeniſta palam ipſi reſtiturum, & *documentum dat rum, quam parum ejus minas ac fulmina peri meſcat.*

Eadem inſuper hæreſis fortuito quaſi ca variis libris, qui Factioni ſingulari in preti ſunt, hinc & illinc inſperſa eſt, qualis e Tourneſii, qui dicit S. Evariſtum (*k*) *quarto poſt SS. Petrum & Paulum Pontificem fuiſſe.* Cæ terum fatendum eſt, Janſeniſmum non ad modum magna contentione adniſum eſſe, ut hac via *poteſtatem Eccleſiæ deſtrueret.* Re vertamur ergo ad id, in quo Janſeniſtæ a pri-

ragis filios, vocè matris, quæ errare, aut
i errorem inducere non poteſt, morigeros
ecebat, quam ut Pontificio diplomati quin-
ue propoſitiones proſcribenti pure & ſimpli-
iter ſe ſubjicerent. At Sectæ Anteſignani
rocul ab hac mente aberant. Jam alibi ex-
oſui, non modò nullum eos ſe dedendi ad-
iſiſſe animum, ſed etiam in ea ſententia
iſſe, appellandum eſſe ad futurum Conci-
um, quoniam agendæ hujus rei jam tem-
us adeſſe credebant. At Doctor Arnaldus,
nn Factionis princeps, aliud docuit, mo-
uitque, eos præcipiti nimis agi conſilio,
ec ſatis rem reputare ſecum ac introſpicere:
ſtavit proin modum, quo appellationem
gravioris periculi ac neceſſitatis caſum
ferrent, & interea judicium Eccleſiæ effi-
iter eluderent.

Singulare autem hoc effugium, dignum
cet bona illius fide, qui iſtud ſuggeſſit,
ſubtilibus intricatum receſſibus, ſed pla-
& apertum erat. Ad illud usque tem-
contenderant Janſeniſtæ, quinque in libro
nii propoſitiones totidem orthodoxa eſſe
ata, & doctrinæ Eccleſiæ maxime con-
ea: At Arnaldus illos docuit ſervire
& tempori: præſcripſit, ut aliam poſt-
odularentur cantilenam, & faterentur,
e propoſitiones eſſe quinque dogmata
a, merito & ſecundum omnes leges
: at illas non extare in libro Janſenii,
arbitrio accuſatorum confictas, vel
ab Eccleſia in ſenſu Epiſcopi ſprenſas

condemnatas non fuiſſe: *ex hoc receptu*, ſub
junxit Arnaldus, *nemo nos unquam exvellet.* E
hoc eſt, quod deinceps lingua Sectæ pro
pria dicebatur, *jus a facto diſtinguere.*

Alexander VII ut malo occurreret, &
hæreſi omnem tergiverſandi ac ſententian
Eccleſiæ ſubterfugiendi viam obſtrueret, i
Apoſtolicis ſuis litteris, quibus Innocentii X
Bullam confirmat, declarat, & definit, (
„ quinque propoſitiones ex libro præmem
„ rati Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis, cu
„ titulus Auguſtinus, excerptas, ac in ſenſu
„ ab eodem Cornelio intento, damnatas fuiſ-

quasdam declarat hæreticas, ſeu, quæ nova ipſorum phraſis eſt, dum de Quæſtione juris ſententiam fert, errare non poſſit: ſecus, quando illa de Quæſtione facti, ut loquuntur, mentem ſuam aperit, ſive ut majore perſpicuitate ſenſa ſua explicarent, quando decernit, damnatum hujusmodi dogma in aliquo libro contineri; nam tantum tum abeſſe aſſebant, ut falli & errare nequeat, ut reipſa jam erraverit, & quidem in ipſo præſenti de doctrina quinque propoſitionum argumento, quam perperam libro Janſenii adſcriberet. (*m*) *Abſolute profitemur*, (Janſeniani Oraculi Queſnelli, de facto Janſenii ex intimis Hollandiæ adytis decidentis, effatum eſt) *abſolute profitemur, Pontifices Innocentium X & Alexandrum VII, errore lapſos a veritatis ſemita aeviaſſe.* Atque hoc illud velum erat, quo alii poſt alios inexpugnabilem ſuam pertinaciam ac prava contra Eccleſiam conſilia celari, eoque hominum oculos falli poſſe credebant.

At facile hic fucus detergi, hæc illis larva detrahi poterat: certe, qui hac in re Eccleſiæ ſuam ab omni errandi periculo immunitatem aufert, ipſum JEſum Chriſtum oſcitantiæ cujusdam accuſat, ex qua conſervandæ inter fideles ſuos fidei non ſatis provide conſuluiſſe exiſtimari poſſit. Nam ſi Eccleſia

(*m*) Cauſſa Queſnelliana pag. 196.

infallibilis non eſt, cum definit, hanc vel illam doctrinam Janſenii libro comprehendi, num magis eſt, quando ſuum interponit judicium, & pronunciat, hujusmodi doctrinam in libris Calvini, Lutheri, aut cujusvis alterius hæretici contineri? manifeſtum eſt, non eſſe: Ergo Eccleſia jus non habet interdicendi Fidelibus lectione librorum Calvini, Lutheri &c.; & ſi tamen hac iis lectione interdicat, jus & imperium exercet, quod illi a Jeſu Chriſto delatum non eſt. Poſſunt itaque fideles, quin in obſervantiam peccent matri ſuæ debitam, lectionem illorum proſequi, & plena hæc tenerrimi amoris mater cum acerbo dolore videre cogetur, filios ſuos in ſuis oculis, in materno ſuo ſinu, venenum haurire, quin authoritate ac poteſtate valeat eosdem admonendi, ſibi caveant, & abſtineant, eamque ob rem certa ac definita fide iis confirmandi, toxicum ipſos bibere, & horum librorum lectione mortem animæ ſuæ afferre. Et tamen Jeſus Chriſtus conſervandæ in Eccleſia ſua fidei ſatis caviſſe cenſeri & dici poſſit?

In facto Janſenii, ſeu tribuendis ipſius libro quinque propoſitionibus, æque, ac in facto cujuslibet alterius hæretici, fides ac animarum ſalus agitur: ſummi res momenti eſt, ut ſciant fideles, num vitandi & execrandi ſibi ſint hi libri, an vero ſalvis religionis legibus eos legere fas ſit: itaque Jeſus Chriſtus promiſſis ipſe ſuis devinctus eſt, ut præſidio ac conſilio adſit ſuæ Eccleſiæ, quando illa

eceſſarium ſeu opportunum cenſet judi-
ſuo ſtatuere, hanc doctrinam hæreticam
ineri in libro Janſenii, hanc alteram in li-
alterius hæretici; quemadmodum præſto
dum eadem Eccleſia de pravitate & hære-
labe horum ipſorum dogmatum cognoſcit,
ntentiam pronunciat: unde Jeſus Chriſtus
ijudicandis hujus generis factis, quæ *de-*
cta vocantur, eandem, quam in expen-
la ac conſtituenda de jure controverſia, in-
ilitatem Eccleſiæ largiri debuit: ex quo
es Catholici recte inferunt, quod reipſa
i eidem largitus ſit.

Ipſe Doctor Arnaldus huic doctrinæ ar-
e ſtudio ſuffragatur, quando hanc ejus
igationem ac patrocinium cauſſa & emo-
ntum ſectæ exigit: tum enimvero libe-
ronunciat, hæreſis reum eſſe, qui Ec-
e hanc infallibilitatem negat; nam dum
& doctrinæ S. Auguſtini omnem,
i maxime poteſt, fidem & authorita-
aſſerere ſatagit (nemo eſt tam ignarus
n, qui cauſſam neſciat) hoc ejus effa-
eſt: (*n*) " Hæreticus eſt, qui credit,
libris S. Auguſtini deprehendi poſſe
ores ac dogmata ſequiore nota ac cen-
a digna; neque enim, qui hæc ſentit,
nctum Auguſtinum duntaxat, ſed Se-
m Apoſtolicam, atque omnem Eccle-
m aggreditur, & levitatis atque hal-

Conſideratio de attentato Corneti.

„ lucinationis condemnat, utpote quæ S. Do
„ ctorem non modo ab errore, ſed etiam
„ ſuſpicione erroris eximium eſſe declaravit.
Aptemus jam ad factum Janſenii tam defin
tam Arnaldi ſententiam: hæreticus itaque e
qui credit, librum Auguſtini Iprenſis ab err
ribus eximium eſſe: hoc enim qui ſentit, S
dem Apoſtolicam & totam Eccleſiam levitat
& hallucinationis condemnat, utpote quæ d
claravit, hunc librum erroribus infectum eſ
aut eo ſcilicet adigemur, ut Eccleſiam ce
ſeamus ac dicamus infallibilem, cum pro
bris S. Auguſtini fert ſententiam: hujus a
tem infallibilitatis ſuæ donum amittere, quan

imo fidem ac ſubmiſſionem deberi conten-
rent. Et ad hæc duntaxat verba ac phra-
s, quibus Janſeniſtæ novam hanc hæreſin
ecioſo ad comparandam illi gratiam colore
ucabant, ſiquis adverteret animum, opinari
terat, rationem adhuc aliquam ab iis ha-
ri Eccleſiæ, nec omnem erga ipſius decreta
ſanctiones obſervantiam in eorum animis
tinctam eſſe. At modus ſe & ſua gerendi,
o deinde uſi ſunt, omnia ipſorum dicta ex
eris mendaciis conſtare oſtendebat; nemini
im minus cordi erat obſequioſum ſilentium,
mo vociferabatur inſolentius, quam iidem
i, qui illud quam maxime commendare ac
ædicare affectabant.

Articulus III.

anſeniſtæ Formulam ab Epiſcopis propoſitam contemnunt.

Non poterant Galliæ Epiſcopi ſine acer-
animi ſenſu intueri, quam parum in Jan-
iſtarum animos valeat Alexandri VII con-
ütio: dolebant, omnem ejus vim ſubdolis
ovatorum ſubterfugiis, interpretationibus,
diverticulis eludi, eaque, quæ receptis ab
iſcoporum ordine Pontificiis Litteris debe-
tur, ſubmiſſione fraudari. Opportunum
ſalubre tot ac tantis malis remedium fore
lebatur profeſſionis Formula, qualem præ-
is rerum ſtatus ac temporis ratio poſtula-

ret: Conſcripta ea eſt, ac publice propoſita, ut omnes & ſinguli Eccleſiaſtici, in ſua quisque Diœceſi, eandem chirographo ſuo ſubſignarent: Erat autem in hanc ſententiam compoſita:

Ego ſincere me ſubjicio Conſtitutioni Papæ Innocentii X editæ 31 Maji 1653, ſecundum verum ipſius ſenſum a Conſtitutione SS. Domini noſtri Papæ Alexandri VII. 16. Octobris 1656. definitum: & religione me obſtrictum eſſe profiteor, ut his Conſtitutionibus morem geram; quamobrem damno corde & ore doctrinam quinque propoſitionum Cornelii Janſenii, quæ continentur in ipſius libro AUGUSTINUS inſcripto, & a duobus

orum unus, *præ dolore adhuc fremo, dum ngito, quanti angores & animi cruciatus ferendi uerint Singlino, cum annis 1662 & 1663 ur-eretur, ut Formulæ subscriberet.* Subjungit leinde, hanc Episcoporum Formulam *mali-nam & fraudulentam pedicam fuisse, - - - - uæ tendebatur Ecclesiæ: ægre fortassis venturis æculis persuasum iri, his ineptiis unquam locum uisse, quæ solæ ipsis etiam sensibus furorem illum & rabiem subjiciunt, quacum pressis ac vexatis eritatis amicis conflictandum erat.*

Historicus Jansenismi (*p*) & ipse testa-ur, Doctorem Arnaldum, quantocunque lias generoso & intrepido animo esset, non ninus tamen, ac alios, ea re vehementer commotum, intimisque sensibus discruciatum uisse: Nempe rebellionis spiritus semper his curis ac perturbationibus obnoxius est. In-terea constitui tamen aliquid, ac tentari ne-cesse erat. More apud Jansenistas receptum est, Episcoporum authoritatem amplificare & extollere, aut arctare & deprimere, quan-do & quantum e re ipsorum est: atque hoc olenne ipsis artificium pro ara & asylo fuit, id quod tum confugerent. Sublato ingenti clamore obnitebantur Episcoporum Formulæ, & voce ac calamo contendebant, eorum autho-ritatem, etiam regiis edictis armatam, & vel

(*p*) *Tom. II. pag. 339.*

ipſius quoque ſummi Pontificis aſſenſu ac judicio munitam, ſe eo non porrigere, ut hanc ſibi profeſſionem ac ſubſcriptionem legitima quadam poteſtate imperare poſſet. Cedo, num ipſi Deiſtæ Burgofontani, ſi ſuperſtites fuiſſent, ſapientius ac felicius nodum hunc Gordium ſolviſſent?

Articulus IV.

Janſeniſtæ Formulam Alexandri VII, non ſecus, ac Formulam Epiſcoporum, flocci faciunt.

rptas, & in ſenſu ab eodem Authore intento, it illas per dictas Conſtitutiones Sedes Apoſtoli- lamnavit, ſincero animo rejicio ac damno, & iuro : Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia.

In ipſa autem * Conſtitutione Pontifex ſeniſmum eadem nobis forma pingit, ac æſentat, quali hucusque a nobis adum- us eſt : ait, hanc hæreſin, ab Innocen- X fere oppreſſam, " *ad inſtar colubri tor- oſi, cujus caput attritum eſt, in varios gy- s & cavillationum deflexus euntem*, nihil non oliri, ut inſtauratis viribus, & uſitatis tibus atque contorſionibus viam ſibi ape- at, qua effugiat, & ab interitu ſe ſuo vin- cet. Mandat deinde ab omnibus Eccleſia- cis, Archiepiſcopis etiam & Epiſcopis, c non aliis quibuscunque Eccleſiaſtici Or- nis, tam regularibus, quam ſæcularibus, am monialibus &c. hanc formulam intra es menſes a die publicationis Bullæ ſub- ribi. „ Rex ſancto quodam ardore ad ex- uendam penitus ſceleſtam hanc hæreſin, tot turbas ac mala regno afferebat, accen- ipſe ſe in ſupremi Senatus Pariſienſis Cu- a contulit, & mandatum ſuum de promul- lis Pontificiis Litteris, ac injuncta omni- pura & ſimplici Formulæ ſubſcriptione in licas referri tabulas imperavit.

Ulti-

* *Regiminis Apoſtolici* data 15. Kal. Martii 1665.

Ultimus hic ictus vehementer perculit Janſeniſtas, & eorum conſilia turbavit; at ſimul, ſi unquam alias, certe tum, quinam eſſent, aperuit; nec enim ſic quoque fracta eſt ipſorum pertinacia, ut ſe ad officium revocari ſinerent. Ut autem ex intricato hoc labyrintho evaderent, præter omnium opinionem novam & inexpectatam rei gerendæ rationem inire: perſpecta erat omnibus pervicax ipſorum contra Eccleſiam repugnantia; nihilo ſecius in eam mentem venere, velle ac poſſe ſe perſuadere aliis, hæreſin tam acriter a duobus ſupremis, ſacro uno, profano altero, Principibus ſub nomine Janſeniſmi ex-

ertus Choiſeulius Epiſcopus * Tornacenſis, c Gerberonius aliis perſuaſum eſſe volebant; eque enim omne ſtropharum ac veteratoria-um artium genus, quas obfirmatus in erro-s animus fingere ac ſuppeditare poteſt, ad-ibetur in uſum protegendi ſpectri cujusdam ommentitii: atqui adhibitum, nec techna-am quidpiam inexpertum relictum eſt, quo oc Janſenianæ hæreſis monſtrum protegere-ar: Teſtis eſt fallax agendi modus, quo ** uatuor Epiſcopi Clementi IX Pontifici im-oſuere. Spectrum commentitium, *ſolis ter-*

---

* De Tournai.

** Quatuor hi Epiſcopi erant Henricus Arnaldus Epiſcopus Andegavenſis: Nicolaus Choartus Epiſcopus Bellovacenſis: Franciſcus Stephanus Cauletus Epiſcopus Apamienſis: & Nicolaus Pavillonius Epiſcopus Alectenſis; qui cum in ſuis, menſe Septembri 1668 datis Romam litteris Clementi IX ſancte affirmaſſent, ſincera ſe fide pure & ſimpliciter Formulæ Alexandri VII ſubſcripſiſſe, admiſſæ deinde fraudis rei comperti ſunt, cum ex perſcriptis Synodorum, quas illorum quisque in ſua Diœceſi celebraverat, actis conſtaret, in Quæſtione de Facto ſeu ſenſu Janſenii ſe & ſuos non niſi *obſequioſi ſilentii* promiſſo obligaſſe. Vid. Hiſtoria quinque Propoſitionum Tomo II. a pag. 188. Edit. Trevoltienſis a 1701. *Interpres.*

terrendis infantibus aptum, ut Epiſcopus Tornacenſis in ſua ad Innocentium XI epiſtola loquitur, neminem injuriis onerat : onerat autem Janſenianum hoc ſpectrum, & millenis linguis in Pontificem & Epiſcopos omne mali acerbitatis virus effundit, quod alias Lutherus & Calvinus in eosdem vomuere : omnes Factionis Heroes pro illo defendendo concla-marunt ad arma, & in aciem prodiere.

Cum Hannibal ante portas, & præſens urget periculum, omnis homo miles eſt : quin etiam advocati & Cauſſidici exceſſere foro & curia, ut migrarent in Theologos, infectarentur *Formulam*, & tam ſpecioſo nomine armati pro ſervando hoc monſtro, quod a Fœmi-

iminationibus inceſſerent uſum poteſtatis, uam Eccleſia in præſente negotio exerce- it: (s) „ per meram juris non ſui uſur- pationem, ajebant teſte ipſorum hiſtorico, contra omne fas poteſtatem ſibi arrogare Epiſcopos imperandi omnibus, ut adſcri- pto ſuo nomine, & ex ipſorum dunta- xat fide jurati teſtentur rem, cujus nul- um afferretur argumentum idoneum, nul- a haberetur notitia: exigere ac mandare ejusmodi ſubſcriptionem ac jusjurandum, dem eſſe, ac exigere & mandare menda- ia, perfida ſacramenta, & perjuria: nec minus novam quandam hæreſin atque im- ie ſuſceptum facinus eſſe, ſancita lege præſtandam factis, de quibus nullum ex- aret Dei loquentis teſtimonium, ſubmiſ- ionem & fidei divinæ aſſenſum fidelibus extorquere velle: Formulæ ſubſcribi non poſſe ſine injuria & calumnia Epiſcopo (prenſi Janſenio) illata, qui acri & forti animo tutatus eſſet fidem Eccleſiæ: & de- nique dirum & horribilem in modum ab- uti Epiſcopos poteſtate, quam Deus ipſis impertitus eſſet, ſi hanc convertant in vio- lentiam, qua per metum & intentatas pœ- nas Eccleſiaſticas Fideles ad ſubſcribendum adigantur. „

Inter hos tam ſobrios ſcilicet limites ſe ntinuit obſequioſum ſilentium in Gallia. At Hollandia omnino aliis & multo liberiori- bus

s) *Ibid. pag. 103.*

bus vocibus contra Formulam *conclamatum* eſt. Ex tota Janſeniana Colonia, quæ exceſſerat e Gallia, ut fundaret aut ſtabiliret Ultrajectinam Eccleſiam, unus erit Theodoricus Vlaixneſius profugus Religioſus, de quo mentionem faciam. Sat ille cognitus jam eſt, ut ſuis eum coloribus hoc loco deſcribere neceſſe non habeam. En! quæ ipſius verba ſint in litteris ad Comitia Generalia Benedictinorum Congregationis * S. Vitoni, quæ habebantur ad S. Michaelis fanum in Lotharingia: (*t*) „ Libere igitur, & fidenter pronuncio, & ipſius quoque Dei nomine & „ verbis dicere audeo, quod, poſt editas „ præſertim Conſtitutiones *Vineam Sabaoth*, „ & *Unigenitus*, pure & ſimpliciter ſubſcribere Formulæ, non aliud ſit, quam ejurare „ fidem Catholicam, & amplecti Moliniſmum, „ aut potius Pelagianiſmum; neque hæc fidei „ ejuratio minima etiam probabili cauſſa ac „ rationis ſpecie dilui aut tegi poſſit. „

Pro! quam ſubito Janſeniſta perſonam candidi & ſinceri hominis induit, cum primum animum ſibi ſumpſit miſſa faciendi omnia, etiam cœnobium, ſi religioſæ familiæ adſcriptus ſit, ſeque in fidem ac clientelam Fœderatorum Belgii ordinum tradidit, ut libere fidem ſuam profiteri poſſit: ibi, diſtinctione juris & facti, aliisque ejusmodi puerilibus nugis proletariorum Janſeniſtarum fæci reli-

* S. Vanne.

(*t*) **Commentarius III. de Conſiliis Janſeniſtarum pag. 14.**

ſtis, impune, ſine obliquis ac transver-
ambagibus, recta ad præfixum viæ termi-
n pergitur: Domnus Theodoricus hoc pri-
gio ac libertate, tota quanta ejus amplitudo
, liberaliſſime uti novit: (*u*) " ſi aliquando
er maximum omnium infortunium contin-
eret, (ſcribentis in eadem epiſtola verba
unt) ut Congregatio Bullam *Unigenitus*, &
ormulam Alexandri VII probaret & recipe-
et, aut potius, ſi non ſemper ab illis vehe-
enter abhorreret, tunc corpus iſtud carci-
oma te corruptum, propediem a Deo dere-
ctum videremus. - - - - Monaſteria noſtra
- - migrarent in vitiatos lacus, e quibus
oſthac non niſi cœnum ac putridæ ſordes
auriri poſſent. (*x*) Si Congregatio (addit
rofugus hic religioſus) repudiata fide ſua,
ullam *Unigenitus* tanquam veram & legiti-
am ſuſcipiat, ac deteſtabili Formulæ, quam
ıſſu Dei mei ad ſupremum usque ſpiritum
ion alio quam ſyngraphæ Diaboli
ompellabo nomine, ſuos ſubſcribere
ompellat, omnia illius membra brevi
empore doctrinæ & morum corrupte-
ıs depravata erunt. „ Atqui hæc ni-
ı mentis & calami intemperantia eſt, at-
omnes moderationis limites excedit:
camus Catholico Lectori, nec porro aliis
eſtis & atrocibus dictis, quibus fanaticus
homo epiſtolam ſuam referſit, ipſius ocu-

In eodem comment. III. pag. 4. (*x*) Ibid. p. 5.

los ſauciemus : potius hic animo recola
conſiliorum Societatem ac pactionem Bu
fonte initam ; permagni enim noſtra inte
ut ne illam unquam e conſpectu amittamu

Statutum Burgofonte eſt, ut ad *defi*
dam Eccleſiæ poteſtatem manus jungerentu
animi ; quid igitur non moliti, quid auſi
ſunt Janſeniſtæ in Formulæ negotio ? Re
lionis ignem contra poteſtatem Eccleſiæ
omni parte ſermonibus, libellis, factis & ex
plis ſuis, ceu tot ſollibus excitarunt : For
læ probrum *malignæ ac fraudulentæ pedicæ*,
Eccleſiæ tenderetur, per ſummam contu
liam objecere : Pontifici ac Epiſcopis, id

cia, perfida ſacramenta, & ſacrilega per-
ria ab iis exigat? Fideles in pravos errores
pellat? Fidem abjicere cogat? Conſtituta
athematis pœna fidei Formulæ, quæ hor-
re & execratione digna eſt, ſubſcribere ju-
at? Formulæ, quam ipſe Deus (num igi-
r rurſum calamus hac blaſphemia contami-
ndus eſt?) *chirographum Diaboli* appellari
uit? Ah! in eum nempe jam locum res
ducta eſt, ut Eccleſia, alioqui nulli erran-
periculo obnoxia, hæc olim Jeſu Chriſti
onſa non amplius audiri mereatur: ipſius
themata tanquam fulmina bruta porro ex-
ieſcenda non ſint: Eadem omni poteſtate
authoritate careat: a Jeſu Chriſto repu-
ta ſit, neque etiam Sancyranus blaſphe-
e argui poſſit, cum *adulteram* modo ac *pro-
tam* eſſe edixit. Quodſi ergo hæc Eccle-
priſtina ſua in nos poteſtate etiamnum uti
t, *injuſta alieni juris uſurpatio, omnis æqui
boni violatio, dirus & horrendus abuſus* eſt:
eſtas hæc penes ipſam non amplius reſidet.
ex impiis id genus, ac in Deum contu-
ioſis principiis, quæ Janſeniſtæ ſtatuunt,
a mirum eſt, ſuapte veluti natura ejus-
li conſectaria duci; quæ meræ blaſphe-
e ſunt?

En tibi Janſenianam de Eccleſia hæreſin;
lis eſt, omni propemodum pravitatis ac
ſitudinis habitu, quo cooperta eſt, con-
uam! En partem principiorum Burgoſon-
i Conventus una cum ſuis conſecutionibus

ad uſum pertinentibus! En barathrum, in quod noſtræ ætatis Novatores ſe ipſos, & omnes ſecum, qui ipſorum dictis audientes ſunt, præcipites agunt!

Nihil ego de iis omnibus, quæ hactenus recenſui, commentus ſum, nihil ſuppoſui aut affinxi Janſeniſtis, indicavi fontes, ex quibus illa hauſi; adiri & inſpici poſſunt non niſi librarius fui, qui modiciſſimam eorum partem, quæ ſpectatiſſimi e Factione viri voce & calamo innumeris in libris palam prædicabant, exſcripſi & huc tranſtuli. In comperto igitur eſt, heroes, oracula, Sanctos Janſeniſtarum, qui impia ſua Doctrina indignum adeo in modum obtrectarunt Ec-

ſua excæcat arrogantia, vel malorum, a quibus duci ſe ſinunt, Directorum affectata oris ſpecies, morum gravitas, & fallax ſermonum ſuavitas a debita Eccleſiæ obedientia abducit. Pro ſpe itaque, qua teneor, rem ceſſuram feliciter, pertexam & abſolvam Demonſtrationem conſilii Burgofonte initi: docebunt hæ ultimæ præſertim quæſtiones, quæ modo ſequentur, conſilium *de evertenda Eccleſiæ poteſtate* multo concinniore deinceps ratione ac methodo, quæ cum informata Burgofonte norma magis congrueret, quam hactenus executioni datum fuiſſe.

Quæſtio III.

De artificiis & conatibus, quibus Janſeniſtæ a tempore P. Queſnelli usque ad hodiernum diem in everſionem poteſtatis Eccleſiæ incubuere.

Fracto & proſtrato ab Alexandri VII Formula Janſeniſmo, factioſi ipſius aſſeclæ in extremas ſe difficultates conjectos videbant: reluctari Formulæ, nec ſubſcribere, opus erat periculoſæ plenum aleæ; nam hac repugnantia præter diſcrimen, cui ſe objiciebant, amittendi Sacerdotia, quibus jam fruebantur, aut nunquam conſequendi ea, quæ ſperabant, aperte ſe rebelles profeſſuri, prodituri ſe ipſos, & ex eo tempore omnium rerum jacturam facturi erant. At ſubſcribere, & ho

ipſo perfidum ſacramentum, & ſacrilegum perjurium interponere, quam grave accidere poterat ac debebat hominibus tam delicatæ, ut nemo ignorat, conſcientiæ & probitatis ut vel umbram ambiguæ aut mente reſervatæ vocis perferre non poſſint.

Interea potiſſima tamen Sectæ pars poſtremam hanc conditionem amplecti voluit, ſatius viſum eſt fortiter pejerare, quam per ignaviam abjicere emolumenta *veritatis*; ita agendum cenſebant *honeſti* inter Theologos Janſenianos viri: (*y*) „Horum Theologo„rum (ait * Foüillouſius) quos Arnaldus ho„neſtorum virorum nomine ornat, placitum

ɔuſius author eſt, (z) *plurimi eorum gravati on ſunt Formulæ ſubſcribere, quicquid tandem de Janſenii facto ſentirent in crederent.* Eadem in- enuitate affirmat Gerberonius, (a) „ quo- cunque oculi inciderent, nil niſi ſubſcri- ptiones tum temporis conſpectas fuiſſe, quandoquidem pauciſſimi Eccleſiaſticorum eſſent, qui Formulæ ſubſcribere renue- rent, etſi pauciſſimis eorum perſuaſum eſſet, quinque propoſitiones Janſenii do- ctrinam eſſe. „ O quam *honeſtos* homines! unquam Eccleſiæ Romanæ Martyres tan- ı ſui erga veritatem amoris documenta de- ere. Novus hic eam tuendi modus pro- ul dubio *Sanctis* Confeſſoribus Janſeniſtis re- rvatus erat.

Cæterum eorum tamen aliqui, quibus ondum conſcientia ad perjurii ſenſum ac hor- orem occalluerat, ut ex difficili hoc negotio expedirent, confugiebant ad frivolam di- inctionem juris & facti, nec niſi reſervata nimo hac exceptione ſubſcribebant: alii aut agis ingenui, aut magis indomiti & ſedi- oſi, aut qui nil habebant, quod perderent, mnino ſubſcribere recuſabant. Tam inuſi- ita voluntatum & actionum varietas, quæ ıter Adminiſtros perducendi ad exitum ac- ıratiſſimi ſyſtematis intercedebat, diſſidia : contentiones inter eos non commovere

(z) *Ibid. pag. 6.* (a) *Hiſt. Janſeniſmi. T. I. p. 96.*

non poterat, ac periculum erat, ne, cum excidere ſibi ſinerent conſilium perpendi Eccleſiam, ſe ipſos perderent.

Articulus I.

P. Queſnellus proſtratum ab Alexandri VII Formula Janſeniſmum inſtaurat & erigit.

Janſeniſmo in tam acerbo rerum ſtatu reparatore opus erat, qui in aliam mutatum formam erigeret & recrearet afflictum, omnesque ipſius defenſores ad concordiam,

Janſeniſtæ, ut libro P. Queſnelli exiſti-
nis adhuc aliquid & pretii conſervent,
num hodie ſpargunt. multis eum annis
delium manibus verſatum fuiſſe, & qui-
cum magno fructu ac pietatis emolu-
o, quin incurreret quidpiam in oculos,
ſibi viri docti reprehendendum putaſ-
At ſac ita eſſe: damnavit modo, ac
ripſit pernicioſum hunc librum Eccle-
ergo non poteſt non poſthac Fidelibus
ptionis occaſionem ac cauſſam præbe-
deinde iſtud de libro teſtimonium non
ſubdolum Janſeniſtarum artificium eſt;
cum ſubductis temporum rationibus
dam, a propoſito mihi argumento non
abo.

Ex quo ad finem perductum tandem
vationum moralium opus primo in conſpe-
prodiit, nempe anno 1693, mox illis,
antum ingenio ac doctrina valebant, ut
Authoris & libri conſilia ac conatus
ſpicerent, inſolitas de novis erroribus
ciones movit: anno 1694 expendendum
ſibi ſumpſit Doctor * Fromagovius, &
ducenta prope dogmata detexit cenſuræ
xia; de quo etiam in editis ſuis Ani-
verſionibus Fideles admonuit. Anno
; Noallius ſuo illud approbavit ſuffra-
(R) 5 gio,

Fromageau. (*b*) Videatur **Hiſtoria de Conſti-**
ne *Unigenitus* *T. I.* **pag. 68.**

fragio, & ampliſſimo elogio ornavit, quod ſane, ratione habita affectionum hujus Præſulis, ut tum animatus erat, reſarcire & exæquare poterat cenſuram Fromagovii. Janſeniſtæ vehementer optabant, ut & Boſſuetus (*) Meldenſis Epiſcopus tantundem libro beneficii, quantum Noallius, præſtaret: unde eum rogabant, ut ipſum recognoſceret ac examini ſuo ſubjiceret, ſpe freti, daturum id amicitiæ ſuæ cum Noallio, ut ſecundum pro illo ſuffragium ferret. Legit reipſa & examinavit, prout rogatus fuerat, Boſſuetus librum a. 1698; tantum autem abfuit, ut illum probaret, ut declararet etiam, ut

nis tradi præcipit; quæ tamen poſtrema diplomatis clauſula regni uſibus adverſa, obſtitit, ne illud reciperetur.

At brevi cognitum fuit, hujus diplo- executionem Galliæ ſummopere ſaluta- aturam fuiſſe. Importunitas & intem- , qua Janſeniſtæ per obtentum defen- hujus libri in regno, ſacra & profana ant omnia, adeo omnem modum præ- ſa eſt, ut tandem rex Ludovicus M. em a Pontifice Conſtitutionem, a qua ſum hoc opus Apoſtolici judicii cenſura devoveretur, petendam cenſeret: re- t votis Pontifex, & coacto peculiari imorum ac doctiſſimorum virorum , datoque ei negotio, ut cauſſam hanc us ſuis momentis ad veritatis trutinam atiſſime ponderarent; indictis etiam ex- dinem ad implorandum divini luminis lium privatis & publicis precibus; pro- unte, & communi cum Gallia conſilio nma cautione evitatis in Conſtitutione, etebatur, iis omnibus, quæ in regni ; ac conſuetudines offendere videri poſ- tandem 6 idus ſeptembris 1713 contra n *obſervationum moralium* Bullam edidit, initium eſt, *Unigenitus DEI Filius*, Bulla Pontifex nominatim centum & propoſitiones ex Queſnelli libro de- as condemnat, & inter alios cenſuræ mnationis titulos illum quoque aſſignat, *varias illæ hæreſes*, potiſſimum

eas, quæ in famoſis Janſenii propoſitionibus continentur, innovent. Liber ergo Queſnelli *potiſſimum* eum in finem fabricatus erat, ut collapſum prope Janſeniſmum reficeret ac confirmaret: certum id eſt ex judicio, quod ſummus Pontifex, & poſt ipſum tota Eccleſia tulit. At nondum hoc totum libri hujus malum eſt: Queſnellus eodem, quem revocando ad novam vitam Janſeniſmo impendebat, labore, ex deſcripta Burgofonte forma Eccleſiam aggreſſus eſt. (*d*) " Ex cen„ tum & una propoſitionibus, quæ ex ipſius „ libro excerptæ ſunt, (ut animadvertit E„ piſcopus * Seguſteronenſis) nemo non in-

agnoſci nequibat amplius, nec aſpectabilis, erat.„

Itaque ex ſimplici centum & unius propoſitionum intuitu nemo quoque non intelit, Quesnellum eas Eccleſiæ plagas infliſe, quas Burgofontanum Conciliabulum em imponere deſtinaverat. Et cuiquam egrinum aut mirum videri poſſit, monoſum hoc opus, unicum factionis perfum, Janſeniſtis adeo in oculis ac pretio ſe? Expendamus modo fructus, quos hi illo meſſuere.

Articulus II.

anſeniſtæ viſibilitatem Eccleſiæ JEſu Chriſti adoriuntur.

Liber Quesnellianus, & quæ ſuppedita-t, principiorum uſus Janſeniſtis anſam præit ultimam manum executionem Burgofonii ſyſtematis contra Eccleſiam admoven: undique in eam coorti ſunt, & univera omnes proprias ipſi dotes atque ornaenta atrociter lacerarunt: nihil exaggero, nil nimium ipſis & ultra meritum tribuo: obabunt id hi ipſi novatores argumentom apparatu, pro dolor! pluſquam copioac modo, qui omnes genuinos Eccleſiæ os vehementi dolore afficiat neceſſe eſt; que hi in deformi imagine, quam a nos his reformatoribus adumbratam videbunt, um amplius *matrem* agnoſcent.

Ex

Ex plus quam millenis variis libris ac libellis, quos poſt infeliciſſimum *obſervationum moralium* partum Factio contra Religionem edidit, quinque vel ſex tantum, quos illa præ aliis magni facit, mihi uſui erunt: omne autem emolumentum, quod in rem meam ex reliquis capere poſſem, ultro miſſum facio: ſic quivis ſine magno negotio, ex paucis illis libris ac libellis, quos appellabo, ſuorum ipſe oculorum teſtimonio comperire poterit, quam vera ac certa ſint horrenda dicta & facta, quæ ex iisdem impuris fontibus hauſta Lectori ſub aſpectum ponam, cum ipſi ſtatum & locum, in quem Janſeniſtæ Eccleſiam Jeſu Chriſti adducere ſumma contentio-

rerum recenſione monſtremus, nihil illos de Eccleſia plus, quam inanem hujus umbram conſervare.

Quid eſt ex Catholicorum doctrina Eccleſia! Eſt Congregatio ac cœtus hominum, qui ejusdem fidei profeſſione inter ſe conjuncti, eorundem ſacramentorum participes; & Paſtorum, quos Jeſus Chriſtus inſtituit, præcipue ſummi Pontificis Jeſu Chriſti in terris Vicarii, gubernationi ſubjecti ſunt: Hanc Sanctam Eccleſiam toti mundo aſpectabilem eſſe oportet, ut omnes ad eam accedere, & æternam ſalutem, quæ extra ejus ſinum inveniri nequit, quærere poſſint: tota autem quamvis ſancta ſit, nihilominus non juſtos modo, ſed & peccatores complectitur; quodſi enim ex ea peccatores excluderentur, cum juſti ſoli Deo cogniti ſint, aſpectabilis non foret: habet hæc Eccleſia Caput, quod ab univerſo mundo cognoſci poteſt: habet ubique Epiſcopos, quorum ſinguli deſtinatam ſibi illius portionem gubernant: habet ſacramenta, quæ ubique conficiuntur, & adeuntibus præbentur. Nunquam igitur Societas aliqua clarius ſub aſpectum cecidit, quam Eccleſia, quæ certe tam facile ac prompte, quam ampliſſimum & florentiſſimum quoddam mundi regnum cognoſci poteſt.

Sed quid ex ſenſu Janſeniſtarum eſt Eccleſia? aut ubi terrarum locum habet? ah! tam fœdum in modum ipſius facies adulterinis illorum coloribus deformata eſt, ut quænam ſit, vel

ubi

ubi ſit, neſciatur. Nomini *Eccleſiæ* paſſim in eorum lingua non alia notio ſubjecta eſt, quam *populi Chriſtiani*, quem ipſum plerumque ſolo Electorum numero metiuntur. Hactenus quidem Papam adhuc aliquem, & Epiſcopos in Eccleſia admittere videbantur; at hi ab ipſis non alio habentur numero, quam Adminiſtrorum, ſeu ſecundum ipſorum phraſin, * *Capitum Miniſterialium*, quibus veluti Vicariis a populo, ſeu ab eo, quod ipſi appellant Eccleſiam, gubernandi negotium demandatum eſt; nam populus omnem civium

m poteſtatem habet, quam deinde imper-
ır Papæ & Epiſcopis pro menſura & mo-
, qui commodus ſibi ac opportunus vide-
: imo aſſerere non horrent, quod (*c*)
Eccleſia (ſeu populus) ipſamet per ſe
otestatem clavium, quam a JEſu Chriſto
ccepit, exercere poſſet, nullis illi pro
iac ſummi momenti ſunctione adminiſtris
pus fuiſſet. " Pontifice igitur & Epiſco-
Eccleſiæ JEſu Chriſti aliquo modo opus
adhuc fatentur Janſeniſtæ; abſolute eidem
neceſſarios negant; Hinc etiam tanquam
i Dialectici in variis definitionibus, qui-
Eccleſiæ ſtatum & naturam explicant,
am illis partem tribuunt, nullum in iis
um eſſe ſinunt.

Poſt illam, quam procudit Sancyranus,
alias a me commemoratam, aliæ ab aliis
eniſtis Eccleſiæ definitiones fabricatæ ſunt:
omnibus majoris authoritatis eſt illa, qua
snellus deſcripſit Eccleſiam: hanc itaque
n expendamus, & videamus, a Janſeni-
ım principiis & doctrina Eccleſiam con-
tui eripi, atque inviſibilem reddi. (*f*)
l eſt Eccleſia, quærit & reſpondet Ques-
ıs, *niſi cœtus fidelium manentium in ejus*

) Everſio Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ per Conſtit. *Unigenitus* T. I. pag. 342.
) Propoſitio Quesnelliana 73.

ſinu, adoptatorum in Chriſto (*) *ſubſiſtentium in ejus perſona, redemptorum ejus ſanguine, vivificatium ejus ſpiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri ſæculi.* Diſſimulemus mel verborum, ut melius advertamus animum ad id, quod notioni huic de Eccleſia deeſt. An in ea indicii quicquam, & vel unus apex occurrit de capite viſibili, de Epiſcopis, de Sacramentis? Quesnellus igitur, cum totam Eccleſiæ amplitudinem ad illorum coarctat numerum, *qui vivunt Spiritu JEſu Chriſti*, hoc ipſo peccatores, qui non vivunt Spiritu Chriſti, ad Eccleſiam pertinere non vult: atqui homines non ſciunt, quinam juſti, quinam peccatores ſint; ergo etiam non vident Eccleſiam, nec norunt, ubi ea ſit. Aut ex quibus eam ſignis ac notis poſthac poterunt cognoſcere? Quesnellus has nobis indicare parat, ſed ita, ut ex earum cognitione nihilo ſapientiores evadamus: (g) *Nota Eccleſiæ Chriſtiana eſt*, ait, *quod ſit Catholica, comprehendens & omnes Angelos cœli, & omnes electos & juſtos terræ, & omnium ſæculorum.* Ergo Eccle-

(*) Ineptiſſime dicuntur a Quesnello filii Dei ſubſiſtere in perſona Chriſti: hinc enim fieret, chriſtianos non ſubſiſtere, in ſe, imo & eſſe vere filios Dei, non ſecus atque homo Chriſtus, cujus humanitas ſubſiſtebat in Verbo.

(g) Propoſitio Quesnell. 72.

go Eccleſia Jeſu Chriſti nemini alteri am-
is aſpectabilis eſt, quam Deo, utpote cui
cogniti ſunt & *Angeli cœli*, & *electi ac*
i terræ. Tantundem etiam docuit Calvi-
s; (*b*) *ſolius Dei oculis conſpicuam Eccle-*
n credere neceſſe eſt. Ergo Janſeniſtæ ver-
ſuis ſumma ſuavitate delibutis inviſibi-
n nobis Calvini Eccleſiam pro vera Jeſu
riſti Eccleſia obtrudunt.

Articulus III.

anſeniſtæ non amplius Romam, ſed Ultrajectum primam Eccleſiæ ſedem eſſe ſtatuunt.

Eccleſia JESU Chriſti ſuum unitatis ac
ıcordiæ centrum habet: hoc centrum Ro-
ına Eccleſia eſt, cum qua, veluti cum
ıtrice Eccleſia omnes reliquas intimæ com-
ınionis vinculo colligatas eſſe neceſſe eſt:
ıma prima Eccleſiæ Jeſu Chriſti ſedes eſt.
Janſeniſtæ multo alterius mentis ac ſen-
; ſunt. Jam alio loco memini, velle Ques-
lium, ut qui e Secta ſunt, non modo
n revereantur Romam, ſed *aperta etiam illi*
nte reſiſtunt, & quam parum ab ea ſibi me-
ant, oſtendant; nec Novator hic ulli unquam
caſioni deerat, iisdem in hoc inſolentiæ

(*b*) *Inſtitut. l. 4. c. 1. n. 7.*

genere præeundi exemplo, illoque ſceleſto ſolatio fruebatur, quod ea in re ſummæ docilitatis diſcipulos nactus eſſet. Horrendi ſupra modum colores ſunt, quibus Roma ſe in eorum libris depictam videt. Roma locus eſt ait Quesnellus, (*i*) „ ubi nullum virtuti pretium eſt, nulla pietatis habetur ratio. (*k*) Ut rem proprie dicamus (virulentis linguis ſibilant ejus diſcipuli) Curia „ Romana non niſi cœtus hominum eſt, qui „ ſuis duntaxat commodis ac voluptatibus „ ſtudent, unique non profanæ minus quam „ Sacræ Pontificis magnitudine ac potentiæ „ amplificandæ intenti ſunt, ut & ipſi ha-

s verba: (*l*) „Roma, ais illuſtriſſime
›mine, in præſenti rerum ſtatu potius
iisma fieri, ac ſcindi Eccleſiam ſinet,
am ut retexat aliquid & revocet. - - - -
: quæſo dicamus, Romam nihil retracta-
ram: ſed potius Roma, quoniam Conſti-
tio omnia religionis fundamenta convel-
, palinodiam canet, cum alioqui deſine-
: eſſe Chriſtiana.„ Atqui Roma nondum
›nſtitutionis negotio quicquam retracta-
imo conſequentes quatuor Pontifices eam
terum authoritate & ſententia confirma-
: ergo *Roma non eſt amplius Chriſtiana.*

Roma denique, urbs illa a Catholicis
› honore culta, modo non niſi *ſuperba*
ion eſt. Cum autem libri non ſatis pa-
:ſſent ſpargendæ ubique impiæ huic con-
:liæ, Janſeniſtæ imagines æri inciſas vo-
ıt in ſubſidium: ſe ipſos in quadam ejus-
imagine adverſus Romam digladiantes
›ſuere, & in argumentum reportatæ de
ci hac urbe victoriæ imminens dimican-
capitibus lemma adſcripſere: *Cecidit ſu-*
Babylon: inſcriptionem hanc manu te-
Angelus, & ad tubæ ſonitum toti orbi
iat: quaſi autem metuiſſent, ne Gene-
ım ingenioſi partus gloriam ſibi tribue-
ſapientiſſimo conſilio exercitus ſui du-
anſenium, Arnaldum, Paſcalem & Ques-
m, adjecto quemque ſuo nomine deno-
ıt.

(*l*) *Pag. 7. & 8.*

Hunc igitur in modum Roma ſuo g
du dejecta, prima Eccleſiæ J. C. ſedes a
plius eſſe nequit: Conſtitutio *Unigenitus* rea
ac dignam reddidit, ut hoc ornamento
prærogativa ſpoliaretur: aliæ orbis Catho
ci Eccleſiæ ob id ipſum, quod huic Co
ſtitutioni ſuffragatæ fuerint, indignæ quoq
effectæ ſunt, ut illius locum obtinere
quid ergo conſilii cepere Janſeniſtæ? ne
pe ſedem hanc tranſtulere in Hollandi
Ultrajectum modo eſt, quod *totam* rep
ſentat Eccleſiam: Ultrajectum, cujus o
mune fœdus Janſeniſtæ ambiunt: Ultraject
in cujus ſocietate perſeverare cupiunt.
que arcanum eſt, quod illi machinati ſi

n Papam, Ultrajectinum Archiepiſcopum.
vatur in Bibliotheca regis exemplum hujus
tolæ, & quidem ipſius, qui ſcripti Au-
eſt, manu exaratum: En tibi excerptum
dpiam: (n) „non ego excuſo, Ampliſſi-
ıe Domine, confidentiam, quam, etſi ti-
i incognitus, mihi ſumo ſcriptis te appel-
ındi litteris, ac rogandi, ut in partem
ɔmmunionis tuæ venire me ſinas, & vicif-
m atteſter, nihil optare me magis, quam
t eandem tecum, & cum illuſtri Canoni-
ɔrum tuorum Collegio, quod veluti (*)
ɔtam repræſentat Eccleſiam, per omnem vi-
ım conſervem; jus enim & munus mini-
ri JEſu Chriſti poſtulat, ut tueatur unita-
em fidei, & arcte complectatur eos, quos

n) Commentarius IV. de Conſiliis Janſeniſt. pag. 7.

(*) In Autographo eſt, *veluti totam tuam re-
præſentat Eccleſiam*: omiſſa hæc vocula *tuam*,
uæ facile attentionem, oculum & cala-
ıum effugere potuit, argumentum præbuit
trique, & notitiarum Eccleſiaſticarum,
: octo Epiſtolarum Scriptori, Autho-
ɔm noſtrum acerbiſſimo ſale perfricandi,
: malignitatis & peſſimæ fidei arguendi.
ed æquiorem cenſuram feret Lector, ſi
ıthoris in Appendice, quæ huic Tomo
. ſubjungitur, Apologiam ſeu reſponſum
l octo Epiſtolas, de hac voculæ omiſſio-
ɔ ac *calami* aberratione legerit.

„ videt ab ea injuſte (*) reſciſſos fuiſſe. „ Extrema epiſtolæ pars officioſæ ſubmiſſionis teſtificatio eſt, qua ſe Author ad Archiepiſcopi Schismatici pedes abjicit, & ut ſibi bene precetur, rogat. Subſcripto ipſius nomini caterva Janſeniſtarum, Doctores, Curiones, Sacerdotes, Monachi, Oratoriani &c. ſua & ipſi nomina ſubjiciunt, atque hanc epiſtolam ſuam faciunt his verbis: *Nos, qui manu noſtra ſubſcripſimus, adoptamus præſentem epiſtolam pro noſtra, & ad eandem nos ex toto conformamus.*

Trajectum itaque ad Rhenum prima hodie Eccleſiæ J. C. ſedes eſt: Trajectina Eccle-

„ peret, nec tot ineptiis, & futilibus nugis „ aures noſtras obtunderet. „ Fateor, hæc & ſimilia tam indigna eſſe, ut facile commovere ſtomachum, & omnem patientiam exhaurire poſſint: at duremus tamen, & æquo animo ſimus; multa enim adhuc alia ſuperſunt, quæ nobis devoranda erunt.

Articulus IV.

Janſeniſtæ mutant regimen Eccleſiæ, & in puram Ariſtocratiam convertunt.

Procuſa & obtruſa nobis Eccleſiæ definitione, quæ præcipua ejus capita, ipſamque ſubſtantiam immutant; deinde prima ejusdem Eccleſiæ Sede translata in Hollandiam, Janſenismo id adhuc agendum reſtabat, ut formam regiminis hujus ipſius Eccleſiæ inverteret; absque eo foret, deſideraretur aliquid, quod ad executionem Burgoiontani ſyſtematis pertinet. Sed ne hæc nos cura ſolicitet: Janſeniſtæ accuratiſſime ſuo fungentur officio, & ad litteram impoſitas ſibi partes implebunt. Nolunt novatores hi impoſterum pati, ut regimen Eccleſiæ temperatum admixta Ariſtocratia Monarchicum ſit: mere Ariſtocraticum, imo etiam Ariſto - Democraticum effingunt, quamvis nondum aperte profiteri auſi fuerint, hujus illud formæ ac generis eſſe. Ut tamen novo huic errori,

multisque aliis authoritatem afferre pergerent, librum vulgarunt, quem *Spiritum Gerſonii* inſcripſere: frequens a me de illo mentio fiet: opportunum igitur eſt oſtendere, quam turpiter Janſenianus hujus operis Author tam fallaci titulo orbi imponat: eam in rem verum Gerſonii ſpiritum de argumento, quod hic in quæſtione verſatur, exponamus. En! quibus verbis ſua de forma gubernationis Eccleſiæ ſenſa exprimat.

(*p*) „ Status Papalis, inquit, inſtitutus „ eſt a Chriſto ſupernaturaliter & immediate, „ tanquam Primatum habens *Monarchicum* & „ Regalem in Eccleſiaſtica Hierarchia, ſecun„ dum quem ſtatum unicum & ſupremum, Ec„ cleſia militans dicitur una ſub Chriſto: quem „ Primatum quisquis impugnare, vel dimi„ nuere, vel alicui ſtatui particulari coæqua„ re præſumit, ſi hoc pertinaciter faciat, hæ„ reticus eſt, ſchismaticus, impius atque ſa„ crilegus; cadit enim in hæreſim toties ex„ preſſe damnatam a principio naſcentis Ec„ cleſiæ usque hodie, tam per inſtitutionem „ Chriſti de principatu Petri ſuper alios Apo„ ſtolos, quam per traditionem totius Eccle„ ſiæ

(*p*) Gerſon (T. II. operum P. IV. Tractatu de Statibus Eccleſiaſticis conſiderat. I. col. 529. Edit Hagæ Comitum a. 1728. ſtudio & opera Ludov. Ellies du Pin) citatus ab Epiſcopis Galliæ in Epiſtola de Conſultatione Advocatorum a. 1728. p. 31.

in ſacris elogiis ſuis, & generalibus
ıciliis. „ Hunc in modum de *Monar-*
ac *Regali* dignitate *ſupremi* Eccleſiæ *ca-*
oquitur Gerſonius: hic ergo *verus Spi-*
Gerſonii eſt. Ecce autem, quem ipſi
ıum, quæ ſenſa affingant Janſeniſtæ! (*q*)
s & gubernatio Eccleſiæ prorſus alia
ſt, quam pura & vera ariſto-
ia, moderante rerum procurationem
aliquo Miniſteriali, quod JEſus Chri-
nſtituit, ut tueatur, ac ſimul deſignet
em Eccleſiæ. Author *Spiritus Gerſonii*
ſententiam ratiocinatione firmat, quam
ere nunquam certe in mentem veniſ-
erſonio: (*r*) „ Deus, ait ille, Epi-
pos præfecit gubernandæ Eccleſiæ: er-
Epiſcopi proxime poteſtatem ſuam a
o obtinent: ergo etiam gubernatio
cleſiæ ariſtocratica eſt. Viden, ſubjun-
, quomodo legitime, & ut par eſt, ra-
cinari oporteat. „ Cum hæc argumen-
ratio, quæ de pura Ariſtocratia acci-
a eſt, cum Dialecticæ præceptis, pror-
onciliari non poſſit, ſaltem perfecte
ntanea eſt conſilio invertendi formam
odum gubernandi Eccleſiam.

Ar-

Spiritus Gerſonii pag. 51. (*r*) Ibid. pag. 125.

Articulus V.

Janſeniſtæ deſtruunt Authoritatem Summi Pontificis.

Catholicorum ſenſus ac doctrina eſt, JEſum Chriſtum ſibi in terris ſubſtituiſſe Vicarium, qui aſpectabile caput eſſet univerſæ Eccleſiæ, eique plenitudinem poteſtatis contuliſſe. Omnes Fideles, nullo excepto, religione teneri ſe credunt, ut omnem cultum ac venerationem habeant (& habent etiam) huic Capiti, tanquam debitam homini, qui ipſius JEſu Chriſti perſonam in terris proxime gerit: auſcultant, & obſequuntur ipſius voci, tanquam primi Paſtoris gregis Domini: *hunc ſtatum quisquis impugnare, vel diminuere, vel alicui ſtatui particulari coæquare præſumit, ſi hoc pertinaciter faciat, hæreticus eſt, ſchismaticus, impius atque ſacrilegus.* At dum ſic differit, & ſenſa animi promit Gerſonius, nullius amplius apud Janſeniſtas fidei, nullius authoritatis eſt: ratum illis eſt evertere omnem hunc pulchrum ordinem, quem Chriſtus induxit, ac perennem eſſe voluit. Examinemus rem iſtam, ac premamus ipſorum veſtigia.

§. I.

Janſeniſtæ ſpoliant ſummum Pontificem proprio ipſi ornamento Aſpectabilis Capitis Univerſalis Eccleſiæ.

Summus Pontifex Janſeniſtis non niſi *Caput in Eccleſia* eſt: hanc illi cantilenam unanimi omnes voce concinunt: præcinuit eandem centum circiter & quadraginta abhinc annis Vigorius: (*s*) *Papa*, docet is, *potius eſt Caput in Eccleſia, quam Caput Eccleſiæ.* Unde id quidem largiuntur Pontifici, quod authoritatem obtineat *in tota Eccleſia*, non autem in totam Eccleſiam: (*t*) „ magnum, „ inquiunt, diſcrimen eſt inter hunc eloquen„ di modum: Papa authoritate valet in tota „ Eccleſia; & hunc alterum: Papa authori„ tate valet in totam Eccleſiam: prior ille „ æquus eſt & legitimus: alteri - - - - ma„ niſeſtus error ineſt, Gerſonius etiam hæ„ reſin eo continueri diceret. Hæc phraſis, „ quæ Papam præeſſe vellet Eccleſiæ, & „ hoc ipſo, illum ſupra hanc attollendo, „ omnium Epiſcoporum authoritatem inva„ deret, authorem alium, quam ultramon„ tanum aliquem, aut immodicum aulæ Ro„ manæ Præconem & aſſentatorem habere non „ poteſt.

Car-

(*s*) pag. 110.

(*t*) Veritas toti mundo conſpicua reddita &c. T. pag. 135.

Cardinales itaque, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, regis juſſu congregati, ut ſententiam ſuam de conſolatione Advocatorum dicerent, *Ultramontani, & immagici Aulæ Romanæ aſſentatores* fuere, cum profiterentur, *(u) quemlibet Epiſcopum inter primas & præcipuas officii ſui partes cenſere, ut Papam tanquam Superiorem ſuum revereantur, & eidem jurati obedientiam ſpondeant &c.* Atqui hoc eſt profiteri, Papam nomine & titulo Papæ poteſtatem in totam Eccleſiam obtinere. Porro an illi non eodem jure Ultramontani ſunt, cum in damnata a ſe hac Advocatorum phraſi, *Papa Caput viſibile in Eccleſia*, venenum, quo imbuta eſt, his verbis ob-

§. II.

Janſeniſtæ plenitudini poteſtatis, quam Chriſtus Summo Pontifici contulit, arctos limites circumſcribunt.

Novatoribus noſtris ſatis non eſt, Pontifici detrahere ambitum & latitudinem ſuæ poteſtatis, dum non aliam ipſi authoritatem permittunt, quam *in Eccleſia*; ſed etiam plenitudini poteſtatis, quam JEſus Chriſtus ipſi impertitus eſt, anguſtos admodum limites tatuunt. Boſſuetus Meldenſis Epiſcopus, cuus doctrinam in ſua Epiſtola laudant & pro ua adoptant hi, quos dixi Præſules, *pro dignitate argumenti* iisdem teſtibus explanat id, uod ad plenitudinem poteſtatis, quæ Sanæ Petri Sedi collata eſt, pertinet; (*y*) Po„ teſtas, ait is, collata pluribus (a JEſu „ Chriſto Apoſtolis) in ipſa partitione, qua „ in plures diviſa eſt, præſefert & oſtendit „ limites, qui ipſi conſtituti ſunt: poteſtas „ autem uni ſoli (S. Petro) & ſuper omnia, „ & ſine ulla exceptione collata, plenitudi„ nem ſecum fert, quæ, cum in partes eam „ diſtrahere, & cum ullo alio partiri neceſſa„ rium non ſit, non aliis continetur finibus, „ quam quos jura & leges præſcribunt. „ Hanc autem doctrinam Janſeniſtæ abſolute improbant

&

(*y*) *Ibid. Pag. 36.*

& rejiciunt: ſententia ipſorum eſt, poteſtatem Pontificum ſola populorum credulitate, tanquam fundamento niti: hoc impium dogma Poetarum quidam e Factione duobus gallicis verſiculis complexus eſt, qui his duobus latinis reddi poſſunt:

(z) „Quam tribuit Papis infcitia, tota poteſtas
„ a ſola populi credulitate venit.„

His poeticis modis ac numeris ultimos ſenſus exprimunt morientis Montis Peſſulani Epiſcopi. Sed non minus in ſoluta, quam ligata oratione hæc poteſtatis plenitudo ultro a Papis ſibi arrogata & imaginaria eſt: hoc honore

oritatis illi modum ac gradum aſſignat; ndem ipſi pro arbitratu ſuo abrogat, cer- nque hujus adminiſtrationis normam ac ges præſcribit. (b) „JEſus Chriſtus, ajunt, poſtquam ſemel primum Paſtorem mini- ſterialem deſignaverat, gregi ſuo eligendi ipſius ſucceſſores, inque eorum dotes inquirendi jus ac poteſtatem dedit, ita quidem, ut, cum Miniſterialis hic Paſtor omnem ſuam poteſtatem obtineat a grege, qui jure a Deo ſibi conceſſo illum deligit, hic ipſe grex non tantum nactus ſit jus & authoritatem Paſtori ſuo rerum agen- darum ac gubernationis formam inviolatis ſanctionibus præſiniendi, ſed etiam ipſum redigendi in ordinem, & exautoratum omni hac poteſtate ſpoliandi.

Denique malunt hi Novatores vim in- rre ſanæ rationi, aut potius ipſum JEſum hriſtum impio bello aggredi, quam ſum- contra ſummum Pontificem arma ponere. Eſus Chriſtus voluit, ut Paſtor eſſet dux regis; at contra Janſeniſtæ ſtatuunt, ut rex ſit dux Paſtoris: in partem a J. C. de- inatam gregi, ceſſit præſtanda Paſtori ſub- iſſio; Janſeniſtæ inverſo nativo ordine ju- ent, ut (c) *Papa ſit ſubjectus Eccleſiæ, non ccleſia ſubjecta Papæ. Eccleſiæ* autem, *grex, po- ulus Chriſtianus, electi*, verba ac nomina ſynony-

(b) *Ibid. pag. 77.* (c) *Veritas ſenſibilis reddita T. I. pag. 135.*

ma ſunt, quibus in ipſorum phraſeologia eadem vis ac notio eſt: hujus obſervationis nunquam obliviſcamur oportet.

§. III.

Janſeniſtæ eo more ac modo ſe gerunt erga Summum Pontificem, quo ante ipſos erga eundem ſe geſſere hæretici.

Catholici inter præcipua religionis officia habent, ſacram Vicarii J. C. perſonam ſummaveneratione atque obſervantia proſequi. Janiſtica inſolentiæ ſpecimina, quæ hic nec

æ poſtulabant, ut Clementem XI defer-
emus ad Concilium Oecumenicum, &
ex omni juris forma judicio perſequere-
nur: nullus unquam Pontifex perinde, ac
lle, id commeruit: Et fortaſſis, ſi res ita
eſta fuiſſet, Roma multum de ferocia
ua remiſiſſet.„ Homo hic eſt, qui cupit
ulos ludificare ac fallere, nec ſinu gerit
Paſtoris ſed tigridis. Equidem proterva
ſceleſta hæc verba non olent unctionem
ervationum moralium; ex earum tamen Au-
ris calamo fluunt: (*f*) (*) *Breve Papæ*
Regem (ex occaſione famoſi caſus conſci-
iæ) *Succeſſore S. Petri indignum cenſetur*;
parum convenit Clementis lacrymis, quibus
ulis fucum facere vult. - - - - Hoc Breve
us exhibet cor Tigridis, quam Paſtoris, a
oves ſuæ amore paſcendæ ſunt.

Porro magno huic Pontifici anathema
ere, eſt Deo honorem reddere:

f) Cauſſa Quesnelliana pag. 140.

Breve hoc datum eſt 13. Febr. 1703, & extat in Actis Conciliorum Edit. reg. Harduini T. XI. col. 160, præter alias duas Epiſtolas Apoſtolicas de eodem argumento Caſus Conſcientiæ. *Interpres.*

(g) „ *Dic centies anathema*
„ *Et Bullæ & Authori*
„ *Hinc centies anathema*
„ *Clementi Corruptori.*

Epitaphium, quod eidem Pontifici latina ipſi verbis contexuere, non poteſt non Lectorem, ſi animo ſit vel parum religioni addicto, juſta indignatione accendere. En furoris ipſorum monumentum!

Hic jacet Pontifex maximus,
A vermibus terræ conſumendus in tumulo,
A vermibus Eccleſiæ jam conſumptus

rrorum Curiæ Romanæ privilegiorum,
Reparator obſtirmatus.
Hic jacet hæreticitatis imaginariæ
Hoſtis infenſiſſimus,
Realis ac veræ defenſor acerrimus.
Hic jacet Epiſcoporum Magiſtratulus,
Jeſuitarum Pater;
Eccleſiæ univerſalis Tyrannus.
Hic jacet Eſau. Evincat Jacob.
Goliath hic jacet. Triumphet David.
Hic tandem jacet Clemens Undecimus,
Dixiſſem melius, Clemens inclementiſſimus.
Viator tranſi, ſi ſis Epiſcopus, ne te conterat;
Si ſimplex Fidelis, ne te corrumpat;
Si ſis Jeſuita, ſta, ſle, hic jace.
Itinam & in æternum jactas, totaque tecum
Societas. (*)

Nemo ſibi unquam perſuadeat, humanum ingenium par eſſe excogitandæ majori inſolentiæ, quæ indignitate & atrocitate ſua ei ipſas has, quas modo commemoravi, horrendas injurias ſuperet, niſi rem ſecus habere,

*) Epitaphium hoc cuſum eſt Gratianopoli ſub annum 1721, in aliquo Janſeniſtarum conventu, cui intererant Buteilius Curio ad S. Ludovici, P. Aillotus ex Oratorio, P. Albepierrius Minimus, & plures Jacobini &c. Quinam autem in Gallia vocentur Minimi, quinam Jacobini, eruditus Lector ignorare *non* poteſt.

re, documenta & exempla ſuppeditaret hæreſis. Janſeniſtæ itaque non intra hos ſe fines continuere : a Lutheranis mutuum ſumpſere modum, expreſſius repræſentandi ſpiritum, quo in ſummum Pontificem animati eſſent. Lutherus cum maxime fureret, fronti libri ſui, quem *Papatum Romanum a Sathana conditum* inſcripſit, cælatam ſcalpro imaginem præfixit, in qua Papa a Diabolis raptabatur in tartara. Inventio hæc Janſeniſtis tam ingenioſa, tam apta ad ſuſtinendam cauſſam ſuam viſa eſt, ut eadem, quamvis paulo minus impolita & crafſa minerva ſibi imitandam exiſtimarent. Earum imaginum, quas ære excudi curarunt, unam

ıbeſcant: hæc una me ſpes in deſcribendis :eſtabilium harum rerum exemplis ſuſten- . Pergamus igitur, & ſperemus, fore, ut us moleſto huic labori aſpirare dignetur.

§. IV.

rnſeniſtæ docent Fideles, omne ob- ſequium Pontifici recuſare.

Quæ hucusque a Janſeniſtis contra di- tatem & authoritatem ſummi Pontificis, itamque ipſi venerationem tentari ac geri imus, præparationis duntaxat locum ha- t ad id certius ac firmius conſtituendum, d ipſis omnium maxime cordi eſt. Quam- Fideles obedient Jeſu Chriſti Vicario, Se- nullos progreſſus faciet: id jam Burgofon- ræviſum eſt: ergo evellendus eſt ex animis elium hic obedientiæ Spiritus, qui ſolus defendere, ac incolumes ſervare poteſt aſſibus & inſidiis, quæ ipſorum fidei ſtru- ur: quomodo autem hi Novatores in præ- uo hoc ſyſtematis ſui capite negotium ſuum rint, modo examinandum eſt.

Quotidiano uſu receptum apud ipſos ncipium eſt, *obedientiam & ſubmiſſionem* er- Pontificem grandia verba eſſe, maxime ta ad offundendam ſimplicium oculis cali- em. Optimum factu erit, ſi hac de re ipſos-

met loquentes audiamus : (*b*) " Fideles, in-
„ quiunt , ne ſibi perſtringi oculos ſinant
„ grandibus illis nominibus obedientiæ &
„ ſubmiſſionis erga Pontificem , quorum
„ uſus eſt ad ſimplices in errorem induce-
„ dos , & cæca animorum directione affi-
„ gendos conſtitutioni , cujus malum non
„ ſatis agnoſcunt. „ Poſt hoc exordium deſcendunt ad peculiaria , & in omnibus, quicunque cogitari poſſunt , eventibus Fideles lege obedientiæ erga Pontificem ſolutos pronunciant.

Et 1. quidem nolunt , ut Pontifici, ut Pontifici , & in ſua perſona conſiderato ,

Secta uſui eſt ; & reipſa non eſt ho-
aliercula Janſeniſtica , quæ non rebel-
i ſuam contra Eccleſiam inepta hac &
argumentatione tueatur : oportet Deo
obedire quam hominibus ; ergo pru-
conſilio obtemperare renuo Papæ &
neis Superioribus , a quibus intentata
anathematis pœna Bullam Unigenitus
re jubeor.

. Obediri nolunt hi Novatores Pon-
, dum loquitur & decernit quidpiam
im dux agminis ſeu Caput Corporis , id
naximi numeri Paſtorum & Præſulum ,
er varias mundi plagas diſperſi ſunt :
autem ſuam in neganda obedientia per-
im duabus rationibus firmant : prior
uod (*l*) *infallibilitas ſoli Eccleſiæ legitime unæ J. C. congregatæ data ſit* : hoc ar-
ito magna Sectæ pars repugnantiæ
atrocinatur ; reliqui aliis verbis eandem
ac rebellem ſenſum ſuum ſignificant :
ur hi quidem , judicium Papæ etiam
Concilium infallibile eſſe poſſe ; ſed ut
nfallibilitati locus ſit , præter alias con-
es & illam requirunt , ut ejusmodi ju-
(*m*) *omnes orbis Epiſcopi exprefſe conſen-ſuoque ſinguli chirographo ſuffragentur.*
iori huic deciſioni magnum pondus ad-

(T) 5 di-

Spiritus Gerſonii pag. 235. (*m*) Veritas vindicata. T. II. pag. 36.

didit Epiſcopus Montis Peſſulani, dum in ſua ad regem epiſtola contendit, (*n*) " maximam, „ quæ ſub aſpectum cadat, cuique manus dari „ neceſſe ſit, authoritatem eſſe, quæ in toto „ Paſtorum corpore reſidet : non autem ſem- „ per illam, quam facit notabilior eorum „ pars, etiam, cum Papam conſiſtentem in „ fronte, & ſe præeuntem ſequitur. " Ex geminis his principiis, quorum unum non altero minus efficaciter a præſtanda, quæ Papæ cum Paſtoribus conjuncto debetur, obedientia eximit, alterutrum eligendi optio eſt, & interea, dum *legitimum* Eccleſiæ *Concilium* celebretur, aut *omnes mundi Epiſcopi* judicio Pontificis ſubſcribant, impune ac liberum cuique erit, credere id, quod collibitum fuerit. Altera ratio, quam ad recuſandam eodem in caſu obedientiam Janſeniſtæ ſubminiſtrant, ſingulari attentione ponderari digna eſt, utpote quæ proximius & directius, quam prior, ad Burgofontanum ſyſtema ſe refert. Conſectarium illa quoddam eſt ex abuſu, quo hi Novatores ſententiam, quæ infallibilitati Pontificis adverſatur, in rem ſuam adhibent. Unum e capitibus veritatis Catholicæ eſt, Papam errare non poſſe, quando judicium fert una cum corpore Paſtorum, ſive hi inter ſe ſejuncti, ſive in Concilio collecti ſint; absque hoc foret, nullum extare infallibile tri-

(*n*) Epiſtola ad regem data 31. Dec. 1729. ex occaſione Lectionum de rebus geſtis S. Gregorii VI. pag. 12.

[redacted]

ınal, quod ſemper in Eccleſia perſiſte-
utrum perſona Papæ in ſe ipſa ſit, vel
ſit infallibilis, quæſtio eſt, quæ ad opi-
es ſcholarum pertinet, nec cum infallibi-
e Corporis Eccleſiæ docentis, Capiti ſuo
uncti, aliquid commune habet.

Jam commemoravi alibi, Burgofonte
ıtum fuiſſe, ut acribus ſcriptis inceſſe-
r infallibilitas Pontificis; item Janſeniſtas
cipuum emolumentum, quod inde in
ſuam traherent, in eo poſuiſſe, ut ad
ıdendam ipſius Eccleſiæ infallibilitatem
viam munirent. Et hic jam locus eſt,
occultum hoc conſilium ex involucris ſuis
:volvere incipit.

Nam, cedo, cur nolunt Janſeniſtæ, ut
:mperetur Pontifici, dum conjunctim cum
ſcopis, iisque numeroſiſſimis aliquid con-
ıit? Nempe in ejusmodi caſu obedire,
, ſe conſtitutioni ſubjicere, idem foret, ac
llibilitatem Pontificis ſuo ſuffragio com-
bare: (*o*) " Palam eſt, inquiunt, huic
os interdicto (de non tradendis centum
: una propoſitionibus) parere non poſſe,
ıin una infallibilitatem profiteamur, ut-
ote quæ una juris titulus eſt, quem habet
apa hoc interdictum edendi. „ Addit Mon-
Peſſulani Epiſcopus, niſi obſiſtatur (*p*)
Bul-

(*o*) *Everſio Libertatum &c.* T. I. pap. 137. (*p*) In
tola ad regem menſe Januario 1721. pag. 6.

Bullæ , quæ veritati Evangelicæ conſentaneæ non eſt - - - rem eo adductum iri , - - - - - ut caco ſenſu & animo omnes Curiæ Romanæ deciſiones admittantur , ipſoque uſu infallibilitas , quam ſibi arrogat , eidem addicatur. Attamen hanc Bullam admiſere Epiſcopi ; an non ex hoc tempore ad exemplum eorum obediendum , & illa recipienda eſt ? Recipiendum eſſe omnium Catholicorum conſentiens vox & ſenſus eſt : at valide reclamant Janſeniſtæ , ac negant recipiendam eſſe ; ideo , quia omnes ſeu intra , ſeu extra Galliam Epiſcopi ex alia ratione illam non recipiunt , quam quod perſuaſum ipſis ſit , Pontificem errandi periculo ſubiectum non eſſe . Ex quo hi Novatores

(q) „ quod ad nos attinet, ſufficit nobis di-
„ cere. Bullam ab externis Epiſcopis, quin
„ res rite circumſpicerent, & legitimas ratio-
„ nes ſubducerent, acceptam & comproba-
„ tam fuiſſe, eo nimirum nixis principio, Pa-
„ pam infallibilem eſſe.„ Ergo eorum ſuffra-
gia flocci pendenda ſunt: demonſtratione
hac non alia aptior eſt ad obterenda funditus
argumenta, quæ ex hac Epiſcoporum ſuffraga-
tione duci poſſent: Sponſores ejus rei & te-
ſtes ſe offerunt Domini 50 advocati: (r)
„ omnia argumenta, ajunt, ſumpta ex eo,
„ quod externi quidam Præſules, iique exi-
„ guo numero & quidem ſuſpecta admodum
„ forma, Bullam receperint, eo valent, ut
„ demonſtrent veritatem, quæ penitus elidit
„ omnia illa conſectaria, quæ ex his receptio-
„ nibus exſculpendi vanus quorundam cona-
„ tus eſt, hoc ipſo, quod ex iis evidenter pa-
„ teat, plerorumque horum Præſulum decla-
„ rationes uni de infallibilitate Pontificis opi-
„ nioni inniti „ Ita illi: ſed ne morentur nos
hæ duæ voculæ *exiguo numero*, quibus Domi-
ni Advocati omnes extra Galliam Epiſcopos
denotant: nempe figura eſt, quam ſæpe
apertis æquivocationum hoſtibus permitti
oportet: diſſimulemus etiam & hæc verba
ſuſpectam admodum forma; quo enim jure &
lege

(q) Everſio libert. &c. T. I. pag. 137. (r) Conſul-
tatio &c. *de Concilio* * *Ebredunenſi* pag. 24.
(*) *l'Embrun.*

lege ſcire tenentur hi Domini æquum ſen judicium de legitima forma documenti e jusdam ac teſtimonii publici in cauſſa, qu mere ſacra eſt? Ad id unum referamu animum, quod omnium Epiſcoporum exu Galliam ſuffragia enerventur penitus, atqu irrita reddantur propterea, quod, ut cau ſantur, omnes illi ſtent ab opinione de i fallibilitate Pontificis, atque huic acquieſce tes principio, ſuum de Conſtitutione jud cium interponant.

Sed an non ſaltem Epiſcopi Galliæ a hac obtrectatione immunes erunt? nihilo ma gis, quam alii. Ut Janſeniſtæ eorum aſſen ſioni & ſtudio, quo Conſtitutionem ample xi ſunt, omnem vim adimant, hunc ipſum aſſenſum & ſtudium imbutis hac opinione, de infallibilitate Pontificis, eorum animis ad ſcribunt; ex quo inferunt, ipſorum ſuffragia vana & inania habenda eſſe. En! quid hac de re Groſius Author *Everſionis libertatum Gallicanæ Eccleſiæ per conſtitutionem*, quid Domini quinquaginta Advocati ſentiant: Prior, dum de recepta ab his Præſulibus in Comitiis a. 1714. conſtitutione loquitur, pro certo affirmat, (*t*) *Papam, ſi non animo, certe & uſu ab ipſis infallibilem cenſeri*: proinde quo loco ipſorum judicium & aſſenſio numeranda erit? Advocati ſingulari mentis acie &

(*t*) T. II. pag. 20.

& perſpicacia vi ſua hac de re ſenſa exponunt: dum de omnibus Galliæ Epiſcopis, qui conſtitutioni ſuffragati ſunt, ſermo eſt, (t) „Eo, „ inquiunt, metu, quo hi Epiſcopi correpti „ erant, aliquid ultra S. Sedis cenſuram ſta„ tuendi, inviti etiam arcanum hujus ſuffra„ gationis ſuæ incitamentum nobis manife„ ſtant, quod non aliud eſſe poteſt, quam „ perſuaſio de infallibilitate Pontificis. - - - „ At talis ſuffragationis nulla ra„ tio habenda eſt.„

Enimvero nil perſpicuum magis his verbis: Omnes & intra & extra Galliam Epiſcopi, præter pauciſſimos, una cum Pontifice damnant *obſervationes morales* Quesnelli: verum *nihili faciendum eſſe* ipſorum deciſionem, pronunciant Janſeniſtæ; quoniam *infallibilitatem Papæ ſibi perſuaſam habent.* Belle! hoc principio ſemper omnes Eccleſiæ diſperſæ, quantumcunque cum Capite ſuo conjuncta ſit, deciſiones certiſſime eludentur. Planum igitur & apertum eſt, Janſeniſtas, cum ſolius Pontificis infallibilitatem impugnare ſe ſimulant, infallibilitati etiam totius Eccleſiæ perniciem moliri, atque conari, Fidelibus omnium ipſius deciſionum contemptum ingenerare. Et hoc ipſiſſimum eſt, quod Burgofonte præſcriptum fuit.

3. Si

(t) *Conſultatio cit.* pag. 28.

3. Si contingeret Conſtitutionem quandam Pontificis a tota Eccleſia ita recipi, ut ipſimet Janſeniſtæ fateri cogerentur, omnino legitime, & ad omnem Canonum normam receptam eſſe, an non tum illa fidei regula foret, omnesque tenerentur obedire Papæ, & cum tota Eccleſia conditæ ab ipſo Conſtitutioni ſe ſubmittere? Plane, ſi hic caſus incidat, ægerrime puto tum obſequium ſummo Pontifici recuſari poſſe. Janſeniſtæ tamen in hoc negotiorum genere omnia facilia ac plana ſunt; ipſimet hunc caſum in quæſtionem adducunt, & his verbis expediunt: (*u*) „Interrogatio: ſi Conſtitutio

mo conservent, tam cruda & aspera, con-
debitam universalis gregis Jesu Christi Pa-
ri reverentiam, dogmata non probarentur.
l quam providi sunt Jansenistæ! prospici-
t omnia, & omnium se aptant indoli & mo-
us, ut omnes, si fieri possit, Fideles per-
rtant. Horum igitur religiosorum gratia,
m quibus circumspectius agendum sibi vi-
nt, alium usurpant verborum modum, &
id, quod mos gerendus sit Christo & Ec-
siæ, Pontificis & Epicoporum (Nam ex
um sensu Ecclesia a Pontifice & Episcopis
xime differt: cujus facti ab ipsis discrimi-
nulla nimis frequens recordatio esse po-
:) Pontificis inquam, & Episcoporum im-
ia illos detrectare docent. *Testimonium Ve-
ris* (liber ex constituto ipsi a Factione pre-
totus aureus) schola est, in qua Janseni-
as suas de novo hoc obedientiæ genere
eceptiones tradit. (*) Refragari igitur,
it is, & obniti Constitutioni non est am-
lius pertinax imperii neglectus, sed ne-
essarium obsequium, quod mandato Jesu
Christi, quo nos sibi absolute, & sine ex-
ceptione obedire jubet, præstandum est „
am hæc singularis mandata Jesu Christi im-
ndi ratio est? Si hi Novatores alia præce-
ad hunc eundem modum exequantur, quid
eorum religione & moribus tandem senti-
dum erit? Sed abrumpamus sermonem de
n monstrosis erroribus, quibus singillatim
censendis finem non reperiam.

*) Ibidem pag. 319.

§. V.

Janſeniſtæ aſſuefaciunt Fideles huic errori, quod appellare ad futurum Concilium, a materia fidei, non modo fas, ſed & neceſſarium ſit.

Infallibilitatem ajunt Janſeniſtæ, [illegible] Conciliis Generalibus promiſſam eſſe: [illegible] a deciſionibus S. Sedis, quamvis iisdem [illegible] piſcopi ſuffragati fuerint, in materia [illegible] ad futurum Concilium appellari poteſt. Hæc conſecutio, quantumcunque Schiſmati [illegible] veat, nihil horroris movet his Novatoribus:

Authoris *Spiritus Gersonii* hæc verba sunt (y): „ Papæ, ut ajebam, præcipue in abolenda Concilia incumbunt, quia in iis duntaxat superius ipsorum authoritate tribunal est: cumque obfirmaverint animum ea nunquam convocare, nisi ad id adigantur, ut demum omnem juris speciem, ejusmodi Concilium petendi, tollerent, temerario consilio ausi sunt declarare, irritas & nullas esse appellationes ad futurum Concilium, idque ex absurda prorsus, & ineptissima ratione. „

Grosii, Authoris *Eversionis libertatum Ecclesiæ Gallicanæ per constitutionem*, effatum est: (z) *Certum est, sola Concilia Generalia errare non posse, semperque in materia fidei a sententia Concilii nationalis* (& ob eam ipsam caussam etiam a sententia Ecclesiæ dispersæ) *ad Concilium Oecumenicum appellare fas esse: in omni retro antiquitate id fieri solebat. - - - dubio locus non est, quin, cum de doctrina fidei agitur, hæc appellatio omnibus jus & authoritatem ferendi interea de illa judicii auferat.*

Quinquaginta Advocati (quos plerumque adjungo ad latus prioris Authoris, quia in materiis Theologicis eum ducem sequuntur, & sæpissime ad verbum exscribunt) (a) „Ce-

(y) pag. 247. (z) T. I. pag. 469. (a) Consulent. pag. 23.

§. V.

Janſeniſtæ aſſuefaciunt Fideles huic errori, quod appellare ad futurum Concilium, in materia fidei, non modo fas, ſed & neceſſarium ſit.

Infallibilitatem ajunt Janſeniſtæ, ſolis Conciliis Generalibus promiſſam eſſe: ergo a deciſionibus S. Sedis, quamvis iisdem Epiſcopi ſuffragati fuerint, in materia fidei ad futurum Concilium appellari poteſt. Hæc conſecutio, quantumcunque Schiſmati faveat, nihil horroris movet his Novatoribus: deſtruit ea infallibilitatem Eccleſiæ diſperſæ; at hoc ipſum eſt, quod illi ſpectant & cupiunt: ingenti illam librorum numero obtruſere oculis & animis, ac denique in mores induxere, prout Burgofonte conſtitutum fuerat, uti dicam paulo poſt: hoc loco ſatis ſit commemorare, quomodo conentur id efficere, ut hominum animi ipſo uſu ac conſuetudine ad appellationem hanc, cujus exemplum ſoli dedere hæretici, obdureſcant, eamque placide ac tranquille intueantur. Ut id conſequantur, non alio ipſis labore conſtat, quam ut ex principiis, quæ ſtatuerant, ea, quæ conſectaria ſunt, colligant. Aures igitur præbeamus loquentibus hac de re Authoribus, quibus unis me uſurum fore profeſſus ſum.

Au-

ri jure id fieri poteſt, cum fidei peri-
n impendet ? (*d*) Interrogatio. Sed
? num alii unquam a dogmaticis Pon-
m Conſtitutionibus appellarunt, quam
tici, quales erant Pelagiani, Joannes
ıs, & Lutherus, qui id auſi ſunt ?
onſio: Quodſi etiam reipſa non alii
llaſſent, quam hæretici, num ex eo
ceretur, etiam alios appellare non
, quam hæreticos ? omnium ſe ludi-
& irriſioni objiceret, qui tam inepte
aretur. - - - - (*e*) Si in improbanda &
ıanda appellatione perſiſtant Adver-
, num ſatius ipſis fore videtur, ut
a appellatione capto repente impetu
ıenti XI dicatur anathema ? „

ellum enimvero Janſeniſticæ modera-
ſpecimen, quod malint cum Luthero
re ad Concilium, quam eo redigi, ut
atem ſibi impoſitam credant *ſumpto re-
mpetu* diris devovere Jeſu Chriſti Vica-
Genuini Eccleſiæ filii inter duo hæc
extrema facile medium reperiunt.

ɔſtquam hic Sectæ rabula Janſeniſtis ſuis
ɔlentem & improbam alterutrum eli-
ɔptionem dedit, ſerio deinde & impu-
Lutheri vindicem agit, ejusque ap-
nem omni culpa liberare nititur: ut

id. pag. 164. (e) Ibid. pag. 166.

autem, ſi poſſit, veritatem infirmet: (*) parralleli ſeu comparationis, quæ duarum appellationum hinc Lutheri, inde quatuor appellantium Epiſcoporum, inter ſe facta eſt, ſuſceptæ a ſe inani defenſioni his verbis finem imponit: (*f*) „hæc ſatis ſunt ad de„ monſtrandam malam fidem & juſtitiam, „ aut certe ignorantiam hujus inſolentis Au„ thoris, qui ut quatuor Epiſcoporum Ap„ pellationi ad publicam ignominiam notam „ infamiæ inferret, illam odioſa quadam „ comparatione ac parallelo cum appellatio„ ne Lutheri adæquavit.„ Quam triſtis & turpis Janſeniſtarum conditio eſt, qui Schiſmaticam ſuam appellationem tueri non poſſunt, quin eadem opera Lutheri ſe reddant patronos ac defenſores!

Denique quod ultimum momentum addit appellationis neceſſitati, & ad omnes fideles permovendos plurimum valere debet, ut interpoſita intrepide ad futurum Concilium appellatione Pontifici & Epiſcopis generoſe reſiſtant, illud eſt, (*g*) „ut hæc pro ſcuto ſit „ adverſus ſacra Pontificis arma, ad quæ fumen„ da ac inferenda SS. Pater pro extorquenda „ hujus

(*) De hoc parallelo & quatuor Appellantibus Epiſcopis infra Quæſt. IV. Art. II. ſermo redibit.

(*f*) Ibid. pag. 173. (*g*) Mandatum de Appellatione Epiſcopi Montis Peſſulani pag. 50.

hujus Constitutionis acceptione ex improviso prosilire posset; deinde, ut cohibeat »mnes, quas molitur, vexationes, earumque spem atque expectationem frustretur.„ his verbis *scuti & armorum*, sine dubio gua & magnanimitas Turrenii Jansenizæ *Ecclesiæ* noscitur; nec erramus: omni- Episcopi Montis Pessulani verba sunt, i a dexteritate sua tractandi & *sacris Ecclesiæ armis* opponendi *clypeum*, glorioſum gnomen (*b*) *Turennii Ecclesiæ* adeptus est: d an Turrenii adhuc Calvinistæ vel Turrei deinde Catholici? De hoc mentem suam on explicant amici Præsulis.

§. VI.

Jansenistæ docent Fideles, omnia Ecclesiæ anathemata flocci pendere.

Hoc scutum & hæc arma me admonent, t, antequam ea finiam, quæ ad agendi moum spectant, cujus Jansenistis erga Pontifiem usus est, tribus etiam verbis attingam lorum sensa ac doctrinam de latis a summo ontifice excommunicationum sententiis, & c contemptus, quo Papam, & cuncta a Ro-

(*b*) Novi dialogi mortuorum an. 1739 in Præfat. ag. 2.

manis profecta rident, & aſpernantur, ſecundum omnem ſuam amplitudinem in conſpectum veniat.

Novatores iſti a prima Sectæ ſuæ origine omnium excommunicationum contemptum aperte profeſſi ſunt; nam ſi ad priora tempora mentem revocemus, quam exiguam variarum Conſtitutionum, quibus ipſorum errores jugulati ſunt, rationem habuere? At tamen per longum tempus Fideles ad hunc contemptum non niſi exemplo ſuo, & magna cautione erudiere: deinde vero, præſertim ab illo tempore, quo novella ipſorum Eccleſia Turennium ducem nacta eſt, a quo artem docti ſunt tela & fulmina Eccleſiæ apte clypeo excipiendi, toti repente bellicoſi ita ad belli diſciplinam inſtituti ſunt, ut aſſueſcerent horum armorum fragoribus, & ſubeundæ excommunicationis timorem non niſi inter terrores panicos referrent.

P. Quesnellus præ omnibus, poſitis quibusdam principiis, certam ejusdem, contemnendæ methodum Janſeniſtis tradidit; at principiis, quæ hauſit e Calvino, & aliquanto etiam ultra limites, quos hic hæreſiarcha poſuerat, latius extendit. Calvinus cum decreviſſet, (*) *regnum Antichriſti*, quemadmodum impius hic reformator loquitur, *deſtruere*, Papam omni jure ſpoliavit nocentibus ſua unius

(*) Vid. Inſtitut. l. 4. c. 11. n. 5. & 6.

s authoritate ſuorum uſu interdicendi ; ontendit , eam excommunicandi poteſta- in *Seniorum Collegio* duntaxat exerceri ac debere. Jam vero quisquis anti- mores emendare & novam diſciplinæ am inducere cogitat , jus habet omnia recens conſtituendi , quæ ad propoſi- ſibi finem apta cenſuerit. Quesnellus ie rem ita moderatur , ut poteſtas reos cte credentium numero arcendi perti- ad Eccleſiam , hoc eſt , ad populum , citium autem hujus poteſtatis permitta- primis Paſtoribus , hac tamen adjecta itione , ut illa uti non poſſint , (*) *niſi Corpus conſentiat , aut conſentire prudenter metur.* Hac ille nova lege callide ſe tota ſua ſecta ſecurum præſtat ab omni nemate , ſeu Pontifex illud , ſeu Epi- intorqueant. Num enim Janſeniſtæ , partem ſe , & ſaniorem quidem cor- Eccleſiæ eſſe dicunt , reipſa ſuffraga- ur unquam ſacro anathemati , quod a capita vibrandum ſit ? *Injuſtum* cer- lud proclamabunt , & honori ſibi du- ceu tale *perferre in pace* , veluti totidem

---

Propoſ. Quesnell. 90. *Eccleſia authorita- n excommunicandi habet , ut eam exerceat r primos Paſtores , de conſenſu ſaltem pru- mpio totius corporis.*

En vero quam congruen
piis Chriſtianus populus ad nc
bellionem animetur ac formet
ribus inſtitutionibus , quæ ip
manus : (**) " Interrogatio :
„ catio, quam Clemens XI con
„ qui Bullam *Unigenitus* repud
„ tum timenda eſt ? Reſponſio
„ Interrogatio : Et cur time
„ Reſponſio : 1. quia hæc e
„ manifeſte eſt injuſta. - - - -
„ interpoſitam appellationem
„ tutionem Pontifici in hac p
„ dicem agere , & ſtatuere quic
„ non eſt. - - - - 4. Qui
„ municationis ſententia adve
„ legibus , quas in ea ferenda
„ rat. - - - (i) „ Conſtat , e

ſe ab Eccleſia, ſed ab Adminiſtro aliquo, ui conſilia ſua ac rationes ad illius mentem on accommodat. - - - - (*k*) Interrogatorio: ium anathemata a quibusdam Epiſcopis in ppellantes vibrata magis timenda ſunt, uam anathema Pontificis? Reſponſio: non unt timenda. - - - Et ſumpta obtentui illa i negando obſequio pertinacia, quam tam orribili ſupplicii genere plectere cogitant, ommentitium & chimæricum crimen eſt.„ ! quam ſingularis hic & mirificus clypeus qui quemvis & hæreſiarcham, & hæcum, qui illum tractare novit, contra omnia leſiæ anathemata ſervat incolumem!

Advocati ad eandem metam ſeruntur, via paulum diverſa: (*l*): „Gallia, dicunt, epudiat excommunicationem, latæ, quam cholæ vocant, ſententiæ, quæque ipſo acto ſubeunda decernitur. - - - - Comminatio excommunicationis (quam denunciat Pontifex) uſitata clauſula & forma ſcribendi Curiæ Romanæ eſt, quemadmodum n Edictis Epiſcoporum Galliæ novo more eſſe incipit.„

Juvat modo paucis verbis complecti, at- uno obtutu intueri, quæ Janſeniſtæ con- Eccleſiæ poteſtatem ad hodiernum usque m machinati ſunt. Vah! quæ ſtrages, quan-

(*k*) Ibid. pag. 213. (*l*) Conſultatio 1. ſept. 1739. ex *Relatione Edicti Archiepiſcopi* Senonenſis, p. 8.

„ in eum ſenſum accipiunt, quod ſoli ipſi „ Paſtores, excluſis aliis, reliqui autem Pa„ ſtores imperio ſuo obnoxii ſint, omnem„ que jurisdictionem ſibi acceptam referre de„ beant, id, quod arrogantium eſt. „

3. Catholicorum is ſemper ſenſus erat, Epiſcopos veros eſſe Eccleſiæ principes, & in ſuis Diœceſibus leges, quæ animos ligent, condere, in rebus Eccleſiaſticis judicia exercere, & aliorum judicum inſtar pœnas irrogare poſſe, idque propria ſibi authoritate, abſque aſſenſu eorum, qui e ſua Diœceſi ſunt, abſque adhibito Cleri ſui conſilio. At Janſeniſtarum nominatim magni intereſt, hoc Epiſcoporum jus ac poteſtatem abrogare, eosque ad modum ac conditionem civium Magiſtratuum redigere: (o) „ſi ac„ curate loquendum ſit (quinquaginta ad„ vocatorum oraculum eſt) ſolus Jeſus Chri„ ſtus Rex & Monarcha Eccleſiæ eſt: Paſto„ res in *materia de doctrina* aptius Magiſtra„ tus referunt, qui leges ſaprema J. C. au„ thoritate conditas interpretentur, & pro„ tegant, quam principes, qui pro arbitra„ tu ſuo antiquas leges tollere, & novas „ ſancire poſſint. „ Verba iſta *in materia de doctrina* ſubdole huc intruſa ſunt, cum eo loco Conſultationis, quem deſignavi, nulla de doctrina quæſtio ſit. Quodſi autem Domini Advocati ea, qua plerumque ſolent, fide ducem

(o) Conſultat. pag. 18.

n ſum, D. Groſium ſecuti eſſent, ſuppreſ-
ent hæc verba, & ſimpliciter ſcripſiſſent :
„ Jeſus Chriſtus ſolus eſt rex & Monar-
cha Eccleſiæ. - - - - Paſtores multo ſimi-
iores ſunt collectis in curia judicibus, qui
ex legum norma jus dicunt & decreta ac
cita ſed non niſi pro obſervandis legibus
aciunt, quam principibus, qui ad arbi-
rium ſuum antiquare leges priores, & no-
as edere poſſunt. „

4. Epiſcopus in Eccleſia Catholica Judex
i & doctrinæ, & vox ipſius, ſi conſen-
cum doctrina & voce ſummi Pontificis,
eceſis ſuæ ovibus vox Eccleſiæ, ac iisdem
lege fidei ac morum eſt Janſeniſtæ pa-
a proficerent in executione ſui ſyſtematis,
veritatem hanc intactam ſinerent: hinc
ni eam virium contentione adoriuntur.
iſcopus (ut improbe fabulantur) non niſi
plex fidei Eccleſiæ ſuæ *teſtis*, aut ſi quis
lit, *legatus* quidam eſt, cui id muneris ob-
uit, ut hoc vel illud in Eccleſia ſua cre-
teſtetur. (*q*) „ Ergo fieri non poteſt,
inquiunt, ut Epiſcopi in ferendis ſuis
judiciis aliud jus habere poſſint, quam
repreſentandi ſuas Eccleſias, & perſeve-
rans in iis ab omni memoria teſtimonium
ex judiciorum forma declarandi: Cum au-
tem ſimplices de fide Eccleſiarum ſuarum
teſtes ſunt, verba ipſorum authoritatem

(*p*) Everſ. Libert. &c. T. II. pag. 488. (*q*) Te-
nonium *Veritatis* pag. 92. & ſeq.

„ non obtinent, niſi quando & quamdiu E-
„ larum nomine loquuntur. - - - - Omnis E-
„ piſcopus, natus Eccleſiæ ſuæ internuncius
„ & orator ad dicendum hujus nomine te-
„ ſtimonium, eadem, quæ ipſe (Jeſus Chri-
„ ſtus) verba uſurpare poſſit oportet, nem-
„ pe ſe præciſe non alia docere, quam quæ
„ audierit; neque judicium ipſius legitimum
„ eſt, niſi addere & ex animo ac vere di-
„ cere poſſit, deciſiones ſe ſuas non ſua
„ præjudiciis aut peculiaribus opinionibus,
„ ſed judicio illius, quæ ſe mitteret, con-
„ formare. „ *Illa igitur, quæ ipſum mittit*,
hoc eſt, propria ipſius Eccleſia, norma ac
regula eſt, quam ſequatur Epiſcopus, ut

ius dicat ipſa etiam voce Paſtorum. „ hi nefandi ac pernicioſi novi errores ti meriti erant, ut Secta *Teſtimonium Veritis* honorifica appellatione *libri ex toto au*- inſigniret.

5. Dicebam alibi Janſeniſtas ex decre- Conventus Burgofontani rem ita ſtatuen- , ſoli Eccleſiæ in Concilio congregatæ in- ibilitatem adjudicare. Hic jam locus eſt ex- candi, in quem illi ſenſum hanc infallibili- em accipiant, ac monſtrandi, hac eos via aſſari ad evertendam Epiſcoporum authori- em; tantum abeſt, ut per id conſilio ſuo nem Eccleſiæ poteſtatem evertendi offi- nt. Cum igitur Epiſcopi in concilio col- ti erunt, Janſeniſtæ eos in deciſionibus s tum falli non poſſe concedunt, ſed hac e, ut etiam ſenſus & judicium populi ac- lat: Nemo omnium melius, quam ipſimet, cere poterit, quomodo hoc paradoxum elligendum ſit: Ex *Teſtimonio Veritatis* ite- m rei notitiam hauriamus.

(s) *Inter duo Concilia* (ait *Teſtimonii* au- or) *quæ ex æquali Congregatorum numero con- re, at eorum unum favere mendacio, in alte- dominari ac decidere veritatem pono, quis judex arbiter erit? Libertas, inquies: concedo id qui- n. --- Sed ut evitentur omnes diſquiſitiones, num ajori aut minori libertati in uno quam altero*

(s) *pag. 95. & 96.*

Concilio locus fuerit, utque uno ictu amputentur infinitæ controverſiæ ac dubia de majore vel minore diligentia, quæ ad obſervandas accurate juris formulas afferri poterat, quid facto opus? Homini Catholico obtentus hic *infinitorum litium ac dubiorum* nihil faceſſit negotii; modo ſciat, in quonam duorum horum Conciliorum ſententiæ Epiſcoporum conſentiant cum ſententia Pontificis, nihil amplius inveſtigat: ſine alia *diſquiſitione*, ſine errandi timore ſe ſubjicit & obtemperat: promiſſa J. C. ab omni erroris periculo ſecurum præſtant. At Janſeniſtæ longe alia ſe via certos ac ſecuros reddi volunt: in teſtimonium pul-

ſe pars una cenſeat hoc, altera aliud, quis unc rem definiet? Atqui hoc nondum a Janſeniſtis diſcuſſum ac conſtitutum eſt. Vah! a quas non ineptias fanaticos abripit erroris ſpiritus? En, quem humilem in locum alſi hi Zelotæ Hierarchiæ Eccleſiaſticæ dignitatem, & authoritatem Epiſcoporum adducant, dum loquuntur de ſolis Epiſcopis.

§. II.

At quando his Novatoribus ſermo eſt le Epiſcopis comparate ad Pontificem, mutatis cauſſæ rationibus, alius quoque, ut illius emolumentis ſerviant, ipſorum ſenſus ac atio eſt: tum enimvero in prædicanda & extollenda Epiſcoporum poteſtate omnes moderationis limites excedunt: quæſtiones movent, non ad aliud aptas, quam ut Pontificem & Epiſcopos inter ſe committant, pro nodo ſcilicet & more hæreticorum, quem probe agnovere ſapientiſſimi Præſules in Comitiis anni 1728. (*u*) „ Non coarguemus, „ ajunt, ſparſa ubique in Conſultatione con„ tra Pontificem & S. Sedem dicteria ac con„ tumelias ſicut nec illa, quæ Advocati in „ quæſtionem ac diſceptationem vocant, ut „ inter ſummum Pontificem & Epiſcopos diſ„ ſidia concitent. „

(*u*) *Epiſtola Cardin. &c. de* Conſultatione pag. 33.

In argumento tam ſalebroſo ſapientia horum Præſulum mihi facem præferet, nec ex his omnibus quæſtionibus invidiæ atque offenſionem plenis aliam attingam, niſi quam illi ſibi reprehendendam ac caſtigandam ſumpſere, utpote quæ perfecte præſenti materiæ reſpondet. Exprobant Advocatis hi Præſules, quod (*x*) *per obtentum ornandi & illuſtrandi authoritatem & dignitatem Epiſcoporum, ſpeciem quandam æqualitatis inter Pontificem & quemvis Epiſcopum ſtatuere videantur.* Et hæc reipſa mens & conſilium totius Sectæ eſt, cujus advocati duntaxat interpretes & Echo ſunt; cum enim Novatores hi ſupremum in Eccleſia Monarcham ægerrime ferant,

Vicarii, eratque hic titulus ipsis cum S. Petro communis, quamvis idem S. Petrus ro primatus sui prærogativa hodie, quemadmodum ipsius Successores, vulgo Vicarius J. C. appelletur. „ Ergo hic titulus Vicarii J. C., hoc *similius* & *eminentius* ornatum Pontificis redactum est ad nomen eddam, quod non magis Papæ, quam Episcopis convenit; quod autem Pontifex illud uc obtineat, cuinam in acceptis referre et? usui *vulgari*; idque totum est, quod *natum ejus inter æquales* efficiat.

Tot itaque, ut dicamus, quod res est, sunt in Ecclesia Papæ, quot sunt Epi-i, & quævis peculiaris Ecclesia, e. gr. clesia Ultrajectina, quæ suum habet Epi-um, aut si mavis, suum Papam, Presteros &c., erit perfecta Ecclesia, quin inferioris ordinis & subjectionis genere ad Papam Romanum referat: Consecu- hæc systemati Burgofontano tam contanea est, ut Jansenistæ non possint non n in rem suam convertere. Et ecce id um explicitis & distinctis eorum verbis cisum! (z) „ Ecclesiæ quædam singularis perfecta est, si constet ex Episcopo, Presbyteris, Diaconis & Fidelibus. Ex his Ecclesiis peculiaribus componitur una, quæ Catholica & universalis est: quemadmodum ex omnibus gregibus fit

(z) *Eversio Libertatum* &c. T. I. pag. 330.

„ negotia & causas excipe, in qu
„ quæ certas exercendæ potesta
„ nes præscribit, eandem restr
„ admodum moderatur etiam ac
„ tionem ac normam, ad quam
„ fex potestate sua uti debet. „

Quodsi jam Romana Ecclesi
fecta, quia ipsi præest Pontifex
am Diœcesis, cui suus præest Ep
decus, ac honoris gradum obti
tifici debetur primatus. debetur
Episcopo: quod in sua Diœcesi
fex, id omne potest & in sua e
pus; & si Ecclesia vel populus
limites concluſit potestatem E
ministrorum suorum, coercuit etia
